46 | 3883


Obrera de la Casa Profesa

EXAMEN

VERITATIS.

EXAMEN

VERITATIS.



EXAMEN VERITATIS IN REPVLSAM

Tractatus firmantis jura

REGINÆ CHRISTIANISSIMÆ,

In Brabantiam, aliosque status Hispanicæ Monarchiæ:

AD ARAS REGINÆ NOSTRÆ SACRATVM;

Additis quæ post primam Editionem novo studio ac labore elucubrarunt Brabantini et Gallici Scriptores;


AVTHORE

D. PETRO GONZALES DE SALCEDO,

Supremæ Curiæ Criminalis Sexemviro.

EDITIO SECUNDA.

BRVXELLIS, Apud FRANCISCVM FOPPENS. M.DC.LXXIII.





AD LECTOREM.

SERMONE Patrio, in expiationem Gallicanæ libidinis, ad Aras Regiæ Maternitatis in holocaustum libellum imposuimus titulo ornatum: EXAMEN DE LA VERDAD. Nec inconsulto Patrio sermone conceptum, sed nativa vi: Cùm si peregrina levaretur lingua, nec obsequium, reverentiam, aut venerationem re-

debitam Majeſtati (1.) retinere poſſemus; immò alienigenæ vocis exercitatione, ſervi transfugæ patriorum rituum, indigniſque nominis HISPANORUM haberemur, ſimulque rei conſtitueremur violatæ Majeſtatis, mutata antiqua Hiſpana in Latinam vocem. (2.) Marcus Cato Athenis agens, populo orans, etſi Græci ſermonis promptus, & facilis, non Græcè recitavit, ſed Latinè, in honorem Patriæ Majeſtatis. Quare quia indignum auctoritati, ac honori Imperii, Tyberius vetuit, ne in Decretis, Orationibus, aut Reſponſionibus ullus Senatorum, Ci-

(1.) Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 2. de magn. Offic.*
(2.) Virgil. *lib. 12. Æneid.*
Pro Latio obteſtor, pro Majeſtate tuorum, &c.
Aut vocem mutare viros. .....
Sermonem Auſonii Patrium, moreſque tenebunt.

Civium, Militumvè peregrino uteretur ſermone. (3.)

Cognito ex his noſtri eſſe muneris, & officii, quòd quidquid in manus Regias imponeremus, Patrio plaſmaretur ſermone, tùm ex fidelitate, & homagio, tùm ex eo, quòd Hiſpana lingua à Latina vinci non poteſt; nativo idiomate libellum exaravimus.

Nec in eo etiam in exteras gentes peccaſſe credimus; voto enim noſtro annuit Brabantia. Audiatur mens Doctiſſimi, ac Præſtantiſſimi illius Viri Petri Stockmanni, qui meliori ſententia (velut alter Capys, ſeu Laocoonthis inſtar notas facientis Argolicas late-

(3.) Sueton. *in Tyber. cap. 71.*

tebras) dolos primus detexit, quibus jura Reginæ Chriſtianiſſimæ ſarcire Galli conabantur, in molem Gallicani equi juris haſtam contorquens. His verbis:

NOBILIS

ET

AMPLISSIME

DOMINE,

Gratiſſimum, & præſtantiſſimum donum, hoc eſt, ſcriptum cui pro lemmate eſt: Examen de la Verdad en Reſpueſta à los Tratados, &c. *Ab erudita iſta manu accepi, & legi cum ingenti animi voluptate, atque æſtimavi inprimis argumentorum ſoliditatem, quibus cauſa Gallica, ita jugulata eſt, ut apud æquos rerum arbitros reſpirare, aut reſurgere numquam poſſit; cui ſoliditati cùm acceſſerit varietas, & amœnitas*

nitas doctrinæ ex omni facultate, & disciplina, nihil est, quod superaddi possit. Cùm omne ferat punctum, qui miscuit utile dulci. *Illud etiam valdè amo, & probo, quod citationes, & authoritates non perfunctoriè, & negligenter inspersæ sint Libro, sed cum delectu adductæ. Denique veritas rerum relatarum fide eorum qui rebus agendis interfuerunt meritò suasit in frontispicio Libri nomen ejus præferri, atque ita concipi titulum,* Examen de la Verdad.

Quod Lingua Castellana exaratus sit liber nihil hic nos turbat, aut splendori scriptionis derogat; cùm etiam hic ejusdem idiomatis exortes non simus, immò linguam eandem, qua Hispania utitur, ob elegantiam, & gravitatem æstimemus, & cum Poëta in simili dicamus: Æmula te Latiæ decorat facundia linguæ. *Gratulor itaque ex animo de egregia scriptione, atque adeò Regiæ authoritati gratulor,*

quæ

quæ tam insignem Scriptorem causæ suæ defendendæ nacta est, cui ego me, atque mea libens submitto; Nam assurgit musæ nostra Camena Tuæ. *Ego verò ero perpetuo nexu, cultu, & affectu,*

Nobilis & Amplissime Domine,

Nobilis & Amplissimæ Dominationis vestræ,
Divinctissimus Servitor,

P. STOCKMANS.

Bruxellis 21. Novembris 1668.

Sed cùm Regina Nostra, Augusta Mater, Filii, & Minoris Officiosa Tutrix, ex Majestate teneret gentibus Brabantinis, & Belgicis præcipuè notam facere sui Pupilli legitima jura, Argolicis velut insidiis deturbata, ad fœdanda veritatis auro, simulacra cupiditatis, ut-

utque panderentur latebræ libidinis, quibus non Palladis, sed Saturni arte compactæ cavæ Gallicani moliminis; præcepit, ut à patrio sermone in Latinum verteretur.

Edocti verò Martialis documento:

Multùm crede mihi refert à fonte bibatur,
Qui fluit.

Obtemperantes Jubenti versionis onus susceptmus, habituri in utraque parte solatium. Nam, si ad optatum portum nos æstus appulerit, gubernatores putabimur: Si verò inter asperos Orationum, anfractus impolitus sermo substi-

terit, facultatem forsitan requires, Lector, voluntatem flagitare non poteris.

PAPEL ESCRITO AL AUTOR.

Aviendo dado quenta à la Reyna nuestra Señora, del Libro que V. m. escriviò contra los Manifiestos de Franceses, sobre sus pretensiones à los Estados de Flandes, me manda su Magestad diga à V. m. que le ha sido muy agradable el trabajo que en ello ha puesto, de que se dà por servida; y para que se tenga noticia en todas partes de la razon que nos assiste, ha resuelto su Magestad, que se remitan exemplares de dicho Libro à los Ministros de Flandes, Alemania, y Italia, à fin que se pongan en otros Idiomas. Dios guarde à V. m. felizes años. Madrid à 27. de Agosto de 1668.

D. Pedro Fernandez del Campo y Angulo.

Orden de su Magestad remitida al Autor por el Señor D. Pedro Fernandez de el Campo, Secretario de Estado, de 30. de Setiembre de 1668. *La traduccion de Español en Latin del Libro que ha hecho contra el Manifiesto Francès, se tiene por conveniente se haga, y que V. m. ponga el dicho Libro en el Idioma Latino.*

INDEX
PARAGRAPHORUM.

§. I.

NUllitati oppositæ adversus renuntiationem Reginæ Christianissimæ, ex eo quòd versatur circà hæreditatem à natura, sanguineq́ proveniente fit satis. Fol. 15

§. II.

Responsio objectæ nullitati renuntiationis portionis legitimæ paternæ, maternæq́, ex eo, quòd facta fuerit cum violatione legum, bonorumq́ morum, & in eorum fraudem, utpotè à filia in favorem Parentis, & in ejus potestate patria constituta. 32

§. III.

Quòd cum fuerit legitima renuntiatio antenuptialis Infantis Reginæ in favorem Regis Patris, solutionis suspensio dotis in ea promissæ, nec nullitatem induxit, nec infectionem obligationis, actionum, Dominiorumvè translatorum, & devolutorum illius virtute. 52

§. IV.

Renuntiatio Reginæ Christianissimæ de juribus, ac successionibus spe competentibus ad Regna, Status, Dominiaq́ Hispanicæ Coronæ legitima, & justa, nullaq́ ex causa, aut principio injusta habenda, nec dicenda. 65

§. V.

Antenuptialis renuntiatio Reginæ Christianissimæ, tàm pro se, quàm pro filiis, successoribusq́ de jure, ac successione Regnorum, Statuum, Dominiorum Hispanicæ Dominationis valida, legitima, justaq́ dicenda absque nullitatis nota, quatenùs executa in pactis fœderalibus, atque in Coronidem, & implementum Pacis initæ inter Catholicum, & Christianissimum Regem. 81

§. VI.

Quod, cùm matrimonium Christianissimi Regis, & Serenissimæ Hispaniarum Infantis Mariæ Theresiæ fuerit præcipuus finis, impulsiva, & efficiens causa Fœderis initi inter Catholicum, & Christianissimum Reges, pignusq́ inviolabilitatis, tàm ex quæsito honore Regis Sponsi, quam decore stirpis Regiæ, & Regni, ob quæsitam diù, appetitam, optatamq́ Pacem, renuntiatio antenuptialis illius connubii causa promissa, & executa, legitima, justaq́ue habenda. 101

§. VII.

Ad stipulationem in Tabulis Antenuptialibus celebrandam à Regina Christianissima, in qua renuntiasset omni juri, & actioni, quæ ullo modo, aut casu sibi posset obtingere in Regna, Ditiones, aut Status Hispanicæ Monarchiæ, causa fuit legitima, & justissima, obviam ire, & aditum occludere unioni contingenti Hispanicæ cum Gallica Monarchia. 127

§. VIII.

Fœdus antenuptiale Reginæ Christianissimæ firmum, ac legitimè executum fuit, nec nullitatem recepit ex defectu mandatorum. 140

§. IX.

Renuntiatio Reginæ Christianissimæ jurium, actionumque ad Regna, Status, Dominia, Regiæ Hispanicæ Coronæ legitima fuit, & absque nullitate objecta ex defectu authoritatis, quia executa absque Curatoris interventu, vel Sponsi futuri. 161

Responsio ad objectiones oppositas renuntiationi, quatenus concepta violato jure naturæ, legibusque præscribentibus Coronæ successionem. 175

§. X.

Objectiones oppositæ Regiæ ultimæ voluntati Regis nostri Philippi, in qua attenta vi, virtute, & legitimitate renuntiationis factæ à Serenissima filia juris, & spei competentis

ad

ad Regna, & Status Hiſpanici Diadematis, illorum ſucceſſionem diſpoſuit, ad juſtamque rationem efformavit. 197

Reſponſio primæ objectioni oppoſitæ Regiæ teſtamentariæ voluntati, quatenus Reginam Chriſtianiſſimam vi renuntiationis, prolemque ſuam à Regnorum Hiſpanornm ſucceſſione excluſit, & abdicavit. 203

§. XI.

Reſponſio objectioni oppoſitæ ex diſpoſitione Regis noſtri, quatenus à ſucceſſione Regni excluſit Reginam Chriſtianiſſimam, prolemque natam ex connubio Regis Chriſtianiſſimi, eamque admiſit, & vocavit ſuperſtitem liberis orbatam. 218.

TRACTATVS SECUNDUS.

§. I.

BRabantiæ Ducatus nativam retinet ſucceſſionis formam, ex qua legitimè delatus Regi noſtro Hiſpaniarum Carolo. 249

Verſ. I.

Prima ætas Brabantini Ducatus. 252

Verſ. II.

Secunda ætas Brabantini Ducatus. 280

Verſ. III.

Tertia ætas Brabantini Ducatus. 283

§. II.

De jure Devolutionis, ac illius virtute, quibuſque in feudis locum teneat, quòd illius conſtitutioni, & authoritati non ſubeſt ſuprema Brabantini Status Dominatio, nec in ea, nec quòd in bonis, ex quibus ornata, admiſſum fuerit conſuetudinarium hoc jus. 310

§. III.

Mores, & conſuetudines ab inferioribus ſubditis inductæ, & receptæ ad ſucceſſionem feudalium, ſeu alliodialium bono-

bonorum, etsi à Supremo Principe laudatæ, ad illorum bona Domanialia præcipuè non protenduntur. 348

§. IV.

Nulla exempla, quorum virtute Reginæ Christianissimæ jura fulcire conantur Galli Assertores ad rem agunt, nec ad casum, de quo est mota contentio. 365

§. V.

Regina Christianissima ex vi Devolutivi juris locum non tenet, nec successionis, nec hæreditariæ ad Dignitates, Feuda Dominationis Belgicæ à Patre Philippo Rege nostro possessæ. 379

Vers. I.

Dominium Mechlinienſe. 380

Vers. II.

Antverpia, seu Marchionatus Sacri Imperii.

Comitatus Alostensis, quem Flandriam Imperialem vocant.

Ducatus Limburgensis, Dominium Dalhemense, Cariobalum, seu Falckeburgum; Rodia Ducis, & aliæ Arces ultrà Mosam sitæ. 392

Vers. III.

Superior Geldria, cujus caput est Ruremunda. 403

Vers. IV.

Comitatus Namurcensis. 411

Vers. V.

Hannoniæ Comitatus. 417

Vers. VI.

Artesiæ Comitatus. 434

Vers. VII.

Ducatus Cameracensis, cum Cameracesio, & Civitatis arce, Marchionatus dignitate insignita. 439

Vers. VIII.

Burgundiæ Comitatus, & Ducatus Lucemburgensis. 444

Operis conclusio. 454

DOMI-

DOMINA.

CHRISTIANISSIMI Regis Galliæ LUDOVICI XIV. nomine, publica proclamatio in lucem prodiit, cujus mens eſt, jura nonnullorum Statuum Hiſpanicæ Monarchiæ, ſibi aſſerere, quæ propter conjugium Sereniſsimæ D. Mariæ Thereſiæ, Caſtellæ Infantis ad eum pertineant. Verumtamen declamatorum apices tantum illud eructant, ut dignoſcatur, omnes ſuas cogitationes directas, non tàm, ut decantatam juſtitiam defendant, quàm quia inniatis adulationis follibus Regis excitent animum, ut Belgicas ſub Imperium redigat Provincias, quas jam inde ab Hugonis Capeti temporibus redigendas Gallia flagrantiſsimè concupivit: (1.) Necnon ut doctrinam retineat alta mente tectam, cordique Gallico ſtylo Cardinalis Richelieu impreſſam, demumque ex teſtamento politico legatam, quaſi ex illo oraculo evaſerit Gallia directa dominatrix omnium univerſi Europæi Orbis geminis brachiis nexi ab Hebri crepidine uſque ad Danubii ripas; inde tractura in ſententiam (ut putat illius author vacuo verborum ſonitu) ignaros quoſque, qui ſpecie tenus judicant, nec minus in animos flacceſcentes ſtuporem inducat, dum minabundus jactat in gentes, & colloſſeam Gallicæ potentiæ ſtructuram. (2.)

Imponit ergo (& verè imponit) Philippo IV. Magno Regi Catholico, & piæ memoriæ Principi, ambitioſi Regis notam, Parentis impii, & ſuſpecti tutoris; illiuſque Miniſtros injuſtitiæ labe, ac nota inurit; licentius quidem, nec adeò verecundè, ut decet, Aſſeritque Regem Noſtrum (jam apud ſuperos) induxiſſe Reginam Chriſtianiſsimam ejus filiam, & Chriſtianiſsimi Regis uxorem, immò coëgiſſe, ut cederet, ſeque exueret quolibet jure, actioneque in Regna, Dominia, Status ad ſe, ut filiam ejus pertinentes, ac ſi naturâ eſſet aliena, & ſanguine extranea.

Undè quia ad tantæ injuriæ probrum ambitioſum, ad

(1.) Jacob. Meyer. Annal. Fland. lib. 13. *Memoria tenere Flandros debere, quòd jam inde ab Hugonis Capeti temporibus, ſemper conati ſunt Galli, Flandros, Nordmannos, Anglos, aliaſque Germaniæ nationes Galliis extrudere; nec unquam ceſſaturos, donec oppreſſis incolis, Flandriam rurſus regno (ſi queant) aſſerant uniantque.*

(2.) Franc. Zypæus Hiat. Jacob. Caſſan. c. 1. *Deprehendi artem Caſſani eſſe compoſitam ad terriculamenta puerorum, ignarorumque hominum, ut à ſpecioſa figura titulorum, qui rebus ipſis majores ampullatis verborum lænociniis, & plauſibili crepitu proponuntur, mente moveantur, ac rationis deliquium patiantur: ut debilibus ingeniis illudatur, ut grandis imago pavidos turbet.*

tàm publicæ infidelitatis murmur, ad tàm violentam invaſionem ſacratiſſimorum jurium, nullus eſt adeò temperatus, quem non commoveat zelus ſuum Principem defenſandi, jus, faſque tuendi; Conabimur patefacere, rejectis fabulamentis, larviſque detectis, Philippum Regem Noſtrum juſtiſſimo zelo egiſſe, quicquid egit, veriſſimo, paternoque amore chariſſimam filiam proſequutum in levatione, educatione, locatione, inque illius utilitatem ſemper invigilaſſe, ut Parentem à natura, ut tutorem à zelo. Pariterque Regis noſtri Miniſtros, Conſiliarioſque eâ fidelitate, prudentiâ, ſcientiâque illi aſſediſſe, quâ decebat tantos, tantique Regis aſſeſſores, qui nuſquam verba torquent, prætexuntvè Pæno Pallio, ſub quo ſe tegunt adulatorum levitates.

In tàm novi juris tutamen (in Europæ menſam diſcordiæ jacto pomo) præfatur Doctor Gallicanus, Regem Chriſtianiſſimum, poſtquam fato ceſſerat Magnus Philippus Socer, & Avunculus, expoſuiſſe V. Majeſtati per manus Fontani Comitis, Regis noſtri Catholici Legati in Gallia, ea jura, & actiones, quæ ex deceſſu Regis Catholici, ſibi per uxorem tanquam filiam competebant; propoſuiſſeque illorum rationem, eo fine, ut ſi non potiretur legitima facultate, juſtè videretur egiſſe, repetendo quâvis aliâ viâ quodcumque jus naturale, faſque legitimum ſibi competere credebat, in idque potentiæ ſuæ uſum exercendo, quem gentes induxêre, ut ſua ſibi jura aſſerant ſupremi Principes, qui ea à ſe petunt, non ab aliis.

Quam ad propoſitionem aſſerit, Veſtram Majeſtatem obturaſſe Regias aures, nè ullatenus audiret de quoquam pacto ſuper irrationabili, deviaque objectione, quâ violaretur Regia Philippi Regis voluntas ex pacto, demumque ex teſtamento rata, ob quod decreverit Rex Chriſtianiſſimus ſemet in eam expeditionem paraſſe, armataque vi jam jam irrumpere in inferiorem Germaniam, ut agnoſcatur ab illis gentibus homagio ſibi, ut præfert, debito, eaſque, ut dominus amore devincat: ſin minus gladio cogat, in eos juſtè evaginato, cùm ferrum ſit ultima ratio Regum.

Ne tamen gladii uſus violentus habeatur, nec injuſta belli ſtrages, ſed ad politicam amuſſim, juſtamque rationem perſonatus, zelo juſtitiæ aſſerit, in id Regem Chriſtia-

ſtianiſſimum compulſum, ne deſereret jus Chriſtianiſſimæ Reginæ competens: Nec invitari decantat ambitione ad Dominia compilanda, ſed ultore gladio in repulſam injuſtiſſimæ uſurpationis, quâ Hiſpania Chriſtianiſſimam Reginam, filiumque violenter juribus denudat, & in vindictam injuſtæ, ut vocat, uſurpationis, quâ filiæ, nepotiſque Regio aditus occluditur ad apprehenſionem Statuum, & avitæ poſſeſſionis.

Jura hæc decantata, Gallus ex eo firmare conatur, quod poſt contractum matrimonium inter Philippum Quartum Regem Hiſpanum (qui Elyſios habitat) & Reginam Eliſabetham Borboniam, natoſque inde diverſos filios, vita fuiſſe functam Reginam, ſuperſtitibus tantum Principe Hiſpaniarum Balthaſare, & Maria Thereſia, Hiſpaniarum Infante, nunc Galliarum Regina.

Item, quòd defuncto Principe Balthaſare (viro tunc unico ex Philippo Rege) anno 1646. ſuperfuit Maria Thereſia in ſpem ſuccedendi in univerſum Hiſpanici Regni circulum; in qua ſtetit uſque ad Auguſtiſſimum matrimonium Veſtræ Majeſtatis, ex quo prodiêre tres viri fratres, quorum interpoſitu ab illa ſpe proxima ſuccedendi, ut filia abalienata manſit, aut remotior. Sed tamen horum virorum duobus in infantia extinctis, indeque eorum communi Parente, ſoloque ex omnibus ſuperſtite Rege noſtro Carolo, reaſſumpta fuit Regina Galliarum in ſpem illam ſucceſſionis, quam amiſerat, quamque nunc profitetur retinere, ut cedat in favorem filiorum, quos Deus Regi noſtro Carolo dignanter indulgeat.

Firma hæc jura, & ut putat, extra litem, tamen à V. M. injuſtè negata: Eo nempè, quod Chriſtianiſſima Regina in pactis antenuptialibus per ſolemnem renuntiationem ceſſerit omnibus, & quibuſcumque hæreditatibus, ſucceſſionibus, aliiſque actionibus, quæ ad ipſam pertingere potuiſſent, aut etiam pertinerent, ſive ex recta ſanguinis linea, ſive ex collaterali; demumque omnibus Statibus, Dominationibus Hiſpanicæ Monarchiæ, nulla dempta.

Utque firmiſſimum hunc titulum enervet, & robur contractus tàm ſolemnis evertat, aut concutiat, etiam

innixum ſacrâ fide, pactioneque fœderis univerſalis: fatur; Quòd cum poſt tot caſus, & fortunas belli Hiſpanici, Gallicique, ab anno 1635. Europam devaſtantes, fœdus inire Catholicum, & Chriſtianiſſimum Reges flagrantiſſimè concupierint, annoque 1656. tacitis ſub conventionibus de eo agitatum, in quo tamquam bonum, fœlixque Pacis omen, actum, ut Maria Tereſia Hiſpaniarum Infans in matrimonium Auguſtiſsimum traderetur Regi Chriſtianiſsimo.

Hinc denegato authori illo ſupremi ſplendoris radio, quo Regum illuminantur mentes ad exequenda Imperii dogmata, potiſsimum verò ſpectantia ad cultum Majeſtatis, & ad illa, quæ in Divini Numinis ara ſacrantur in unitatem divinæ humanæque conjugalis ſocietatis; venerationis, & cultus Reginæ ſuæ debiti, Regiique decoris (cui conſulere debuit) penitùs oblitus, impetu cæco tollere eſt invectus, (3.) quantum in ſe fuit, Regi ſuo, excellentiores pectoris, famæque honores, quos proximos ſemper habuit, egitque, ut illum in eam induceret Perſei Macedonis inurbanitatem, nè dicam, barbariem, objectam in Senatu Romano ab Eumene, [4.] tanquam ſcelerum omnium maximum contra naturam, fidem publicam, Regiam Majeſtatem, Senatumque Romanum aſſerente, impudenter Perſeum, toleraſſe dictum: *Seleuci filiam duxiſſe eum, non ſe petentem, ſed petitum ultro.* (5.)

His verò in ſuo cultu, ac veneratione relictis, addit author, quod cum ex fœderibus tacitè initis, communia vota nondum fuiſſent impleta, decretum fuit, ut ad agendum de ſumma rerum, fœciali jure, Legati Plenipotentiarii coadunarentur; Catholici Regis noſtri nomine Ludovicus de Haro, Marchio Carpenſis; Chriſtianiſſimi verò Cardinalis Julius Mazarini; Cujus nominationis vi, in Regnorum finibus convenêre, inque domo ſtructa apud Inſulam Phaſianorum, quam fluvius Vidaſoas cingentibus undis efformat; loco nempe hujuſmodi adunationibus deſtinato: Primamque ſeſſionem habuêre 13. die Auguſti anni 1659.

Cumque inter alia paciſcendum eſſet de matrimonio Regis, illiuſque conſtituendis capitulis matrimonialibus dote conſtitutâ quingentorum millium ſcutorum aureorum

(3.) Manif. Eſpañol fol. 11. tract. Regin. Chriſtian. *jur. in Ducat. Braban. fol.* 10. *num.* 2. *Inter prima colloquia Pimentelus de jungendo nuptiarum fœdere, quod conciliandæ pacis magnum ſæpè eſt vinculum quædam obiter, & velut in tranſitu jecit, quæ comiter, atque ex Hiſpaniæ votis Rex Chriſtianiſſimus excepit.*

(4.) Liv. lib. 42. *Ad deferenda de Perſeo crimina.*

(5.) Idem Liv. *Eumenes igitur, ut Romam venit in Senatum eſt introductus; ut Perſei conatus obviam iret.* Et poſt magna orſus in Perſeum crimina, ſic proſequitur. *Interipſos quoque Reges, ingentem authoritate Seleuci filiam, duxiſſe eum, non petentem, ſed petitum ultrò.*

rum ex Solis insigni, in quæ Legati convenerant; antequam ad illa exaranda accingeretur Petrus Coloma, Catholici Regis à Secretis primus, insinuavit Leoneio Christianissimi Regis, etiam à secretis, prævio actu, eoque necessario, Sereniſſimam Infantem renuntiaturam, seque nudaturam quibuscumque actionibus, & juribus succedendi in hæreditates paternas, fraternasque, quæsitas, & quærendas; & quoslvis Status Paternos, sive adquisitos jam, sive in posterum adquirendos, tàm ex recta successionis linea, quàm ex collaterali, idque, & proprio, & filiorum, indeque descendentium nomine, in quorum vicem (contra petiti, promissi, & pacti puritatem) quingenta illa millia scutorum aureorum assignabantur.

Ex hinc spumat, & se exerit virus latens sub perlucido, admicabilique Pacis nomine. Inducit quidem assertionis author, Leoneium quasi ad renuntiationis vocem obstupentem, & rei novitate perculsum, calamum ad capitula efformanda, manumque levasse de tabula, quousque certiorem faceret Cardinalem Mazarinum, quem non minus ea novitate miratum depingit, necesseque de ea re agere, ac convenire, credentem coram Ludovico de Haro, cum quo agitata, ac discussa res, quamquam Cardinalis cessit, annuitque renuntiationi; renuens tamen, ac involuntarius, ne si tunc obluctaretur tanta res cessisset in vanum, matrimonium inquam, & expetita Pax universalis: præcipuè cùm frustra esset disceptare de conditione injusta, [6.] impossibili, & evanida (usurpando quidem ea verba ex ore Bartholomei Gramondi, [7.] qui eâdem calumniâ, & stylo invehitur in capitula renuntiationis, quæ interceſſerant in nuptiis Reginæ Annæ Austriacæ cum Ludovico XIII.) Utque mentem hanc exprimat, & commendet; adstruit ipsum etiam D. Ludovicum de Haro assertionibus Cardinalis convictum, fassumque injustissimè id peti: Sed tamen sic sibi injunctum à Rege, ut nequiret prætermittere, nec absque renuntiationis actu posse de matrimonio, nec de fœdere pacisci. At enim, quis sic amens, ut credat Gallici authoris somnium? Quis à Ludovico de Haro, talia prolata sibi persuadeat, cujus fides, & constantia verè semper Castellanum candorem tenuit in obsequium, & obedientia sui Regis, superque

(6.) Tract. Regin. Christ. Jus. in Braban. fol. 12. num. 4.

(7.) Barth. Gramon. Histor. Gall. lib. 1. *Quâ renuntiaverat conceptis verbis successioni Hispaniæ, nedum suo, sed & successorum nomine; otiosam penitus clausulam.*

re tanta? Inde ergo ullo reſponſo indigna, tamquam compoſita potius à temporario, quam fido ſcriptore.

Sed quia nefas eſt, audaces non retundere, qui inverecundè tentant in tanti Herôis memoriam electi ad arcana Regii cordis, imponentes illi verba nec ore prolata, nec corde concepta, aberrantia toto Cœlo à Regis Imperio, à zelo Conſilii Status, & ab officio ſibi injuncto: Aſſerentesque Leoneium, Cardinalemque Julium Mazarinum propoſitionem renuntiationis, tunc noviter audiſſe: cum nulla res antiquior illis, ſeu ſecreto, ſeu palam ageretur, nempe ceſſuram D. Mariam Tereſiam hæreditatis, ac ſucceſſionis juribus abſolutè, illâ formâ, & eo ſtylo, quo ceſſerat Chriſtianiſſima Regina D. Anna in ſuo pacto antenuptiali.

Veritas enim rerum, certaque ſeries in congreſſu agitatarum, quidquid ex adverſo aſſeratur, ea fuit, nempe ut firma, ac fide pura initiaretur delineatio capitulorum matrimonialium, Pacis, & renuntiationis, ſub uno, & indiviſo fœdere, inſtrumento ipſiſſimo, ac quod exararentur hæc ad normam pacti antenuptialis Reginæ Annæ, & Ludovici XIII. Additis inſuper, quæ crederentur expeditiora ad robur, pactorumque vim irrefragabilem, in cujus rei executionem ipſemet Leoneius tradidit Petro Coloma exemplar capitulorum Reginæ D. Annæ, ut ex unanimi conſenſu nova hujus Auguſti matrimonii pacta ſancirentur ad antiqui normam.

Eâ animorum mutuâ æqualitate, & intentionis puritate erat in votis utrique parti, ad fœderis communis executionem devenire, conſequendamque exoptatiſſimam pacem, ad quam tamen prœcluſus aditus, niſi per matrimonium, & renuntiationem. At verò exemplar illud à Gallis traditum cùm legeretur, infideliter exaratum fuiſſe deprehenſum eſt, malaque fide deſcriptum, (8.) clauſulis nonnullis truncatis, & prætermiſſis quibuſdam verbis ad rem, publicamque utilitatem facientibus, & ex quibus conſtringebantur contrahentes ad bonam fidem ſervandam, pactaque conventa, ſub nota fractæ fidei, & pacis publicæ violationis: Occurſum eſt tamen exemplaris illius defectui, exhibito originali inviolato, & integro, ex quo in animum induxit ipſe Leoneius inde exaranda

(8.) Joann. Limn. notit. Reg. Gall. lib. 1. cap. 3. lit. DD. *Mendaces, & deceptores eſſe ac fidei Rubrica, res ſuas non minori ſolere ſcribere fide quam agere; aliter ſentire, quam loqui.*

randa illa capitula, à quo nullatenus immutata, & sic præscripta renuntiationis formula nullo obice, nullo obsistente, fuit.

Id verè novum est, & obstupescendum, quod Leoneius patiatur imponi sibi jam fuisse novum renuntiationis nomen; cùm ut verè prędixi, à primo fœderum die nîl habuerint stipulantes antiquius, seu secretò, seu palam, quam ad pacem deveniendum per nuptias, & ad nuptias per renuntiationem. Ad cujus executionem uniformi gradu properatum est, quin & ex parte Christianissimi Regis sic urgebatur ardentiùs, ut sæpissimè juberet, quod operationes deservientes ad fœderis complementum ea velocitate mandarentur executioni, ut coæquales evaderent Regio genio; nîl enim Rex adeò in votis habebat, quam matrimonii complementum, in quo & sponsa placebat, & pax, sine qua desolatæ lugerent gentes, privatæ nempè bono tamdiu concupito, post tot belli infortunia, quibus jam oppressæ succumbebant. Quæ Regis mens sic inclaruit, ut cùm decima sessione Plenipotentiarii in quibusdam dissensissent, adeò, ut decrevissent cessationem facere, nec amplius convenire, postera die Leoneius profectus fuerit ad Fontem Rabiam, ferens in mandatis, ut iterum Plenipotentiarii convenirent, assensurum enim ajebat Cardinalem D. Ludovico in iis omnibus, in quibus dissenserant. Etenim non audebat ad Regem, & Patriam remigrare, ni fœdere inito, nec coram Rege adesse, sine nuptiali pacto, præ impatienti ardore, quo Rex Christianissimus matrimonium avebat. Unde nata trita illa vox: *Rogandum non de Christianissimi valetudine, sed de impatientia.*

Ea est pura, veraque series rerum gestarum, id fidele obsequium D. Ludovici, cui assensus Cardinalis planus, & plenus, & justa renuntiationis celebrata executio. Nec de alia re actum, multò minus disertum de ea, quæ ad ipsos non erat credita ad examen, sed ad executionem. Cętera verò ab authore perlucidè enarrata effingere est, non pingere.

Icto igitur Pacis fœdere inter Legatos, cùm ejus præcipua, ac unica ratio, & causa esset exoptatum matrimonium Christianissimi Regis, & Serenissimæ Hispaniæ Infantis; ut liquidò constat ex ipsis pactis matrimonialibus, eorumque proœmio.

Quod Rex uterque, utpotè Catholicus, & Christianissimus, quorum præcipua cura est invigilare suorum Regnorum commodo, & pacem, ac tranquillitatem inter unam, & alteram Coronam, ac cunctos Orthodoxos stabilire, prout ambo nunc in id simul concurrunt, eo fine, ut non solùm, dum suæ Majestates vixerint, sed in eorum posteros id ipsum perpetuò extendatur: pro horum præcipuo, & efficaciori medio Venerem maritalem habentes, ad Dei obsequium, & eo auspice decreverunt, & convenerunt super nuptiis Regis Christianissimi cum præfata Serenissima Infante Domina Maria Teresia Regis Catholici filia primogenita, ut hoc strictiori vinculo firmius innodetur amor, necessitudo, & fraternitas, quæ stat, & ardenter ut inter utrumque conservetur, est in votis.

Que sus Magestades, como Reyes Catolico, y Christianissimo, à quien tanto incumbe el bien de sus Reynos y assegurar la Paz y conformidad de ambas Coronas, y de toda la Christiandad, que oy se establece entre sus Magestades: y deseando se perpetue, no solo por la vida de sus Magestades, sino tambien por la de sus descendientes, y sucessores: Teniendo para ello por uno de los medios mas eficazes el vinculo de los casamientos, servicio de Dios, y con su gracia, han tratado, y acordado el Desposorio, y Matrimonio del Rey Christianissimo, con la dicha Sereniſſima Infante Doña Maria Teresa, hija mayor de la Magestad Catolica; para que con este nuevo vinculo se estreche, y confirme mas el amor, amistad, y hermandad que ay, y se desea conservar entre sus Magestades.

In ipsa fœderis tabula subscripsêre Procuratores Regii, ut vice reciprocâ fœdus, & pactum antenuptiale individuitate gauderent tali, ut instrumentorum discretio nullam induceret contractuum discretionem; immò individuitatem ejus reciperent absolutè fœderalem; ut cautum *cap.* 33. Pacificationis (9.) (lege inviolabili arctante, ac premente in illius observantiam:) [10.] *Quod tamen, etsi separatum, vim, & robur idem includit, quod præsens fœdus Pacis, utpotè præcipua pars, pignusque pretiosius conventionis, ut ipsa firmior, diuturniorque maneat.*

Cùm verò esset necessaria publica authoritas ad probationem (11.) (licet quoad fidem, rerumque pactarum per Plenipotentiarios stabilitatem, jam inde fœdus inviolabile maneret (essetque rerum omnium scopus matrimonii vinculum Christianissimi Regis, & Se-

re-

(9.) Cap. 33. Pacificat. ibi: *Vt Pax ista, fraternitas, mutuaque amicitia, ut cordi est firmior, stabilior, indissolubiliorque permaneat, decretum est, & statutum nomine prædictorum DD. Regum; Christianissimum Regem ducturum Serenissimam D. Infantem Hispaniæ D. Mariam Teresiam filiam Primogenitam Regis Catholici: Quod ipsum inter prædictos D. Marchionem Comitem de Olivares, & Cardinalem D. Julium Mazarinum, ut Regum suorum Procuratores in id deputatos, & vi instrumentorum specialium instructos, ipsomet die celebrationis alio instrumento pactum est, in quo agitur de die celebrandi matrimonii, aliisque capitulis ad id attinentibus, ad quod se referunt.*

(10.) Senec. *Epist.* 88. *Fides sanctissimum humani pectoris bonum, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio.* Procop. *Jusjurandum autem, & pacta etiam scripto sancita violare, ne abjectissimo quidem homini decorum esse arbitror.* Cap. Noli. 23. *quæst.* 1. Barth. *l. Conventionum, de pact.* Kokier. *Thesaur. Politic. lib.* 2. *cap.* 12. Arnold. Clapm. *de Arc. rerumpublic. lib.* 5. *cap.* 8. Besol. *dissert. de jur. pact.* Petr. Gudel. *de jur. Pacis. cap.* 10.

(11.) *L.* 4. *de fid. instrum. l. cunctes, C. de prob. l. Peregrè, de adquir. possess.* Besol. *de fœder. jur. cap.* 6. *num.* 9. Joann. Lymn. *notit. Gall. lib.* 1. *cap.* 3. *in addit. lit. FF.*

reniſſimæ Infantis, eâ formâ, iiſque formulis, & conditionibus, in quas legati convenerant, præſertim omnimoda jurium renuntiatione; ex quo oriretur optatæ Pacis bonum, Galliæ utilitas, Reginæ Matris concupitum diu votum, Chriſtianiſſimi Regis fœlicitas, tantæque Majeſtatis complementum, ex tàm Auguſtæ unionis contractu: Rex ipſe Chriſtianiſſimus legavit extra ordinem Ducem Mariſcalchum de Gramont, ut à Rege Catholico, Regio nomine D. Mariam Thereſiam Hiſpaniæ Infantem in uxorem expeteret, traderetque Regias Epiſtolas, (12. præſeferentes gaudium, quo ex conventione perfundebatur Rex, ſe fœlicem indigitans, ſi tali uxore, ſociaque donaretur, quoque pariter Regina Mater fœliciſſima credebatur; ex repetita unione Auſtriacæ ſtirpis in Rege filio; de qua pulchriora germinarent Gallica lilia in Galliæ gloriam. Quare Epiſtolas inſerendas duximus, ut tantis teſtibus impoſitio noviſſimi aſſertoris Gallici revincatur.

(12.) Abulenſ. in Geneſ. cap. 24. De Legatione Abrahæ ad petendam Rebeccam in uxorem filio ſuo Iſaac: *Portabat Ejacer unam chartam, in qua confitebatur Abraham, donare omnia bona ſua, tàm mobilia, quàm immobilia filio ſuo Iſaac, & hoc erat ad commovendos Parentes uxoris, ut libenter traderent filiam ſuam.*

Epiſtola Reginæ Matris.

DOMINE,

Frater mi, credat equidem Veſtra Majeſtas me nunquam digitis calamum adſcribendum lubentius, quam in præſentiarum, attigiſſe, ut veſtræ Majeſtati exponam prægrande id beneficium, quod Deus ſæpius oratus mihi, & toti Orbi Chriſtiano impertiri dignatus eſt; pacem videlicet duos inter viros à me tam enixè dilectos. Sacro Numini pernotum eſt, quàm egerrimè tulerim non toties, quoties vellem, id ipſum V. Majeſtati inculcare. Nil aliud pro nunc mihi expetendum reſtat, quam Chariſſimum meum filium maritali nodo conjunctum videre cum filia Veſtræ Majeſtatis, cujus me ſororem, hiſque in Regiis ædibus editam memini. Sed quando V. Majeſtatis manus me deoſculaturam autumo, fateor profecto, tota mea mente deſipio. Ulterius non progrediar, quia cœlo aberrare pertimeſco: Non verò poſſum non in medium proferre, quàm volupe, & pergratum mihi erit, quod egomet ipſa meis ma-

SEÑOR,

Hermano mio, bien creerà Vueſtra Mageſtad que jamàs en mi vida tomè la pluma para eſcrivirle con mas guſto, y ſatisfacion, que lo hago aora, pues es, para dezir à V. M. que Dios me ha hecho la merced, que ha tanto tiempo que le ſuplico me hizieſſe, y à toda la Chriſtiandad, dandonos la paz entre dos perſonas, que tan tiernamente quiero; y èl ſabe el ſentimiento que he tenido ſiempre de no poder dezir eſto tan à menudo à V. M. como yo quiſiera; y ya no me falta mas que deſear en eſte mundo, que ver à un hijo, que tanto quiero, caſado con hija de V. M. de quien me acuerdo muy bien de ſer hermana, y de aver nacido en eſſas paredes. No creerà V. M. qual tengo mi coraçon ſobre todo eſto; y quando pienſo que he de beſar las manos à V. M. confieſſo que eſtoy fuera de mi; no dirè mas que eſto à V. M. porque cierto temeria no acertar lo que me digo. No puedo dexar de dezir à V. M. que ſerà tambien para mi un gran guſto de poderle preſentar yo

nibus

nibus Veſtræ Majeſtati filium offeram, ac nepotem: Et donec id opere compleam, non dies tantum, ſed horas, ac momenta ſupputabo. Faxit Deus, ut hunc felicem diem albo, quantò citius poſſim, numerare lapillo: Mareſchalius, Dux de Gramont plura alia Veſtræ Majeſtati meo nomine aperiet, quæ nunc conſultò ſubmitto, Deum rogans ut Veſtram Majeſtatem incolumen pro meis votis conſervet. Burdigalæ die 22. Septembris 1659. Bona Veſtræ Majeſtatis Soror Anna.

miſma un hijo, y un ſobrino, y haſta que eſto pueda ſer, eſtarè contando, no ſolo los dias, y las horas, ſino los momentos. Dios me dexe ver eſte dia tan dichoſo para mi que lo ſera mas que todos los de mi vida. Al Mariſcal Duque de Gramont me remito de muchas coſas que dirà à V. M. de mi parte; y acabo eſta rogando à Nueſtro Señor me guarde à V. M. como deſeo, y he meneſter. En Burdeos à 22. de Setiembre 1659. Buena Hermana de V. M. Ana.

Epiſtola Regis Chriſtianiſſimi Regi noſtro Catholico.

ALtiſſime, Excellentiſſime, ac Potentiſſime Princeps, noſter Chariſſime, & Dilectiſſime bone frater, & Avuncule. Quandoquidem Omnipotens noſtris optimis animis, & ſtudiis benedictiones de Cælo pius emiſit, ut ſecura tranquillitas Orbi Chriſtiano effundatur, ſitque inter nos animorum ſumma illa conjunctio, ad quam ſanguinis proximitas ſuaptè natura conducebat: Nihil aliud ad horum integram plenitudinem defuit, quam pacis perpetuam durationem firmiſſimè annectere, noſtræque neceſſitudinis, ac conſanguinitatis vincula validiſſimè coarctare novâ aliâ unione, quam diutiſſimè appetivimus: Horum ad effectum nuptias contrahere excogitavimus cum Sereniſſima Infante Domina Maria Thereſia Veſtræ Majeſtatis filia natu majore, quam pro certo habeat Majeſtas veſtra à Nobis tam expeti, quam appeti: non minus ob excelſum ſui generis ſplendorem, quam ob eximias, & præilluſtres dotes, quibus abundè cumulatur. Hunc ad finem, tanquam noſtrum extraordinarium Legatum ad Veſtram Majeſtatem mittimus Chariſſimum Nobis, & dilectiſſimum Conſobrinum Ducem de Gramont, Parem, & Mareſchalium Franciæ, Supremum de Vidache, Noſtri Status Miniſtrum, Gubernatorem, & noſtrum Locotenentem Generalem Navarræ, & Bearne, Præfectum Urbis Tarbeliorum, & Territorii de Tabor; & Tribunum Legionis noſtræ, Gallicanæ Cuſtodiæ, qui noſtro nomine V. Majeſtatem ro-

MUy Alto, muy Excelente, y muy Poderoſo Principe, nueſtro muy Caro, y muy Amado buen Hermano, y Tio. Aviendo placido à Dios bendecir las buenas intenciones, que hemos tenido, de dar el repoſo à la Chriſtiandad, y de eſtablecer por eſte medio entre noſotros la amiſtad, y union, à la qual naturalmente nos conducia la proximidad de nueſtra ſangre. No falta para nueſtra entera ſatisfacion, ſino el ver afirmar la duracion de la Paz, y eſtrechar los lazos de nueſtra amiſtad y de nueſtro parenteſco con una nueva aliança, que ſiempre avemos deſeado. Y para eſte efecto hemos diſcurrido en nueſtro caſamiento con la Sereniſſima Infanta Doña Maria Tereſa, hija mayor de Vueſtra Mageſtad. Que podemos aſſegurar à V.M. que la conſideramos, y deſeamos no menos por la grandeza de ſu nacimiento, que por las ſingulares calidades de ſu perſona: A cuyo fin embiamos en calidad de nueſtro Embaxador Extraordinario à V. M. à nueſtro muy Caro, y bien Amado primo el Duque de Gramont; Par y Mariſcal de Francia, Soberano de Bidache, Miniſtro de nueſtro Eſtado, Governador, y nueſtro teniente General en Navarra, y Bearne, Governador de la Villa de Bayona, y Païs de Labor, y Maeſtro de Campo del Regimiento de nueſtras Guardas Franceſas: para rogar à V. M. en nueſtro nombre (como aſſi lo hazemos por eſtos renglones) quiera concedernos por nueſtra eſpoſa la dicha Sereniſſima Infanta Doña Maria Tereſa; remitiendonos en lo demas, à lo que repreſentarà nueſtro dicho primo, de los

get

get (quod his litteris nos , & ipſi facimus) velit nobis in Chariſſimam ſponſam locare prædictam Sereniſſimam Infantem Dominam Mariam Thereſiam. In cæteris verò præfati noſtri Conſobrini dictis ſtabimus , ſcilicet ſuper affectibus , quos erga V. Majeſtatem , & dictam Sereniſſimam Infantem firmiter tenemus , ſi Veſtræ Majeſtatis aſſenſerit nutui , & noſtris deſideriis favens annuerit. Nec his aliud exprimimus , Deum precantes , ut Veſtram Majeſtatem per longas ævi ſoſpitet ſeries. Burdigalæ die 21. Septembris 1659. Veſter bonus frater , & Nepos Ludovicus.

afectos que conſervamos à V. M. y à la dicha Sereniſſima Infante , ſi ſe conforma con las intenciones de V. M. para un favorable conſentimiento à nueſtro deſeo. Nos no haremos eſta mas expreſſa , que para rogar à Dios tenga largos años à V. Mageſtad en ſu ſanta , y digna guardia. Burdeos à 21. de Setiembre de 1659. años. Vueſtro buen Hermano , y Sobrino Luis.

Epiſtola Regis noſtri Catholici Reginæ Matri.

DOMINA ,

Soror mea. Mareſchallus Dux de Gramont Veſtræ Majeſtatis litteras die menſis proximè præteriti 22. exaratas nobis tradidit , & ſi V. Majeſtas nunquam ſe lubentius aſſerit calamum ſumpſiſſe , ut ad nos ſcriberet , poſſum & ego affirmare nunquam me præſenti parem lætitiam guſtaſſe , cùm videam tandiu à me optatam pacem jam ſtabilitam , ſimulque V. Majeſtatis , & Regis mei nepotis petitionem attendam , ſcilicet ut cum eo filiam meam geniali thalamo conjungam ; cui tam juſtæ , & commendabili flagitationi ſummo cum gaudio , ac lætitia connivens indulſi , ſummas Deo grates reddens , quod mihi fuerit dignatus concedere , quod tot abhinc diebus tam inhianter oravi : Sic enim non ſolum noſtræ conſanguinitatis vincula accreſcunt , ſed facilior mihi patet aditus , ut clariùs V. Majeſtas poſſit amorem illum dignoſcere , quo ſemper à me dilecta eſt , & diligitur , utpotè à bono fratre. Quæ circunſtantiæ bono ſuperadditæ , & quieti , quæ ex pace Orbi Chriſtiano , & noſtris ſubditis obveniet , pleniorem efficiunt felicitatem ob rem tantam ad cumulum perductam. Ardenter deſidero , adveniat jam hora illa , quâ V. Majeſtatis præſentiam adeam , nil enim aliud mihi poterit , poſt tam diutinam abſentiam jucundius accidere , quam ſi ipſemet meam filiam Veſtræ Majeſtati tra-

dam ,

SEÑORA ,

Hermana mia , el Mariſcal Duque de Gramont , me diò la carta de V. Mageſtad de 22. del paſſado : Y ſi V. Mageſtad me dize , que jamàs ha tomado la pluma con mas guſto para eſcrivirme , puedo dezirla yo , que nunca le he tenido igual al de aora , viendo concluida la Paz tan deſeada de mi , y juntamente pedirme V. M. y el Rey mi Sobrino à mi hija para ſu eſpoſa , demanda tan juſta , y de tanta eſtimacion , que he venido en ella con ſumo guſto , y contento , y doy infinitas gracias à nueſtro Señor , de que ſe aya dignado de concederme , lo que ha tantos dias que deſeo , y le ſuplico ; por cuyo medio no ſolo ſe aumentan los vinculos de nueſtro parenteſco ; pero ſe me facilita el poder moſtrar à V. M. mas francamente el amor que ſiempre la he tenido , y tengo , y el cariño de buen hermano. Circunſtancias que añadidas al bien , y repoſo , que con la Paz recibirà la Chriſtiandad , y nueſtros vaſſallos , hazen digna la dicha de averſe conſeguido tan gran bien. Deſeo infinito que llegue la hora en que yo me vea en la preſencia de V. M. pues no podrà aver mayor guſto , ni conſuelo para mi , que lograr eſta dicha , tras tantos años de auſencia , y ſer yo miſmo quien entregue à V. M. à mi hija. Quiſiera que bolaſſe el tiempo que falta , porque aſſeguro à V. M. que ni de dia , ni de noche pienſo en otra coſa ,

dam ; & utinam tempus perquam velociter evolet, quia credat velim, Majestas vestra, quod dies, ac noctes transigo contemplans, quo gaudio, quâque summâ lætitiâ perfundar, quando Vestram Majestatem proprius salutem. Cætera referet Mareschallius de Gramont, qui V. Majestatem de cunctis edocebit, siquidem nos omnes valentes vidit auspice Deo, qui V. Majestatem pro votis conservet. Matriti die 19. Octobris 1659. Bonus frater Vestræ Majestatis. Ego Rex.

que en el gozo que tendrè quando nos veamos juntos. En lo demas me remito al Duque de Gramont, el qual informarà à V. M. de lo que quisiere saber de por acà, pues nos ha visto à todos que à Dios gracias quedamos buenos. El guarde à V. M. como deseo. De Madrid à 19. de Octubre de 1659. Buen Hermano de V. M. *Yo el Rey.*

Amabili petitioni, benevolisque precibus (13. Jannuens Rex noster Catholicus, admisit expetitum matrimonii fœdus, concessitque Christianissimo Regi charissimam filiam in uxorem, affectusque amicissimos charitate reciproca laudans epistolis sequentibus rescribens.

(13.) Liv. *lib.* 42. *Sororem dedisse Prusiæ precanti, & oranti.*

* *Epistola Regis nostri Catholici Regi Christianissimo.*

ALtissime, Excellentissime, & Potentissime Princeps, noster Charissime, ac dilectissime bone frater & Nepos. Dux de Gramont eas mihi litteras tradidit, quas ei V. Majestas suæ legationis comites adjunxit Burdigalæ Septembris nuper elapsi die 21. simulque vestra adimplevit Regia mandata, summam V. Majestatis lætitiam insinuans super pace inter utramque Coronam stabilita, juxta id, quod mihi semper, & cunctis orthodoxis contestatissimum extitit ; siquidem eorum quies, ac tranquillitas ex illa firmabitur. Deo Opt. Max. summas gratulabundus gratias referam de hoc beneficio, præmiaque sperabo mutuæ intentionis, quâ hoc opus perfectum tàm Deo gratum, quàm nostris subditis utique conveniens. Quorum ad majorem firmitatem, & durationem, nec non ut nostri sanguinis proximitas nodosius arctetur, præ-

* MUy Alto, muy Excelente, y muy Poderoso Principe, nuestro muy Caro, y muy Amado buen Hermano, y Sobrino. El Duque de Gramont puso en mis manos la carta, con que V. M. acompañò su Embaxada, su fecha en Burdeos à 21. de Setiembre, passado juntamente los officios que V. M. le mandò, en razon de manifestar el consuelo con que V. M. quedava de ver concluidos los tratados de la Paz entre nuestras Coronas, al termino que siempre ha sido tan deseado de mi, y de toda la Christiandad : Reconociendo, que con ella se ha de establecer su quietud y alivio. Doy infinitas gracias à nuestro Señor de este comun beneficio, esperando que ha de premiar la reciproca intencion con que se ha caminado al fin de esta grande obra, en que està tan interessado su servicio, y la conveniencia de nuestros vassallos, para cuya mayor firmeza, y duracion, renovar, y estrechar mas los parentescos de nuestra sangre, me escrive V. M. en dicha carta, y me propuso tambien en voz el Duque, que diesse à V. M. en casamiento à la Infante Doña Maria Teresa mi hija mayor, que ha sido muy agradable y bien admitido de mi. (14.) Y assi vengo con particular gusto en condescender à esta instancia, y conceder à V. M. à la Infante mi hija, esperando que la union que ha de estrechar este nuevo vinculo, harà (como lo deseamos) perpetua, y permanente la Paz, y quietud de nuestros Reynos, concurriendo en ella la bendicion de la poderosa mano de Dios, à quien ruego tenga largos años à V. M. en su santa y digna guardia. Madrid à 19. de Octubre de 1659. años. Vuestro buen Hermano, y Tio. *Yo el Rey.*

(14.) Casiodor. *lib.* 4. *Epist.* 1. *Desiderantes vos nostris aggregare Parentibus, Neptis caro pignori propitia divinitate sociamus.*

præfata in Epiſtola veſtra aſſerit Majeſtas, & verbis itidem Dux mihi propoſuit, ut Veſtræ Majeſtati in ſponſam darem Infantem Dominam Mariam Theraſiam filiam meam natu majorem, quod mihi perjucundum fuit, & acceptum. Lubens igitur his annuo rogatis, & Veſtræ Majeſtatis filiam meam ſpondeo, pro certo habens, quod unio iſta novum vinculum ſtrictius innodans perpetuam (ut appetimus) & durabilem pacem, ac quietem noſtris Regnis adducet, dummodo Omnipotentis concurrat benedictio, quem rogo, ut Veſtram Majeſtatem diutius ſanctè, & dignè cuſtodiat. Matriti die 19. Octobris 1659. Veſter bonus frater, & avunculus. Ego Rex.

Gratia hac conceſſa, quâ nullam excellentiorem toto anteacto ſæculorum curriculo Gallia obtinuit, tàm ob Auguſtiſſimam tot virtutibus ornatã tantæ Reginæ perſonam, quàm ob Pacis fælicitatem ex ejus dextera pendentem, profecturamque Regnicolis, ut uno cantu cecinerunt Galli; & eadem hora, eademque die ſeptima Novembris, uno, eodemque actu indiviſo in domo ſeſſionũ, publicè, & ſolemniter ſubſcriptum eſt capitulis nuptialibus, & Pacis fœderi. Quæ inſtrumenta rata habuit Regia Catholica Majeſtas, prima die Decembris; & Chriſtianiſſimus vigeſima quarta Novembris ejuſdem anni.

Huic illuſtri fœderi ſubſequuntur nuptiarum celebritas, & Auguſtiſſima traditionis pompa (15.) inde excellentior, quia affuere duo totius orbis maxima lumina, Reges ſcilicèt, Catholicus, & Chriſtianiſſimus, ipſo in loco Inſulæ Phaſianorum, & domo ſæpius memorata, ubi poſt mutua charitatis, & amoris officia, manu propria Catholica noſtri Regis Majeſtas filiam tradidit Sponſo die 4. Junii, anno 1660. qua ipſa peracta fuerant ſponſalia de præſenti in Eccleſia Urbis Fontis-Rabiæ.

(15.) Tit. Liv. *lib.* 42. De Nuptiis Pruſiæ, & Perſei: *Celebratas eſſe utraſque nuptias gratulatione, doniſque innumerabilium legationum, & velut auſpicibus nobiliſſimis populis deductas eſſe.*

Panegyrico tàm illuſtri, ſucceſſit planctus (ò hominum inſtabilem ſortem!) nunquam ſatis dolendæ mortis Magni Regis noſtri Philippi, qui ad ſuperos evolavit 17. Septembris die, ann. 1665. ſuperſtite nobis in unicum ſolatium Carolo filio, Rege, & Domino noſtro, totiuſque Hiſpanicæ Monarchiæ unico hærede.

Hujus autem tàm dolendi fati voce, tamquam ad Boreæ flatum ambitionis ignis excanduit in Gallia, quaſi in opperto latens, ex quo Reginæ matrimonium conſummatum; & qui cineribus Parentis includi opportebat,

aut extingui flagrantior revixit; ac de pulvere illo, in quem humana fragilitas Regiam purpuram reduxerat. (aliis purpuratis pro ſpeculo ſit, in quo comant mores, criſtaſque demittant) ad turrim Gallicanæ Dominationis jacta ſunt fundamenta.

Inde ſumpto animo aliena invadendi, quo ſe tegat Gallia, ſcriptum Gallicani declamatoris ſub juſtitiæ velamine vulgatum eſt, aſſerens, actiones Regis Chriſtianiſſimi ratione niti, ex eaque procedere quidquid conetur, inque ejus tutelam vi uti neceſſaria, ubi rationi denegatur aditus, ſibique imputaturam Hiſpaniam, quæ jura turbet, & occludat aures juſta petenti. Enſem enim, quo ſibi aditum pandit ad propria, juſtitia ipſa in manus impoſuit, ut tueatur uxorem, cui injuſtè præjudicium illatum in fraudem juris naturæ, gentium, & communis.

Omnia igitur declamata licentioſiùs, quam veriùs, immò inverecundiùs, quàm deceat Majeſtatem: eo tamen tendunt, ut conentur prætexere, renunciationem executam à Regina Chriſtianiſſima fuiſſe nullam, injuſtamque, his de cauſis.

Quod fuerit contra jus naturæ, juxta quod nequivit renuntiare hæreditati paternæ in ipſius Parentis utilitatem; præcipuè cum minor eſſet, ſubque patria poteſtate, quæ etiam ſubſiſtere non valuit, etiam juramento interveniente; cùm Sereniſſimæ Infanti dos competens non aſſignata fuerit ex bonis paternis; & ſi qua conſtituta, ex iis ipſis fuit, quæ jam ei competebant jure de præſenti ex materna, & fraterna hereditate; quin & ipſa dos nondum ſoluta, ſed promiſſa, ſufficiens cauſa ad nullitatem abſolutam.

Quòd injuſta; quia in ea violantur ſacræ leges fundamentales Regni, ex quibus preſcribitur ſuccedendi ordo, quem tranſgredi nefas; ſicut jus competens ad Dominia ſuprema, vocante natura, & annuente ſanguine.

Sed tamen, priuſquam in repulſam accedamus partis Gallici ſcripti primæ, prædicere opportet veritatis candorem, quo tractare conamur rem ſacropoliticè ſummam, ex ipſa, exque ſupremis Regiis, Auguſtiſque perſonis, inter quas agitur. Nec morari par pari referendo impruden-

pudentissimis vocibus, & absque debita reverentia dissonis, ab scriptore abreptis, dum tentat, patefacereque conatur phantasticas injurias à Rege nostro irrogatas in Sereniſſimam Infantem filiam, & nascituram prolem; quasi (ait) profectas ab ambitione, & impietate in Parente, ab injustitia in Consiliariis Hispanis, quasi inconsideratè consuluerint, etiam quoad substantiam matrimonii. Hęc omnia contemnenda duximus, cum ex ipsamet assertione in se recipiant notam, dignoscaturque audacia calami ab adulationis animo commoti, vafroque consilio directi, eo fine tantum (supra tetigimus) ut ignaras mentes vano lineamento suadeat, reboanteque sono pręoccupatas aures impediat, ne attentiori cura veritatem, & justitiam æqua trutina, atque lance perpendant.

§. I.

NULLITATI OPPOSITÆ ADVERSUS renunciationem Reginæ Christianissimæ, ex eo quod versatur circa hæreditatem à natura, sanguineque provenientem, fit satis.

EX relatis objectionibus adversus firmitatem renunciationis à Christianissima Regina exculptæ, contendit Gallicanus, ipsammet Reginam succesſisse in aliqua bona ex morte Regis nostri Catholici Philippi Parentis: & ad tantulæ vocis sonum, justitiæ nomine abutitur, juris, ac justitiæ titulo pretexit fœderis, ac pactorum violationem; injuriarumque vindicationem indigitat injuriam, quâ disrumpitur fides publica, Pacis firmamentum, Regnorum, & Reipublicæ Christianæ quies sub fide publici contractus asserta. Supponit Scriptor, paternam hęreditatem competere filiæ titulo naturæ: Neque enim: (1.) *Satis fuisse Reginæ filiæ titulum, ut sit hæres, nam eum titulum inniti natura ipsa; rationem verò lege, nec alio fulcro egere.*

(1.) Palabras del Manifiesto. *fol.* 20. *Verba sunt scripti Gallici fol.* 17. *num.* 10.

Sanè indignum Majestati, per vulgaria juris communis axiomata perpędere Regias contentiones: Agnoscere enim debebat scriptor, quod suprema jura non versantur in humili, vilique Minerva, nec trutinantur privatis re-

gulis; sed penduntur supremis legibus, doctrinis, dogmatisque Majestaticis, ex publicoque jure. (2.) Quibus etiam utitur ipse, dum ad sui Regis jus pertinere putet.

(2.) Serres *en l'Invent. de l'Histor. de Franc. to.* 1. Bekold. *disp. Nomocopol. de Regn. succes. in Prodrom lib.* 1. *dissert.* 1. *num.* 8. *Scriptor Gallicus fol.* 26.

Sic etiam, quod ex diametro opponitur justitiæ, cujus zelo motum depingit Regem Christianissimum, dum pro ipso buccinat, & intonat vocem illam dulcem, sed prętextatam in principio tractatus: *Unam præter cæteras virtutes coli justitiam; huic Coronam, sceptrumque submitti, nec quicquam compendii sui causa facturus est, quod non liceat, omninò persuasus nihil expedire, nihil utile esse, quod sit injustum.*

Atque, quod turpe est post jura Regiæ Christianissimæ sponsæ declamata, quia jure sanguinis concepta, authoritate legum conciliata, hæreditario jure legitima, & devolutivo jam adita, simulata ignorantia, sic quærere: (a) *At, quo judice lis tanta secabitur? Quod erit in terrarum Orbe Tribunal, cui sisti possit Rex Galliarum, & de jure suo experiri adversus subditos?*

(a) *Tract. Regin. Christian. jus in Braban. fol.* 4. *num.* 5.

Nescit ergo, aut dissimulat, litem hanc non agitari cum subditis (quo casu concessa Principi juris dicendi potestas in re propria) sed cum Rege Catholico Reginæ Christianissimæ fratre masculo, cui leges, mores, & instituta populorum paternam successionem, & hæreditatem contribuunt, id quod labefactari non potest, quin una subvertatur firmum, & stabile regimen populorum à Deo institutum, nulli vicissitudini obnoxium.

Quare, si de Reginæ Christianissimæ juribus ad successionem paternam, postposito fratre, contenderet Rex sponsus, illaque sibi arrogare conaretur, attenta vi justitiæ (in quam collimant Principes, ex officii religione) ne Regina uxor à paterna moveretur hæreditate, violatis naturæ juribus, & in liberorum, & stirpis detrimentum, nulli dubium est, non vi, armisque contendendum; nec ex proprio Marte decidendam causam, sed servatis formulis à jure publico, & communi præscriptis.

Si enim bona ex Patre hæreditaria competerent Reginæ Christianissimæ, tanquam filiæ, & hæredi; ex juris regulis, illa coram judice (5.) bonorum expetenda erant. (6.) Quod si ex supremitatis obice difficilis aditus ad petitionem, & executionem; non ideò via præcluſa fuit supremis ad agendum in supremos, immò à jure gentium præ-

(5.) Hugo Grot. *de jur. bell. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 27.

(6.) *L. Hæres absens*, ubi DD. *de Iudic.*

præscripta fuit medio fęcialium, propositionum, clarigationumque, ut latè notatum §. III. à num. 30.

Si verò feudalia petenda, id etiam solitum fieri in Camera, seu coram domino feudi; (7.) ut receptum, laudatumque notamus, omnique jure servatum, maximè inter Gallos, ut evincitur ex satis decantatis contentionibus successionum Ducatus Britanniæ, inter Joannem Blesensem sponsum Joannæ, & Joannem Violantis virum: Nec non Comitatus Atrebatensis, inter Mathildem, & Robertum Comitem. Nec alio extraordinario remedio, aut judicio usum invenimus Robertum Casselensem, & Joannam de Coucy ad agendum de nullitate renuntiationis facta super Comitatu Flandriæ in tabulis antenuptialibus Ludovici Nivernensis Flandriæ Comitis, ad connubium Margaretæ, filiæ Philippi Longi Francorum Regis. Quæ causa, etsi inter Principes de nullitate contractus agitata, nec vi, nec armis, sed judiciali forma, proposita fuit in Parlamento Parisiensi, in quo discussa, ac decisa serie judiciali, & Senatorum voto.

Si verò de Regni, ac Imperii successione contenditur inter supremos, adeundum etiam est tribunal arbitrarium, sive extraordinarium ad id constitutum, vel conventione litigantium, legibus, moribus, aut consuetudinibus Regni, de cujus possessione erit contentio. (8.) Sicuti laudatum invenimus in causa Regnorum Aragoniæ, & Valentiæ, quorum lis voto Judicum terminata fuit, lataque sententia in favorem Ferdinandi Regis. (9.) Inque contentione Regni Gallicani, inter Philippum, & Eduardum Angliæ Regem. (10.) Et pariter Regni Lusitani, vacantis ex morte Henrici ultimi Lusitanorum Regis. Quod maximè receptum inter Brabantinos, apud quos, ut ipsa testatur Gallia: (11.) *Cum aliquando de successione Brabantini Ducatus ambigeretur, & utriusque Provinciæ ordines una convenirent, qui communi animo, & voluntate de constituendo Principe decernerent.* Ex quo, cum de successione Ducatus versaretur lis, inter Joannem Bohemiæ Regem, (12.) & Margaritam Comitissam Flandriæ: (13.) jura, quibus possessionem unusquisque postulabat, in ordinum congressu, exposita, discussa, & terminata fuerunt.

Quod judiciale jus, vel fæciale propositionis (16.) pubbli-

(7.) *Cap. Cæterum, de judic. cap. Ex parte, cap. Verum. de foro compet. cap. Imperialem. §. præterea Ducatus, ac prohib. feud. alien.* ubi DD. cumulat Rosent. *de feud. cap.* 12. *concl* 1.

(8.) Besold. *dict. disp. de Reg. succes. differ.* 14. *num.* 7.

(9.) Zurit. *Annal. Aragon. lib.* 11. *cap.* 68.

(10.) Paul. Æmil. *in Carol. IV.*

(11.) *Tract. Regin Christian. jus in Braban. fol.* 337. *n.* 2. *Manif. fol.* 351.

(12.) Diveus *rer. Brabant. lib.* 14.

(13.) Idem Diveus *lib.* 19.

(14.) Thucidid. *Bell. Poloponesi. libr.* 1. *Enim verò decreverunt Lacedæmonii fœdera rupta esse, & bello vindicanda: non tam inducti sociorum verbis, quam metu.*

(15.) Hug. Grot. *de jur. bell. lib.* 3. *cap.* 3.

(16.) Cicer. *lib.* 1. *offic. At belli quidem æquitas sanctissimo fœciali Populi Romani iure præscripta est: Ex quo intelligitur, nullum bellum esse iustum nisi quod aut rebus repetundis geratur, aut denunciatum ante sit, & indictum.*

blicæ praxi civili receptum, usu, & moribus gentium laudatum, (17.) nulla ex causa, principio, aut Majestate violari valuit, etiamsi Rex Christianissimus contenderet violenter revulsam & raptatam ab uxore Dominationem, (15.) cujus recuperationem ageret; sicut nec violatum uspiam, ni ab his, qui jura fingunt injustitiæ metu: (14.) Cum omnium Principum, quorum animus sincerus est, nec ex sola cupidine proferendi Imperii feruntur, sed muneris onere ducuntur, arcanum fuerit, ut quidquid eis, Regnovè juris competat, quęque ab æquè supremo retineantur, publica, ac solemni repræsentatione petantur.

De quo quamplura congerere possemus, tam ex sacris, quàm prophanis monumentis, sed unum pro cunctis suficiat. Refert Thucydides, (18.) quòd cùm à Lacædemoniis tractaretur de recuperatione violenta rerum, quæ ab Athenienſibus tenebantur, in idque pararentur copiæ, Archidamus prudens Rex consuluit, ut antequam ad arma venirent, & bellum inchoarent (quod post Peloponnesia cum dictum) Fæciales de summa rei mitterent ad Athenienses; hac enim omissa cæremonia, (19.) injusta arma, (20.) cruentus, atroxque semper habitus fuit gladii usus, etiam ad proprii recuperationem, si manu aliena teneretur. (21.)

Sed cum invenimus Gallicanos assertores à ratione alienos, (22.) tempori servientes, & raptos adulatione, (23.) illud extollere axioma fœdum: *Quòd non est in terrarum Orbe tribunal, cui sisti possit Rex Galliarum.* Deinde (oblitterata Regia fide, religione, jurisjurandi violataque) asserere, quod Rex justè agit, dum mediatur sibi ipsi in re propria militari manu jus dicere: Nec non, quod communis juris attentis regulis, justi legitimique sunt actus omnes, non operationes bellicæ tantum, sed actiones ab eo civili examini productæ: Conabimur avertere Gallicani assertoris sophismata, elucidareque, id omne, quod à Rege Christianissimo meditatum, & ab aulicis assessoribus exaratum fuit, esse injustitiæ nota conceptum, adulationis manu depictum, injustumque, ac oppositum juri Majestatis, publico, gentium, ac communi.

Nec

(17.) Dionis. Halicar. *lib. 2. Quod si qua contra fœderis conditiones aliquid commiserit, legatos agere, & verbis primò jus suum repetere: quod si dedignetur facere postulata; tunc bellum ratum habere.* Joan. Baltrin. *de re milit. lib. 1. c. 5.* Besold. *disser. de art. jureque belli cap. 5. n. 5.* Adam Contz. *Polit. lib. 10. c. 9.* Grot. *dict. lib. 3. cap. 3. à n. 5.*

(18.) Tucid. *bell. Peloponesi. lib. 1.*

(19.) Besold. *de art. jureque bell. c. 5. n 5. Barbarorum est non anxiè disquirere, quid jus, quid in curia sit; sed quid vires ferant, aut patiantur, & jus suum omne in armis consistere arbitrari.*

(20.) *L Qui jurisdictioni, de jurisd. omn. jud l. Nullus, C. de judic. l. unic. C. ne quis in prop. caus.* Ossual. *lib. 17. comment. n. 1. lit. A.* Petr. Greg. *Syntagm. lib. 31. cap. 6. num. 18.*

(21.) Proem. del Manif. *Y ha dado orden de avisar al Conseio del Rey Catolico, como iba à tomar possession dellos, en disposicion de assegurar el sossiego de los vassallos, que le serán leales, ù de forçar la rebelion de los que no querrán reconocerle por su verdadero, y legitimo Soberano.*

(22.) Alvar. Gent. *de jur. bell. libr. 1. capit. 7.* Ælias Schræd. *Delin. jur. bell. thes. 1 lit: E. Id enim ferinum, nulla accepta injuria ad cædes & vastationes velle venire. Piscium namque est, & ferarum se mutuò, ut vorent.*

(23.) Q. Curt. *de reb. Alex. lib. 8. cap. 12. Non deerat talia concupiscenti permitiosa adulatio, perpetuum malum Regum, quorum opes, sæpius assentatio, quàm hostis evertit.*

Nec inficias imus ex communi, & privato jure asseri: *Filius, ergo hæres.* Negamus tamen eandem vim habere, jure gentium attento, quo firmantur jura, quibus agendum, vel pro valore renunciationis, vel pro ipsius nullitate, quam Civili, Romano. Jus etenim Gentium, ex principiis naturalibus ortum tantum præscribit à superstitibus Parentibus, ea filiis suppeditanda, quæ necessaria nutriendis, & alendis. [24.] Unde primis sæculis Paternitatem dixere gentes officium, non potestatem; quia constat charitatis mutuæ [25.] vinculo, & reciproca auxilii inter Parentes, & filios obligatione. [26.]

Ex jure illo, quo inducitur pietas naturalis alendi filios, ortum fuit, ut pro legitima successione haberetur translatio paternalium bonorum [27.] in filios, alimenti loco subrogatorum Parentibus ab intestato decedentibus, lege interpretante, [28.] præsumptam Parentum voluntatem fuisse, ut in eis succederent, creditumque violari naturam, si nativo generationis amori defuisse videretur. (29.) Indeque prima ætas (ut diximus supra) priusquam sequentis sęculi impietas adeò crevisset, ut cogeret vim legum ad pietatem, id solum pro legitima hęreditate habuit, quod ab intestato Parente in prolem descendebat, (30.) non illud, quod expressa voluntas testantis assignabat.

Quamquam verò ea omnia certa sint juris axiomata, illud etiam certius omnibus sæculis, immò & primo mundi, publicam salutem supremam legem fuisse: Indèque jura publica, & in publicam salutem conducentia semper, & ubique prælata, cęteris posthabitis qualiscumque qualitatis, & gradus (cultu Deo debito excepto) quia unicè, & præcipuè in id intendunt, & collimant homines legitima societate adunati, (31.) utpotè in fundamentum omninò necessarium communis vitæ ducendæ, & sine quo ab irrationabilibus nullatenus

(24.) Barth. Kellenben. *de renunt. illust. fœmin. q.* 1. *n.* 10.

(25.) §. 1. *Inst. de jur. natur.* ubi Scrib. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 1. *q.* 6. *in princ.* Gudelin *de jure novis. lib.* 1. *cap.* 14.

(26.) *L. cum Ulpian. de interd. & releg. l fin. vers. Utramque, C de dot. promis. omninò paternum esse officium* Fab. *de error. Pragm. Decad.* 2. *error.* 2. *n.* 6. Besol *disser. de trib. domestic. societat. specieb. c.* 3. Petr. Gudel. *de jur. novis. d lib.* 1. *cap.* 14.

(27.) *L. Siquis, de agnosc. liber. l.* 3. *C. de alend. liber. l. ult. §. Ipsum autem, C de bon. quæ liber. §. Jus naturale Instit. de just. & jur.* ubi DD. præcipuè Joan. Harpret. *num.* 8. Arist. *lib.* 1. *Polit. cap. ult.*

(27.) Immol. *l. Titio centum, §. Titio genero, de cond. & demonst.* Cacialup. *l. Omnes populi, n.* 75. *de just. & jur.* Menchac. *de succes. creat. lib.* 2. §. 20. *num.* 312. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 1. *n.* 5. Merlin. *de legitim. lib.* 5. *tit.* 1. *q.* 1. *n.* 7. *& q.* 6.

(28.) C. 8. §. 1. *de jur. Codic.* Petr. Greg. *dict. lib.* 41. *cap.* 1. Ossuald. *lib.* 9. *comment. cap.* 1. *in not. lit A & B.*

(29.) Corn. Tácit. *lib.* 3. *Ann.*

(30.) Petr. Greg. *d. lib.* 41. *Syntag. cap.* 1. Ant. Fab. *de error. Prag decad.* 14. *error.* 1. Ossuald. *lib.* 9. *comment. cap.* 1. *in not. lit.* C. Excellent. D. D. Christoph. Crespi *observ. in decis Valent. obser.* 24. *à n.* 1. Barth. Kellenben. *de renun. illustr. fœmin. q.* 37. *n.* 27. Infra. §. 4. *n* 20.

(31.) Besold. *dict. disput. Nomicopolit. de Regn. succes. disput.* 2. *thes.* 18. *Lex quippè vel consuetudo successionis, non est contra Regni commodum interpretanda, pro cujus utilitate salubriter ab initio fuit introducta.*

differrent, aut à barbaris montanis. Juxta quod rationis, naturæque dictamine hæreditates Parentum non æquali lance in filios divisæ, & eatenus tantum succedebant in eorum bona, quatenus bono publico conducere credebatur. Ideòque, licet fœminæ, genitura, nataliumque vi æqualiter, ac filii filiationis mensura gauderent; tamen jure hęreditario non transibant in paternam hęreditatem, ut quæ non haberentur monumenta familiarum, paternique sanguinis. Quod videbatur ex bono publico, & gentium placito, quodque primum præ oculis habebat Pater, cum filius in continuationem dominii, propriæque substantiæ sufficiebat. Et tamen nè ea præteritio fœminarum impietati, aut languenti affectui daretur, loco alimentorum, quæ à Patre filiæ educandæ debebantur, portio quædam ex bonis paternis extrahenda filiæ taxabatur, nec ea tamen hęreditatis titulo, sed dotis. (32.)

(32.) Paul. Christin. *ad consuetudin. Mechlinienſ. tit. 16. art. 10. num. 4. & 5.*

Ex quibus fatendum necessariò, ut axioma: *Filius, ergo hæres*, vim obtineat, & filii nomen lege fulciatur, nec vox sanguinis vacua permaneat, observandum prius, an cum filiali titulo conveniat publicæ utilitatis ratio, publicoque bono conducat, ut filius in paterna bona succedat. In hujus namque defectu, neque natura, neque natalia legem juvant, nec vocem animant; immò potius evanida disparant, & locum cedunt utilitati communi, utpotè supremæ legum. Quæ doctrina orta fuit jure Divino, (33.) & gentium firmata: Filiæ Salphat, teste sacra pagina, excluſæ notantur, Israële toto censente, à successione paterna, & quidem nullo superstite filio masculo: Sed & si ipsæ in sui tutelam referebant jus naturæ voce sanguinis, Judex tamen Sacer Moyses non ausus tantam causam sine Numine decidere, dum illis favet paterna charitas, in illas militat populi dissensus consuetudine firmatus, & utilitas publicæ conservationis familiæ illius oblivioni non tradendæ, dum jura hæreditaria in alienam transeunt ineptitudine fœminarum propriæ conservandæ. Moyses, inquam, Numen consulendum adiit. Sed audi Numen: Admittendas dixit in successionem Patris filias, ut videtur ex privilegio; quia Salphat Pater optimus vir fue-

(33.) Numer. *cap.* 27.

fuerat, sed tamen ea lege prescripta, & in posterum servanda, ut eæ filiæ viris suæ Tribus nuberent, ne bona in alienam divagarent. Quo medio Deus favit charitati paternæ, & naturæ indigentiæ, cavitque juxta populi votum, gentiumque dictamen publico bono, ne bona in alienam stirpem distraherentur; quod necessum, si fœminis hæreditas obveniat.

Ex Dei legibus leges ortæ Athenienſium, qui ante Solonem ſucceſſionibus formam non preſcripſerant: Solone verò dictante, à Parentibus in filios bona derivarunt, non tamen indiſcriminatim, ſed conſiderata publicæ utilitatis conſonantia, præ qua privata poſtergabatur, quamquam omnibus filiis, filiabuſque æqua ratio natalium foret, & charitatis igniculus. Quamobrem nè naturæ opera taxarent, quæ progignit fœminas publico moderamini, familiarumque decori, provectionique parum idoneas, lege lata proviſum, ut fœminis nullo titulo hereditatis, aut nomine ſucceſſionis, ſed dotis appellatione portio pro paternæ ſubſtantiæ quantitate, nobilitatiſque gradu conſtitueretur. [34.]

Idque juris viguit ſemper, probatumque fuit apud gentes, ut commune, & obſervandum, ut ſupremum axioma, præſertim apud ſupremos Principes, quorum res eſt bono publico conſulere, & Reipublicæ quieti providere, quolibet privato jure, ac utilitate contempta.

(34.) Ex Demoſthen. Vbon. Emm. de Repupl. Athenienſ.

Hoc vinculo adſtrictum notamus Alexandrum: (35.) Nam cum fato proximus, rogatus à Perdicca fuiſſet, quem vellet ſceptro ſucceſſurum, juraque daturum, non tantum in Macedonum Provinciis, quas ex Patre regebat, ſed in Aſia univerſa, quam manu cœperat, tametſi filius expectaretur poſthumus, non tamen pro illo cenſuit, ſed quaſi paterni amoris oblitus, nec ulla ambitionis aura commotus (ut in proprio ſtemmate, ſanguiniſque propagine famæ propriæ trophęum dicaret) bono tantum publico intentus, ſubditorumque quieti, Pacis conſervationi, unionique providens, cęteris privatis, ſanguinis ſui decoribus poſt tergum jactis, *Optimum* acclamandum duxit, & ſuprema voce prącepit. Publica utilitas fuit illi pro filio, pro ſtemmate, pro-

(35.) Q. Curt. *de reb. Alex. lib.* 10. *cap.* 7.

pro cognatione; eaque cæteris Principibus debet esse pro familia, (36.) & in eam debent collimare successionis jura nempè in Regni utilitatem. In id enim, non in propriæ familiæ exaltationem, Deus creavit Reges, aut hominibus præposuit, gentesque loco Parentum eos evexere, (37.) titulo quidem nobilissimo, vinculoque strictissimo inter quaslibet alias cognationes. (38.)

In manu Romuli ortum invenimus Regnum Romanorum, ex Tarquiniique sanguine Reipublicæ Romanæ lilia, quæ vel ex Regiis legibus, vel exterarum delectu, vel ex more majorum jus illud condidere; quod (Imperii augmento in majorem partem Orbis diffuso) commune factum, unde juris communis sibi nomen arrogavit. (39.) Id jus ergo præcipuè tendit, ut usurpet suum, privatumque jus patriæ potestatis; (40.) adeò in immensum aucta Parentum authoritate, filiorumque depressa, ut quasi abrogata natura, jus contulerit vitæ, necisque Parentibus in filios, pariterque acquirendi sibi quicquid filii labore, industriave parassent, (41.) collato tamen invicem filiis firmo succedendi in bona paterna jure, ut nihil crederetur recepisse ex novo titulo, sed per continuationem Dominii, jurisque suitatis. (42.) Hinc ortum axioma: *Filius, ergo hæres.*

Sed haud ignotum Romanis, inter patriæ potestatis jura pro communi utilitate; sexuum discrimen, & bonorum: constituentibus primò fœminarum exclusionem à successione hęreditatis, nisi forsan in subsidium virorum, eorumque defectu, juxta Voconiæ (43.) legis placitum, quæ vim, roburque tenuit usque ad constitutiones Imperiales, (44.) ex quibus pietate movente uterque sexus in successionibus æquali jure censetur.

Ni

(36.) *Concil. Toletan 5.* Loaisa, *fol.* 381. Valer. Maxim. *lib. 5. ca 6.* Hieron Osor. *de Reg Inst. lib. 4.* Petr. Crinit. *lib. 2. de honest. disciplina. ca. 4.* Philip. Camerar. *oper. succes. par 2. cap. 45.* Joseph. Steph. *de unic. Relig. cap. 1.* Mendoza, *viridar. lib. 5. problem. 37.* Contz. *Politic. lib. 7. cap. 4.* Besold. *de Majest. ingener. cap. 1.*

(37.) Joan Immol. *l. Necessarius, §. non aliàs par. 3. n. 32. ad S.C. Syllanian.* Luc. de Pen. *l. Quicumque, nu. 8. C. de omni agro deserto, li. 1.* Amay. *obser. lib. 1. cap. 1. n. 5.* Naucler. *de Monarch. p. 3. lib. 2. cap. 6.* Contz. *Polit. lib. 7. c. 5.* Bulenger. *de Imper. Roman. lib. 1. cap. 22.* Gunther. *de offi. Dom. Aug. lib. 1. cap. 40.* Theod. Hoeping. *de iur. insign. cap. 22. n. 65.*

(38.) Plutarch. in Pyrrhum.

(39.) *L. 2. §. Ex actis Deinde, De orig. juris.*

(40.) *L. 3. l. Pater furioso, de his qui sunt sui, §. 2. Instit. de Patr. potest.* ubi Æguin. Hothoman Harpret. Fab. Rolin. *antiquit. lib. 9. cap. 3.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 6. ca. 10.* Paschal. *de virib. Patr. potest. cap. 1. part. 1. n. 1.*

(41.) *L. Placet, de adquirend. hæred. l. 1. §. Item adquirimus. l. 3. De adquir. possess.* Dion. Halicar. *lib. 8.* Senec. *de benefic. lib. 7. c. 4.* Aristot. *lib. 1. Polit. ca. 8.* Petr. Greg. *lib. 11. Syntag. c. 8. n. 17.* Osuald. *lib. 3. comment. c. 5. & 6.* Pasch. *de virib. Patr. potest. p. 1. c. 3.* Fab. *in rational. l. Si longius, §. si filius, de iudic.* Conan. *lib. 2. comment. cap. 13. nu. 2.* Vacun. *declarat. iur. decl. 8. & 112.* Petr. Gudel. *de iur. noviss. lib. 1. cap. 13.*

(42.) *L. In suis de liber & posthum.*

(43.) Dion. Cassan *lib. 56.* Aul. Gel. *noct. Attic. lib. 7. cap. 13. & lib. 17. cap. 5.* D. Aug. *de Civit. Dei lib. 8. cap. 3.* Bodin. *de Repub. lib. 5. ca. 2.* Ludel. *§. Liberi, Instit. de succes. ab intest. n. 5.* Forster. *lib. 3. de succes. cap. 13.*

(44.) *L. Maximum vitium, C. de liber. præt. Authen. In succes. C. de suis, & legitim. hæred. Aut. de hæred. ab intest.*

Ni ſequamur ſententiam dicentium, id à Juſtiniano conſtitutum, ex Theodoræ uxoris placito.

Ex quo inter eos aliter agebatur circa Patriam poteſtatem, intercedente publico bono, aliter privato. Si enim cauſa publica intervenerat, filius familias integer homo habebatur, & in quemlibet actum pro legitima perſona ad agendum, & adquirendum. Neque filius reciproco dominio fruebatur paternæ ſubſtantiæ, neque ſuitatis privilegio, nec è contrario poteſtatis patriæ virtus coalebat. Quorum ratio ea fuit; ut univerſali, publicoque bono, ut fas eſt, natalium, ſanguiniſque jura colla ſubmitterent. Quod legitimè conſtitutum & ſervatum invenimus inter milites, (45.) qui, nam bono patriæ, publiceque conſervationi dicati, etiam ſi filii familias, ſibi adquirebant, non Patri, & de adquiſitis, ſeu viventibus, ſeu ex teſtamento libera eis erat diſponendi facultas, ac ſi Patre orbatis, extincta ob publicum bonum Patria poteſtate: Patres etiam eadem libertate gaudebant, nec voci ſanguinis auris ulla dabatur adverſus eorum teſtamenta, nec ullum concedebatur auxilium tacitum, vel expreſſum, beneficiumve ordinarium, aut extraordinarium (46.) filiis obloquentibus. Tanta habita fuit communis boni cauſa, etiam contra jura ſanguinis, ut non ſolum teſtamenta, ſed nuda expreſſio ſimplicis voluntatis ſubſiſteret, etiam violatis patriæ, & filiationis juribus, nulla requiſita ſolemnitate, ſtipulatione, teſte, ſubſcriptione, ſigno, aut annulo; quibus formulis cæteri ſolemnes actus, & privati, muniri debebant. (47.)

Quæ publici boni prælatio omnibus aliis privatis utilitatibus ſemper præcipua fuit inter ſupremos Principes, inter quos jura ſuprema, eaque, quæ tangunt Dominia, & Principatus, hac trutina penduntur, poſthabita ſanguinis, & ſucceſſionis qualitate; quemadmodum (prætermiſſis pluribus doctrinis uſitatis, & obviis) notatur, referente Juſtino, (48.) exemplo Parthico: Defuncto enim Arſace Rege, ſupererant duo filii, Pharnaces, & Mithridates. Pharnaces ætatis prærogativa hæres Regni nec multò poſt deceſſit, multis filiis relictis, quibus prəteritis, fratri potiſſimum Mithridati inſignis

(45.) *L. 1. & 2. ad S. C. Maced. l 2. de Caſtren. pecul. l. 2. §. Nec Caſtrenſe de collat. l. 6. C de bon. quæ liber §. 1. Inſt. quibus non eſt permiſ. facer. teſtam.* Late Donell. & ad eum Oſtuald. *lib 9. commen. cap 5. lit. B.*

(46.) *L. Papinianus, l Si inſtituta §. De inofficioſo, de inof. teſt. l de inofficio, & l fin C eod. §. 1. & tot. tit. Inſtit. de milit. teſtam.* ubi Scribentes.

(47.) *L. 1. Faciant equidem teſtamenta quomodo volent, faciant quomodo poterint, ſufficiatq; ad bonorum ſuorum diviſionem faciendam, nuda voluntas teſtatoris, l Divus, l. Miles, de milit. teſtam. §. 1. & toto tit. inſt eod. l. 5. C. de milit. teſtam.*

(48.) Juſtin. lib. 41. *Tertius Parthis Rex Priapatius fuit, ſed & ipſe Arſaces dictus. Nam, ſicut ſupra dictum eſt, omnes Reges ſuos hoc nomine, ſicuti Romani Cæſares Auguſtoſque cognominavere. Hic actis in Regno quindecim annis deceſſit relictis duobus filiis. Mithridate, & Phrabate: quorum major Phrabates more gentis, hæres Regni, Mardos validam gentem bello domuit; nec multo poſt deceſſit, multis filiis relictis; quibus præteritis, fratri potiſſimum Mithridati, inſignis virtutis viro reliquit Imperium, plus Regio, quam patrio deberi nomini ratus, potiuſque Patriæ, quam liberis conſulendum.*

nis virtutis viro reliquit Imperium, plus Regio, quam Patrio deberi nomine ratus, potiuſque patriæ, quam liberis conſulendum. Qua inſtitutione, præteritis Pharnacis filiis, Regni habenas ſuſcepit, inſtituto poſt ſe filio Phraarte.

Sed coronidem imponat glorioſior, ſacratiorque deciſio, qua nullam obſervatu digniorem agnovere ſæcula. Sic legem appello Divinam: & peculiari populo ſuo per Moyſem ſcitam, & promulgatam. (49.) Præcepit quidem filium Primogenitum cæteris fratribus præferendum in benedictione, aliiſque privilegiis Primogenituræ, ſublata Parentibus omni facultate hunc ordinem mutandi quolibet prætextu, aut propriæ dilectionis, aut maternæ præeminentiæ. Ex qua lege Regnum Iſraeliticum ad Adoniam pertinebat, (50.) utpotè Davidis Primogenitum, & divino, naturalique jure prælatum. Inde Patre morti proximo, ipſe Adonias, ut qui in ſua ſe inſinuaret, ſceptrum apprehendere, ſedereque Regali in throno conatus fuit. Sed tamen (ut myſtica non tangam) cum Pater David prophetico ſpiritu prævideret affuturam gloriam, conſpicuamque fœlicitatem obventuram populo ex ſceptro Salomonico, ſapientia cælitus demiſſa roborato, & inſtructo, ſeque promiſſione adſtrictum, qua obtulerat Berſabeæ uxori communem filium Salomonem ſibi in Regnum ſucceſſurum, & in Regia ſede ſeſſurum, exhæredato, ejectoque Adonia Primogenito, in ſucceſſionem vocavit Salomonem, ungendumque potius curavit. In cujus prole uſque ad interitum Regni ſceptrum permanſit.

(49.) Deuter. *cap.* 21.

(50.) 3. *Reg. cap.* 1.

Quis erit, qui hanc minoris filii prælationem, ut injuſtam ſugillet, factam quidem à Rege ſanctiſſimo juxta cor Dei formato ab ipſo Deo, & à Natham Propheta confirmatam, utpotè publico bono expedientiſſimam?

Nec refert, ſi objiciant: Jus Primogenii, quod Adoniæ competebat, non comprehendere Regni Davidici ſucceſſionem, utpotè, quod non ex hæreditate deſcenderet, ideòque non includi, nec intelligi poſſe ijs in locis, ubi lex præfert Primogenitum cæteris natu minoribus. Certum enim eſt, Davidem amaſſe Adoniam:

cer-

certum etiam, liberum Regi fuiſſe eligere ſucceſſorem ex bono publico ; nec alia de cauſa prætuliſſe Salomonem Adoniæ, aliiſque huic proximioribus, quos omnes diligebat, quam quia ſic utile regimini, & utilitati populi : Amabat quidem cæteros ætate provectiores, teſte Abſalonis fato, cujus dolorem acerbiſſimum, ut leniret bono publico intentus, lachrymas temperavit, quia populi ſalus prior erat illi, quam vita filii etiam dilectiſſimi. (51.) Nullo ergo alio fine Salomonem prætulit tenellum, quam quia populo proſpiciebat, & utilitatem ejus ex ſapientia Salomonis, Numine dictante, prævidebat : Sed urgendum reor, vi exempli hauſti ex Sacra Hiſtoria. Ex hæreditate deſcendit ſceptrum in Roboam Davidis nepotem : hic tamen Rex inſtituturus ſucceſſorem inter plures filios, populo, non privato amori proſpexit, undè cæteris poſthabitis, in iiſque Primogenito, Abiam extulit. En cauſam ex ſacra pagina : quia ſapientior, & potentior ſuper omnes filios ejus. (52.) Quibus exemplis conſtat, artem regendi, & ſubditos tutandi eſſe officium Regum.

(51.) 2. *Reg. cap.* 19.

(52.) 2. *Paralipom. cap.* 11. *Quia ſapientior & potentior ſuper omnes filios ejus*, Abulenſ. 3. *Reg. cap.* 1. *quæſt.* 34. Gaſp. Sanch. *commen. in dict. cap.* 11. *Reg. num.* 27.

Hiſce exemplis jus Regium uſurparunt Galli pro fundamento ſummæ poteſtatis, qua ipſorum Reges, non obſervato naturæ, ſanguinis, fraternitatis, charitatis ; immò nec alimentorum jure pro libito de ſuis bonis luſerunt, ſivè ex hæreditate deſcenderent, ſivè ex adquiſitione, (53.) teſte Brucnerio.

(53.) Brucn. *reſol. quæſt. illuſtr. corrollar. ult. n.* 6. traditus, *ſup.* § 4. *nu.* 30. *& ſeqq.*

Inde provenit, eatenus filiis jus competere in bona paterna, hæreditatemque ſuccedendi (præſertim in Ditiones, ſupremaque Dominia) quatenus bono publico conducat ; (54.) nam ſi obſit, neganda illatio : *Filius, ergo hæres.*

(54.) Hening. Arniſ. *lib.* 2. *cap.* 2. *de ſucceſ. & excluſ. fœmin. c.* 2. *ſect.* 12. *n.* 148. *Rempublicam non eſſe Patrimonium Reginæ, ita ut pro ſuo arbitrio hæredem, aut dominum introducere queat ; ſed legem omnibus Reipubl. inde à primis auſpiciis innatam eſſe, ne quid jus ſit aggredi Principibus privatim, quod non expediat publicè.*

Secundùm quæ (dicas obſecro) utrùm conſulendum juri privato Chriſtianiſſimæ Reginæ, quo publicum bonum violatur, Paxque tandiù exoptata Reipublicæ Chriſtianæ diſcinditur ; an è contra actio illa, ſi qua ſit, contemnenda in tantæ cauſæ concurſu ? Nam ſi modica utilitas, quæ in quolibet milite attenditur,

(55.) Æguin. Baron. *Inſtit. de milit. teſtam.* Petr. Gudelin. *de jur. noviſſim. lib. 5. cap. 21.*

dum ſub ſignis agit, (55.) quia ſubſervit publicæ utilitati, & Reipublicæ tutamini, cæterorumque vaſſallorum quieti, ſufficiens viſa eſt meritò, ut in filio, Patreque turbentur jura ſanguinis: Quo ore, niſi adulatorio poteris inficiari, cauſam noſtram altiorem eſſe, majoreque privilegio metiendam, utpotè proximiorem bono publico; ſed ſi æqua ſit ſaltem, nonnè eodem gaudebit negotium Pacis conſervandæ (de quo poſteà) ut cum de ea agitur, paciſcantur Principes, filiorum actionibus non attentis, quæ ſola juris ſubtilitate civilis nituntur?

Eritne convenientior ea juris exceptio in favorem militis, pro quo invertitur naturalis ordo ſuccedendi, quia caſtrametatur, loricâ, & armis cinctus ad hoſtis conſpectum in dubia fortuna vincendi, aut ſtationem tutandi, quàm in tanto, tamque celebri fœdere Pacis certo inde ſequuturæ, quo tot gentes exhilaraturæ, & in quem finem diriguntur arma? (56.)

(56.) Saluſt. Ferret. Bodin. Petr. Greg. Scromborner. adducti, §. 4. *n.* 14.

Credendum eſt, neminem adeò cervicoſum eſſe, ut neget, quod diximus, nec fateatur, quod negamus, ni univerſorum bono occludat aures farcimine adulationis? Præſertim, ſi ſciat quicquid in ſpem conciliandæ, & ſtabiliendæ pacis in pactum deſcendit, etiam contra jus Civile, ſtare, firmum eſſe, legitimumque ex alio ſuperiori jure, nullo alio attento, quàm fœderali. (57.)

(57.) Roman. *conſ.* 336. *n.* 16. Cravet. *conſ.* 490. *n.* 4. Ant. Corſet. *tractat. de Privil. Pacis, Privil.* 60. Farin. *in prax. quæſt.* 14. *num.* 11. Theodor. Reinfing. *de Regimin. ſæcul. lib.* 2. *claſſ.* 3. *cap.* 3. *num.* 15.

His jactis fundamentis, quibus innituntur jus gentium, & Romanorum, ex quibus prodiêre leges Hiſpanicæ, Gallicæque, immò omnium gentium mores, placita, & ſcita, liquidò conſtat, quod dum cauſa publica intervenit, jura filiorum, & ſanguinis conticeſcunt, & latent, nullo firmo favore nitentia, ſed poſterganda neceſſariò.

Unde concludendum: Nil juris Reginæ Chriſtianiſſimæ adeò favere potuiſſe ad ſuccedendum Patri, quod non ipſe Pater, & Rex invertere, & immutare potuiſſet, dum conſuluit bono publico, Regnorumque commodo, & Reipublicæ utilitati. Et quamquam valeamus accedere ad ea, quæ adverſus renuntiationis virtutem, ac vim obiiciuntur, Auroræ fulgo-

goribus clarius oſtendentes, parum tutam ſententiam, qua ſcriptor Gallicus fulcitur, nec penſatis nodis, nec rei, juriſque veritate animadverſa.

Prius tamen neceſſum videtur monere eos, qui ipſius paradoxas luſtrarunt, immò authorem docere, qui ingenium torſit, ut renuntiationem Chriſtianiſſimæ Reginæ annullaret, debuiſſe prænotare, tàm Regem noſtrum, quàm Sereniſſimam Infantem filiam, & quemlibet ſeorſim duplicem geſſiſſe perſonam, (58.) duoque diverſa jura in unoquoque reſediſſe. Rex enim noſter Pater erat, & Rex, item Pater naturalis: Infans Sereniſſima filia naturalis, & filia Regia, (59.) quam tunc ex aptitudine ſucceſſionis dictitavi ex Tacito: *Regni munimentum.* Quod idem diſcernendum circa bona in renuntiatione comprehenſa. Etenim poſſident Reges quędam bona publica, & Domanialia, juxta Galliæ conſuetudinem; (60.) Publica, & Regalia, juxta antiquas Hiſpaniæ (61.) leges, uſu-, nomineque; trito dicta, *DE LA CORONA*, in quæ nullum jus filiis ex hæreditate competit: quædam alia Regi propria, & privata, ut cæteri homines communia filiis.

Ex qua diviſionis forma inſtitutus tractatuum proceſſus, & exarata matrimonialia pacta; Etenim diverſis, diverſorumque bonorum renuntiationibus celebrandis, diverſi actus, diſtinctaque capitula dicata ſunt; nempè juxta naturam, ſpeciemque juris renuntiandi. Renuntiatio igitur hæreditatum paternæ, maternæque ſubſtantiæ, quæ quaſi à perſonis privatis in privatam perſonam filiæ derivanda, ſeorſim acta cap. 4. per hæc verba. (62.)

(58.) Oldrald. *conſ.* 7. Menoch. *conſ.* 306. *nu.* 6. Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 8. *cap.* 3. Reſtaur. Caſtald. *de Imper. quæſt.* 40. *num.* 3. Joann. Limn. *de jur. publ. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 6. Diximus *de lege Politic. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 49. & 56. Excellentiſſ. ac Sapientiſſim. DD. Chriſtoph. Creſpi. de Valdaur. *obſervat. in deciſ. Valent. obſerv.* 103. *num.* 57. Honuf. Donad. *de renunt. cap.* 29. *num.* 17. & 18.

(59.) Tacit. *lib.* 1. *Annal.* ubi Lipſ. *num.* 29. Arnold. Clapmar. *de Arcan. Rer. public. lib.* 1. *cap.* 21. Bulenger. *de Imper. Roman. lib.* 3. *capit.* 4. Diximus Comment. *ad leg.* 16. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil. gloſ.* 10. & *gloſ.* 13. *à numer.* 71.

(60.) Petr. Gregor. *de Republic. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 20. & 21. Renat. Chopin. *Doman. Franc. lib.* 1. *cap.* 1. Belol. *de Ærar. cap.* 1. *num.* 5. Maximil. Fauſt. *conſil. pro Ærar. conſ.* 60. & 196.

(61.) Concil. Toletan. 4. *cap. ultim. Concil. Toletan.* 5. & *Concil.* 8. *cap.* 10. *l.* 2. & 4. *Prolog. del Fuerojuzgo*, ubi Villad. *num.* 40. Hug. Grot. *de jure belli. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 5. Excellentiſſimus Domin. & nunquam ſatis laudatus D. Chriſtoph. Creſpi. *obſervat. in deciſ. Valent. obſervat.* 103. *num.* 57. & 58.

(62.) Cap. 4. Tractatus Matrimonialis.

Tractatus Matrimonialis . (62.)

QUod ſolutionis effectivæ virtute à Chriſtianiſſimo Rege perceptæ, aut ipſius juſſu à quolibet percipiendæ, præfatorum quingentorum millium ſcutorum auri de Sole, aut juſti eorum valoris, prædictis aſſignatis temporibus, Sereniſſima Infans D. Maria Thereſia acquieſcere debeat, & acquieſcat præfata dote contenta, nulluſque ei maneat recurſus, actio, vel jus ad petendum, aut inquirendum quod ad ſe pertineant aut pertinere poſſint alia quæcumque bona, jura, & actiones hæreditatis paternæ, vel maternæ, tàm per perſonalem repræſentationem, quàm quovis alio modo, vel titulo ſcito, vel ignorato: Ab his enim omnibus qualiſcumque conditionis, aut qualitatis exiſtentibus, excludenda eſt; & priuſquàm matrimonium contrahat, in forma renunciabit, cum omnibus viribus, firmitatibus, & ſolemnibus requiſitis, ac neceſſariis: Hancque renuntiationem perficiet ante nuptias per verba de præſenti, & poſtea illam approbabit, & ratificabit, ſimul cum Rege Chriſtianiſſimo poſt connubium, eiſdem cum viribus, ac ſolemnitatibus, quibus facta fuerit prima renuntiatio; & ſi quæ aliæ viſæ fuerint convenientes, & neceſſariæ, quibus ex nunc ad tunc Chriſtianiſſima Majeſtas, & ſua Altitudo ſtabunt, & ſtare tenebuntur. Si fortè autem dictæ renuntiationi, & ratificationi non fuerit locus, ex nunc ad tunc, hujus ſolummodo Capitulationis vigore pro facta, & rata habeatur: Debeat igitur eſſe in forma efficaciori, & ad ejus vim, ac firmitatem retinendam magis convenienti, cum omnibus clauſulis, derogationibus, & abrogationibus quarumcumque legum, uſuum, ac conſuetudinum, necnon decretorum, & conſtitutionum in contrarium tam in toto, quàm in parte. Quæ omnia hunc ad effectum à Regibus Catholico, & Chriſtianiſſimo erunt deroganda, & per hujus, quam fecerint, capitulationis approbationem, ex nunc ad tunc derogata cenſeantur.

QUe mediante el pagamento efectivo, hecho à ſu Mageſtad Chriſtianiſſima, ò à quien por ſu mandado lo huviere de recibir, de dichos quinientos mil eſcudos de oro del Sol, ò ſu juſto valor, en los plaços arriba dichos, la Sereniſſima Infante Doña Maria Tereſa, ſe aya de contentar, y contente con la dicha dote ſin que le quede recurſo, accion ni derecho alguno, para pedir, ò pretender, que le pertenecen, ò puedan pertenecer otros mas bienes, derechos ni acciones de las herencias de las Mageſtades Catolicas ſus padres, ò por contemplacion de ſus perſonas, ò en otra qualquier manera, ò por otro qualquier titulo ſabido, ò ignorado; porque de todos ellos de qualquier condicion, naturaleza ò calidad que ſean, ha de quedar excluida; y antes de la effectuacion de ſu deſpoſorio, harà renunciacion en forma de ello, con todas las fuerças, firmezas, y ſolemnidades que ſe requieren, y ſon neceſſarias. La qual harà antes de caſarſe por palabras de preſente, y deſpues la aprobarà, y ratificarà, juntamente con el Rey Chriſtianiſſimo, luego que aya celebrado ſu caſamiento, con las miſmas fuerças, y ſolemnidades con que ſe huviere hecho la primera renunciacion, y las que mas pareciere convenientes, y neceſſarias. A que deſde aora para entonces ſu Mageſtad Chriſtianiſſima, y ſu Alteza han de quedar, y queden obligados; y que en caſo que no hagan la dicha renunciacion, y ratificacion, deſde aora para entonces, ſolo en virtud de eſta capitulacion, ſe tengan por hechas, y otorgadas. La qual ha de ſer en la forma mas eficaz, y conveniente que pueda ſer para ſu valor, y firmeza, con todas las clauſulas, derogaciones, y abrogaciones de todas qualeſquier leyes, uſos, y coſtumbres, decretos, y conſtituciones contrarias, ò que lo impiden en todo, ò en parte; las quales para eſte efeto ſus Mageſtades Catolica, y Chriſtianiſſima han de derogar, y por la aprobacion que hizieren de eſta capitulacion, deſde luego para entonces ſe entienda quedar derogadas.

In-

In cujus pacti executionem Chriſtianiſſima Regina renuntiationem ſingulari inſtrumento ſpopondit, confirmans, & ſeſe referens ad ea, quæ continebantur cap. 2. & 4. Tractatus Matrimonialis, in hæc verba. [63.]

Inſtrumentum renuntiationis factæ à Reginæ Chriſtianiſsima in oppido Fontis-Rabiæ 2. Junii 1660. [63.]

Domina Maria Tereſia Hiſpaniarum Infans, & Dei gratia Galliarum promiſſa Regina, filia natu major Altiſſimi, Excellentiſſimi, & Potentiſſimi Principis D. Philippi Quarti, ipſiuſmet gratia Hiſpaniarum Regis Catholici, Domini mei, & Altiſſimæ, Excellentiſſimæ, & Potentiſſimæ Principiſſæ D. Eliſabethæ Reginæ Catholicæ, jam ad ſuperos: Ex hoc inſtrumento, & ſcriptura renuntiationis, cæteriſque in illa contentis, notum ſit, & liqueat cunctis, quorum ad aures in eis expreſſa quoquo modo pervenerint. Videlicet, quod capite 2. & 4. capitulationis meæ matrimonialis cum Altiſsimo, Excellentiſſimo, & Potentiſſimo Principe Ludovico XIV. Galliarum Rege Chriſtianiſſimo factæ in Inſula, Phaſianorum dicta ſuper fluvium Vidaſum Cantabricæ Provinciæ, Galliæ finitima die ſeptima menſis Novembris, anni præteriti 1659. Decretum fuit, & pactum, quod Dominus meus Rex, ex cauſa, & contemplatione hujus matrimonii, & ad id, pro dote, & bonis propriis, ſe mihi promiſit daturum quingenta millia ſcutorum auri de Sole, quæ ſolvenda, & tradenda forent loco, & temporibus prædicto capite deſignatis, Regi Chriſtianiſſimo, aut illi, cui facultas ab eo fuerit data; quibus receptis acquieſcere debeam, & acquieſcam à quibuſcumque juribus, & actionibus, quæ nunc, & in futurum ad me pertineant, & pertinere poſſint ſuper bona, & hæreditates Sereniſſimæ Reginæ D. Eliſabethæ Matris meæ, & futuræ ſucceſſionis Domini mei Regis, quem Deus ſoſpitet, & ſuper ea omnia, quæ ad me, tanquam filiam, & hæredem utriuſque Catholicæ Majeſtatis, ſuumque ob jus, & caput, ob quemlibet titulum, ſcitum, vel ignoratum, tàm ex paterna, quam ex ma-

DOña Maria Tereſa, Infante de las Eſpañas, y por la gracia de Dios Reyna prometida de Francia, hija major del muy Alto, muy Excelente, y muy Poderoſo Principe Don Felipe Quarto, por la miſma gracia, Rey Catolico de las Eſpañas mi Señor; y de la muy Alta, muy Excelente, y muy Poderoſa Princeſa Doña Iſabel, Reyna Catolica (que aya en gloria.) Por eſte inſtrumento, y eſcritura de renunciacion, y de lo demas que en ella ſe contendrà: Sea notorio, y manifieſto à los que en qualquier manera tuvieren noticia de ella, que por los cap. 2. y 4. del Tratado de mi Matrimonio, prometido con el muy Alto, muy Excelente, y muy Poderoſo Principe Luis XIV. Rey Chriſtianiſſimo de Francia, otorgado en la Iſla, llamada de los Fayſanes, ſobre el Bidaſoa, del diſtrito de la Provincia de Guipuzcoa, y confin deſtos Reynos con el de Francia en 7. de Noviembre, del año paſſado de 1659. ſe reſolviò, y aſſentò que el Rey mi Señor, por cauſa, y contemplacion deſte Matrimonio, y para que lleve à èl por dote, y bienes mios propios, prometiò me daria quinientos mil eſcudos de oro del Sol, que ſe pagarian, y entregarian en el lugar, y à los plaços expreſſados en dicho capitulo, al Rey Chriſtianiſſimo, y à la perſona que tuviere ſu poder; y que con ellos me aya de contentar, y tener por contenta de todos, y qualquier derechos, y acciones, que de preſente, y de futuro me pertenezcan, y puedan pertenecer, à los bienes, y herencia de la Sereniſſima Reyna Doña Iſabel mi Madre, y de la futura ſucceſſion que del Rey mi Señor (que Dios guarde) y de todo lo que como hija, y heredera de ſus Mageſtades Catolicas, y por ſu derecho, y ca-

terna linea, directa, aut transversali, mediatè, aut immediatè, ad me pertinere, aut spectare possent. Et quod antequam nuptiæ celebrarentur per verba de præsenti, cedere deberem, & renuntiare omnia mea jura in Regem Dominum meum, & in eos, ad quos spectaverit, & sua Majestas voluerit, vel dignata fuerit, prout expressius declaratur dictis cap. 2. & 4. quæ sæpius legi, & audivi, antequam hæc scripta signarem, quæ ad unguem, & de verbo ad verbum his inseri volui.

beça; y por qualquier titulo pensado, ò no pensado; sabido, ò ignorado; assi por linea paterna, como materna, derecha, ò transversal, mediata, ò inmediatamente me pudiere tocar, y pertenecer; y que antes de celebrar el Matrimonio por palabras de presente, huviesse de ceder, y renunciar todos mis derechos en el Rey mi Señor, y en las personas que tuvieren el suyo, y su Magestad quisiere, y tuviesse por bien, segun que mas particularmente se expressa, y declara por los dichos cap. 2. y 4. que he leido, y oydo leer muchas vezes antes de venir à otorgar esta escritura, que quiero se ingieran, y pongan en ella letra à letra, y palabra por palabra.

Juxta prædicta igitur, & eadem mente; in ipso antenuptiali pacto pro eo jure in spe competenti Serenissimæ Infanti, quatenus Regis filiæ, præ oculis habito bono publico, communique commodo, stipulationi mandata est renuntiatio Regnorum, Domaniorum quorumcumque, aut Statuum Hispanicæ Monarchiæ, quam adduximus supra, & hic consultò omittimus. Quæ quidem renuntiatio acta fuit à Christianissima Regina secundum dispositа, cap. 5. Tractatus Matrimonialis, de quo §. 5. à num. 11.

Quare ad nullitatem renuntiationis debuit scriptor exprimere, quo ex capite illam objiciat? An quia in renuntiatione valedicatur bonis hæreditariis ex titulo paterno maternovè obvenientibus; an quia pariter valedicitur Regnis, Statibus, Domaniisque in spe competentibus ex jure, lege, statuto, aut consuetudine. Namque diversissimè trutinanda est nullitas, aut valor renuntiationis unius, & alterius; cum ipsa bona diversæ conditionis censeantur. Sed verò cùm scriptor, conscientiâ dictante, agnoverit, nullum esse locum decantatæ nullitati, sivè in privatis bonis, sivè publicis, indiscriminatim loquitur, effingens quoddam capitulum falsò resarcinatum, assumptis nimirum verbis centonatim ex duobus capitibus separatis, ac diversis, ut ex ipso patet.

(64.) Scriptor Gallicus fol. 14. & 15. num. 7.

(64.) *Rebus ita compositis in hæc penè verba cessionis clausula descripta fuit; Regem videlicet Catholicum Serenissimæ Infanti D. Mariæ Theresiæ in dotem dare, & promittere matrimonii ergò cum Rege Christianissimo ineundi, quingenta millia nummûm*

alb-

aureorum ; eamque pecuniæ ſummam Pariſiis repreſentari oportere, & ejus tripartitam ſolutionem tribus quoque fieri temporibus ; ita ut pars tertia ſtatim ab inito matrimonio, pars altera intra annum, quod reliquum erit vertente ſemeſtri ſit perſolvendum. Ea quidem lege (dummodo hæc ſumma, aut quod tanti eſt, Regi Chriſtianiſſimo præſcriptis temporibus numeretur) ut Sereniſſima Princeps hac contenta dote jus omne in paterna, & materna bona, atque in omnes ſucceſsiones, quacumque ratione, aut titulo contigerint, omninò repudiet, iiſque planè renuntiet : ſeu ea jura, quibus ceſſura eſt, explorata habuerit, ſeu illa ignoraverit : quocumque enim modo, aut conditione res prædictæ fuerint, cum omnibus poſteris ſuis, utriuſvis ſint ſexus, his ſimul & omni dominatione, aut Principatu Hiſpanicæ Monarchiæ omninò excluditur ; niſi fortè ſine liberis ſit marito ſuperſtes ; tum enim ſoluta, & libera ab illa excluſione futura eſt, atque ejus jura in paternas, & maternas hæreditates ſarta tecta, & illæſa ſervabuntur.

Quæ clauſula nuſquam eſt, numquam fuit, nec inter capitula Paciſ antenuptialia, nec inter acta renuntiationis Reginæ Chriſtianiſſimæ : Cum illa, quæ verſatur circa Regna, Status, aut cætera Domanialia, ſeorſim, utpotè diſtincta (65.) à cæteris bonis hæreditariis, aut patrimonialibus, (66.) conſtituta inveniatur, in qua non ſe geſſit, ut filiam naturalem Philippi naturalis Parentis, ſed ut filiam Regis ; nec per eam valedixit bonis paternalibus, quæ ex privata paternitate deſcendunt, ſed bonis publicis ſucceſſionibuſque Regiis ex publico bono, & pro publica ſubditorum utilitate. Quo caſu ea dogmata, & axiomata, quibus ſcriptor Gallicus fidit, & quæ jactabundus extollit, fulcra ſunt arundinea reſponſo indigna. Sed quia non pauci ignorantiæ tenebris involuti, tritis illis, vulgaribuſque vocibus in errorem tracti, agnoſcant potius Regem noſtrum in renuntiationibus proponendis, exigendiſque, ſecutum jus, faſque rationi conſonum, vel etiam ſi Gallicum attendas, Hiſpanumve proſpicias, genteſque univerſas examines, demonſtrandum ſuſcipimus, juxta omnia præfata jura, non modo firmam extitiſſe renuntiationem, ſed in ea nullum aditum patuiſſe nullitati ex ullo capite minoritatis, læſionis, aut poteſtatis defectu.

(65.) *Clauſ. 2. & 4. tract. Matrimon. & renunt. ſupr. n. 62. & n. 3.*

(66.) *Clauſ. 5. Tractat. Matrim. & renunt. §. 5. n. 11. & 12.*

§. II.

RESPONSIO OBIECTÆ NVLLITATI renuntiationis portionis legitimæ paternæ, maternæque, ex eo quod facta fuerit cum violatione legum, bonorumque morum, & in eorum fraudem, utpotè à filia in favorem Parentis, & in ejus poteſtate patria conſtituta.

ANtequam in arenam deſcendamus, armiſque litterariis decertemus, quibus devincenda ratio, & juſtiſſimus ſcopus patefaciendus eſt, quò collimavit Rex noſter in pacto antenuptiali renuntiationis paternæ, maternæque legitimæ à Sereniſſima Infante filia (ut ſuprà conſtat. §. antecedenti, num. 62. & 63.) celebrato. Monere tenemur Lectorem nullis nobis utendum ſophiſticis, aut rethoricis argumentis, quæ faciem præferunt intus evanidam, ſed ſolida, firmaque doctrina juris apud omnes accepta, & uſu confirmata: Juris, inquam, tam Hiſpanici, quàm Gallici, & gentium ſupremi, quod fulciunt practicè Tribunalia utriuſque Regni, & theoricè Doctorum ſententiæ utriuſque ſcholæ.

Ad rem ergo: Objicitur prefatæ renuntiationi (ut initio tetigimus) quod involvatur nullitate legali, orta quidem ex repugnantia juris, quam notarunt Juriſconſulti, & faverunt Imperatores, tanquam bonis moribus adverſans, ideò non admittenda, cum fiat à filiabus in favorem Parentum, quibus cedunt quicquid poſt eorum mortem ad eas perventurum erat. Filii enim, vel ipſa natura dictante, votoque communi gentium, alliciendi ſunt potius ſuavi amoris philtro, [1.] quam trahendi contractus vinculis, retinendique in paterna reverentia potius ſpe benemerendi, quam conſternandi pactione, quâ certi ſint ſe excludendos fore ab ſpe naturali ſuccedendi. Indeque ſimiles pactiones captioſæ habitæ, ob idque injuſtæ: Cum ſæpè eveniat, ut modica portione contenti, quo citius liberi evadant à patria poteſtate, vel ut fruantur concupita uxore, vel ob dotis utilitatem, vel ob delitium venuſtatis, omnia abjiciant,

(1.) *Ex. l. Nec ei, §. Præterea, de adoption. l. Si quando §. Illud, C. de inoffic. teſtam.* Barthol. Kellemben. *de renunt. Illuſt. fœmin. q. 2. n. 11.*

ciant, & nihili faciant, renuntientque optimæ hereditati obventuræ, quam aut ignorabant, aut præ cupiditate præsenti temeraria æstimatione pensaverant.

Indeque auguratur assertor Gallicus, hujuscemodi renuntiationes damnatas à jure, quod taxat parentes, in quorum favorem filii futura hæreditate se abdicant. Cui nullitati, ut aiunt, nativè legali adsociant aliam, nempè renuntiantem in favorem parentis, (2.) ejusque descendentium, extitisse tunc in minori ætate, & sub ipsius Patris, simulque tutoris potestate.

(2.) De quo agit. Barthol. Kellemben. *dict. tract. q. 13. per tot.*

Addit etiam: Quod si potuisset renuntiatio subsistere, non quidem de communi jure, sed saltem ex Decretali Bonifacii VIII. (quæ à Gallis non recepta) id tantum procederet, si dos legitima à Patre Rege ex propriis bonis fuisset tradita, ad quod natura, jureque tenebatur. Hoc certè non factum, immò in quantitate quingentorum millium aureorum oblata, Regina Christianissima enormiter fuit læsa, utpotè renuntiationis pacto, non tantum excluſa ex bonis Reginæ Elisabethæ Matris, & fratris Principis Balthasaris, sed frustrata *spe omni paternæ hæreditatis, quæ extremum est illi perfugium.*

Sed ut ad jugulum ingenuè accedamus, fatemur quidem ex jure communi (3.)orto à Papinianeo (4.) responso: Pacta dotalia inter Patrem, & filium celebrata, in quibus filius valedicit successioni paternæ, non subsistere, nec ex eo derogari, aut tolli jus naturale successionis, pariterque juxta Imperatorias Constitutiones, (5.) Patres potestate abuti non posse, ut renuntiationis obtentu à portione legitima filii submoveantur; quin etiam si ob præsentem quamcumque quantitatem acceptam paciscerentur, se abalienatos à testamento Parentis, nullamque adversus illud agere querelam, & inutile pactum habendum. Sed tamen notandum, quærendumque: quænam mens, ex qua orta hæc sententia, qualisque fuerit ratio, ex qua etiam motus Papinianus ad responsa, & Imperator ad similia pacta, & conventa annullanda, indeque respiciendum, an ea mens, is sensus, is finis, ea decidendi ratio adsit in pacto renuntiationis Reginæ Christianissimæ, ut ex iisdem regulis, an ex diverso canone jus istud discriminandum sit, an

(3.) *L. fin. de suis & legitim. hared.*

(4.) Azon. *in summ. n. 11. C. de pact.*

(5.) *L. Pactum dotali, & l. fin. C. de pact. l. Si quando §. Illud. C. de inoffic. testam. l. Pactum, C. de collat.* Ann. Robert. *rer. judicat. lib. 2. cap. 4.* Ant. Fab. *de error. Pragm. Decad. 12. error. 3.* latè Tiraq. *de Primog. cap. 6. à num. 16. cum sequent.* Fular. *de substitutio. q. 308. 309. & 310.* Barthol. Kellenben. *de renun. succes. illustr. fœmin. q. 2. à num. 1.*

an cum ipsis involvendum? Quod si diversi fines, alii motus, aliaque ratio insita sit, frustrà exclamat, Deos, hominesque implorat assertor Gallicus, seque securum, & lege, & authoritate loricat.

Ex hoc ergo examine facilè inveniemus nullam rationem, nullamque decidendi causam, ex qua moti Papinianus, Justinianusque ad responsum, adque sacras Constitutiones ferendas, nostro esse in renuntiationis pacto. Indèque fateri omnes tenemur, cessante fine legis exanimatam legem, nec ullam posse tali renuntiationi nullitatem inducere. Nulli enim dubium, Papinianum eo tetendisse, ne similibus paciscendi insidiis contra leges iretur, contemptoque jure publico (nunquam renuntiando) (6.) hæreditates ex pacto conferrentur, (7.) sed ex dispositione testamentaria, & interveniente solemnitate præscripta à S. C. Neroniano. (8.) Idque ut cautiùs, firmiùs, & tutiùs ultimæ voluntates implerentur: quod secùs esset, si ex quavis minus solemni formula, aut instrumento inter viventes, hereditates procederent. Quod evellere voluêre ad firmitatem ultimi elogii, adque falsariorum evitandos dolos, quibus difficilè aliter obviam itum: cum ultima dispositio fortiatur effectum irrevocabilem per fictionem, postque mortem institutoris.

Imperatores igitur ideò sic decrevere, ut defunctos nota moriendi absque testamento, (9.) liberarent, utque ultimas eorum voluntates roborarent; favoreque prosequerentur, quemcumque obicem tollentes contrarium libertati testandi, quam gentes omnes more laudabili sanxerunt, conferentes vim omnem arbitrio morientis. Cui pietati postponendum censuêre quodcumque votum successionis, aut matrimonii: utque pariter obviam irent odioso illi, naturæque dissono captandæ mortis desiderio, [10.] quo sæpe agitur in pa-

(6.) L. *Item autem.* §. *Julianus alias l. cum quidam, de admin. tutor. l. Si quis rationes, deliber. legat.* Excellent. ac doctissima doctrina, & eruditione præditus Dom D. Christophor. Crespi, *observat. in decis. Valent. observ.* 98. *num.* 2.

(7.) L. *Hæreditas*, C. *de pact. convent. l.* 4. C. *de inutil. stipul.* DD. *in d. l. Pactum dotali*, C. *de pact.* Ant. Fab. *de error. Pragmat. Decad.* 14. *error.* 1. *& in C. lib.* 5. *tit.* 3. *differ.* 6. Joan. Chopin. *observ.* 55. *num.* 3. *&* 96. *num.* 17. Harman. Pistor. *quæst. jur. lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 1. Offasius, *decis. Pedemont.* 100. *num.* 17. *&* 24. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *part.* 4. *nu.* 3. Menoch. *cons.* 1. *num* 139. Fusar. & Tiraq. adducti supr. Donad. *de renunt. cap.* 2. *num.* 30.

(8.) Sueton. *in Neron. cap.* 17. ubi Philip. Beroald & Levin. Torren. Paul. *lib.* 5. *Sentent. tit.* 35. Salmas. *de modo usurar. cap.* 11. Defid. Herald. *de succes. testam. cap.* 20. *&* 27. Pancir. *variar. lib.* 1. *cap.* 26. Thesaur. *quæst. Forens. quæst.* 100. *nu.* 2. *lib.* 2.

(9.) §. *Licet*, *Instit. qui & ex quib. caus. major.* ubi Scribentes, præcipuè Æguinar. Ludel. Anton. Fab. *in Jurisprud. ad illum tit. cap.* 4. *illat.* 4.

(10.) *Dict. l. fin.* C. *de pactis*, ubi Scribent. Anton. Fab. *de error. Pragmat. dict. Decad.* 14. *error.* 3. Faust. *cons.* 235. *&* 681. Harman. Pistor. *observ. lib.* 2. *quæst.* 25. *num.* 3. *& quæst.* 27. *in Consil Thoning. n.* 4. *& lib.* 4. *q.* 1. *n.* 2. Philip. Knipschilt. *de fideicom. famil. cap.* 6. *nu.* 25. Fusar. *de substit. q.* 310. *à n.* 8. Marc. Ant. Eugen. *cons.* 88. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 89. Donad. *de renunt. cap.* 2. Joan. Sand. *decis Frisiæ, lib.* 4. *tit.* 5. *dif.* 19. *cap.* 1.

pactis superstitum super hæreditandi forma. (11.) Et ut aliqui Doctores notarunt, quia agnovêre aliquam incapacitatem inter Parentes, & filios paciscentes, ut ex eorum contractibus oriretur civilis obligatio, actioque exequibilis. (12.)

Sed dum in contractibus hic finis, hæque rationes absunt, receptum, ac servatum (13.) jure omni est, ut pactum, renuntiatiovè filiæ in favorem Parentis, ab iis notis immunis sit, vimque integram sortiatur, utpotè evacuata omnimoda repugnantia, & oppositione contra jura, bonosque mores, quod lex eliminare contendit, & ut excludat, nullitatem minitatur.

Indè ortum, pactum viventis de futura hereditate virtutem habere assentiente illo, de cujus agitur successione, (14.) vel si constituitur de non succedendo, (15.) cum ex eo firmior stabiliatur facultas testandi, quo (ut diximus) respexêre gentes, ut obviam iretur damnato futuræ successionis pacto, inordinatæ bonorum libidini, damnoque (16.) proximi, & forsan morti his de causis maturatæ, receptumque, ut nulla renuntiatio habeatur, injusta, aut effectu cassa, si tantum moribus civilibus adversetur, non verò contraria illis sit, à quarum violatione non inducatur peccatum.

Ideo renuntiatio executa à filia in tabulis antenuptialibus, intercedente juramento, etiamsi in minori ætate constituta, subque patria potestate, legitima erat, subsistensque, & inducens absolutam, & integram exclusionem renuntiantis ab abdicata hæreditate, aut successione. Sententia Glossæ Placentinæ, (17.) relata à Baldo, firmiter amplexa à Richardo de Malumbre, & secuta à Bartolo ante Pontificatum Bonifacii VIII. & ante Decretalem Constitutionem, (18.) quam asserunt scriptores, non receptam inter Francos.

Sed etsi hæc sententia, ab his, & aliis recepta scriptoribus, attentis juris dogmatibus, controversiam sus-

(11.) *L. 2. §. Interdum, de vulg. & pupil. substit. l. Donari, alias, l. Quidam § Donationem, de donation.* Ant. Fab. *de error. Pragmat. Decad. 12. error. 2. n 4.*

(12.) Barthol. Kellemben. *de renunt. succes. illustr. fœm dict q 13.*

(13.) Videndus Harman. Pistor. *quæst. jur. lib. 1. quæst. 1 & 2.* Menoch. *cons. 1. num. 154.* Honut. Donad. *de renunt. cap. 2. à n. 62.*

(14.) *L. fin. C de pact.* ubi Scribentes adducti supr. Molin *de Primog. lib. 2. cap. 3. nu 3.* Menoch. *dict cons. 1.* Ant. Fab. *in Cod lib. 2. tit. 3. dis. 3. & 10.* Larrea *decis. Granat. 60. n. 14.* Papon. *arrest. lib. 16. tit. 4. arrest. 8.* Surdo. *cons. 133. n. 87.* Thesaur. *q. Forens. lib. 1. q. 91. à n. 1.* Merlin. *de legitim. lib. 3. tit 1. q. 25. n. 3.* Donad. *de renunt. c. 2. n. 37. man cum seq.*

(15.) Bald. *d l. Pactum dotali n. 6.* Rod. Zuar. *ad declar. leg. Regn. limit. 10.* Alciat. *d. l. Factum, n. 8. & in d. l. Pactum C de collat.* Marc. Ant. Eugen. *d. cons. 88. num. 98. & seqq.* Peregrin. *de fideicom. art. 51.* ubi Censal. *in addit. ad n. 24.* ex Staib. *cons. 83. à n. 111. fol. 339. vers. Octavo,* Tib. Decian. *resp. 31. n. 77. vol. 3.*

(16.) Salicet. *dict. l. Pactam, num. 5.* & adducti *num. 10.*

(17.) Gloss. Placentina, relata à Bald. *in l. Pactum, n. 1. C de collation.* Franc. Aretin. *in l. fin. n. 6. vers. Circa secundum, C. de pact.* Andr. Dalner. *de renunt. cap. 9. n 15. vers. 3. quemadmodum.*

(18.) *Cap. Quamvis pactum, de pact. lib. 6.*

tineret, divisique Doctores variis agitarent in sensibus, pro diversis, nec vacuis fundamentis & arbitriis, dum asserebant alii, nunquam valituram renuntiationem, ob jam relata fundamenta, innixa quidem responsis Jurisconsultorum, & Imperatorum placitis; nullitatemque inde vitio nativo inhærentem nullatenus purgari, etiam juramento, cum illius virtus vim non addat contractui, aut valorem alium inducat, quàm ex jure suo competentem. Alii verò docebant, prohibitiones ortas ex Romanorum Civili jure haud efficaces esse ad inurendam notam nullitatis renuntiationi executæ in tabula nuptiali, assignata filiæ dote legitima; præcipuè, quod repugnantia morum civilium, quæ in ea inveniri posset, tantum spectat ad actus solemnitatem, non sufficiens ad inducendam nullitatem; eoque, quod inde nullum præjudicium inferatur libertati testandi, nec juri succedendi, præoccupante (19.) legitimæ, seu hæreditatis vicem, quantitate, aut quota substantiæ (20.) dotalis, tempore contractus assignata filiæ; rejecta inspectione dicentium, si fortè eo tempore, quo Pater è vita discederet, plus (quam ea quota valeret) posset filiæ contingere ex bonis paternis, cùm variæ fortunæ expositæ, aut crescere possent, aut minui. Ac etiam, quod ad defugiendum damnum eventurum filiæ, si in egestatem incidisset, attendi deberet, remanere ei illesum jus petendi alimenta, (21.) cui renuntiatio non obstat, cum competat in bona Parentum viventium, ex primævo, & invariabili absolutè jure naturæ, & sanguinis. (22.)

Cum vero illa controversia ex opinionum diversitate orta (ut diximus,) exque discolori civilium legum intelligentia, loquentium de valore, aut nullitate renuntiationum, legitimæ, hereditatum, aliarumve successionum, stimulum conscientiæ induceret inter Catholicos, inter quos etiam super hoc varia movebantur jurgia, & lites; ad illas vitandas, multimodasque fraudes, qui-

(19.) Ex Freccia, *de sub feud. lib. 2. artic. 2. in addit. n* 16. Lofred. *feud tit. Si de feudo fuerit controv. vers. Quod si Titius. n.* 4. Mastrill. *decis.* 248. *n.* 27.

(20.) Bald. *cons.* 498. *n.* 4. *volum.* 1. Socin. *l. si quando* §. *Generaliter, C. de inoff. testam.* Alex. Trentac. *var. lib.* 1. *tit. de legitim. ref.* 4. *n.* 6. Menoch. *cons.* 79. *n.* 9. *&* 10 Joseph Ludovis. *decis. Lucens.* 28. *ex n.* 23. Castill. *contr. cap.* 107. *num.* 57. *vers. Septimo* Merlin. *de legitim. lib.* 3 *tit.* 1. *q.* 12. *n.* 6. *&* 31. *& q.* 25. *nu.* 13. *&* 14. Barth. Kellemben. *de renunt illustr. fœmin. q.* 27. *n.* 15. *&* 40.

(21.) Immola *cap. Quamvis pactum, de pact.* Harman. Pistor. *q jur. lib.* 4. *q.* 6. *num.* 25. *&* 28. Barthol. Kellemben. *d tractat de renunt. illustr. fœmin quæst.* 1. *n.* 15. Don d. *de renunt.* 1. *p. n.* 36. *&* 38.

(22.) *L.* 1. §. *Si impuberi, de collat. bonor. l. fin. de liber. agnoscend. l. Si quando,* §. *& Generaliter, C. de in offi. testam.* Bart. *l. Post emancipationem.* §. 1. *de liber legat.* Rimin. *Instit. quibus alien. licet. in princip. num.* 45. jas. *cons.* 181. *num.* 10. Mier. *de majorat part.* 3. *quæst.* 17. *num.* 20. Macerat. *lib.* 2. *resol.* 54. *num.* 6. Becc. *cons.* 34. *num.* 17. Giurb. *in consuet. Messan. cap.* 4. *gloss.* 5. *nu.* 8. Cancer. *varia. part.* 3. *cap.* 15. *num.* 50. Harm. Pistor. *quæst. jur. d. lib.* 4. *q.* 1. *n.* 12.

(23.) quibus gentes exponebantur, admissis, non repulsis de hac re opinionibus, impulsus fuit Bonifacius Pontifex, non quidem in vim novæ constitutionis, sed declarativæ (24.) ad constituendam Decretalem edicentem, legitimam esse renuntiationem juramento firmatam à filia duodecimo ætatis anno majore, in favorem Patris in pacto matrimoniali, metu, aut vi non intercedente, & dote oblata, etiamsi filia sit sub patria potestate; cùm id non pugnet juri naturæ, nec bonis moribus contradicat. (25.)

Juxta hanc ergo constitutionem concordes assentiunt juris Canonici, civilisque Doctores, cum leges Imperatorias interpretantur, renuntiationem executam secundùm Pontificiam sanctionem subsistere, nec contra eam reclamationi esse locum, quantò minus nullitatem opponendam; ejusque vi, & virtute exclusam fore filiam renuntiantem, à successione, bonisque renuntiatis, nec uspiam posse, legitimæ supplementum objicere, pro se implorare minoritatem, læsionem, aliudvè remedium, (26.) sed bona illa integra pertinere Parentibus, illisvè, quibus Patris nomine successio bonorum competat, filio nempe, aut filiis superstitibus, nullo habito respectu, nullaque mentione filiæ renuntiantis, quoad effectum hæreditatis, aut successionis, divisionisve bonorum, etiam si inter alios filios erciscundæ hæreditatis exequantur. Si verò unus tantum; huic tota, & impartita hæreditas conferetur, cùm unicè, & integrè in eo continuari videatur dominium bonorum ex Patre, excluſa, & incapaci reddita filia renuntiante ob pactum (27.) ex sententia apud Hispanos recepta à Consiliis, & Tribunalibus laudata, præcipuè executa renuntiatione in favorem Patris, fratrumve de hæreditatibus futuris, (etiam si præsumptivè nativitatis conditione radicatis) eo fine, ut bona sub vinculo Majoratus adstricta indivisibili successione descendant in decus, commodioremque conservationem familiæ. Qua in re non immorandum, remisso lectore ad Antesignanos Hispanicæ Jurisprudentiæ, apud quos, ut solida, laudatur, & tuta defenditur.

Nec verò hic communis assensus receptus inter nostra-

(23.) *Constitut. imper. Leon. tit. de pact. patern. ex quo hæred. futur.* Ant. Fab. *à Dicad. 14. errore 2. ex* Bald. *l. Cum Artimedoram, C. ut possess. legat* Palac. Rub. *repet. cap. Per vestras, §. 54. num. 7. Utinam super hoc fieret lex nova per quam evitarentur fraudes, peccata & periuria quæ sæpius committuntur à parentibus, qui postquam nuptui filiam tradidérunt, non verentur promissa infringere, etiam juramento firmata, dicentes, se non teneri ad illud pactum servandum.*

(24.) *Cap. Quamvis pactum de pact. lib. 6.* De qua Barth. Kellembe. *de renunt. illustr. fœmin. quæst. 2. à n. 12.*

(25.) Hirm. Pistor. *quæst. jur. lib. 4. quæst. 1. num. 20.*

(26.) Ex Corn. Paris. Fachin. Alex. Burs. & aliis, explosa, & rejecto Ant. Fab. Barth. Kellemben. *in dict. tract. q. 42. à n. 27.*

(27.) Ant. Fab. *de erro. Pragm. Decad 27. error. 8. num. 6.*

stra-

trates, (28.) legitimas laudans renuntiationes filiarum in Parentum favorem, innititur tantùm vi municipalium legum, & Constitutionis Canonicæ Bonifacii, religionisque juramenti (& si ob id tantum, ejusque sacramentum tueantur Doctores, renuntiationem juramento interveniente executam, etiam dote non promissa, valere : nec reclamatione nullitatis esse violandam) (29.) sed principio juris naturalis suadente inter Hispanos, fidem promissam ubique servandam, cæteris formulis rejectis. Ab his enim gentibus concupitum invenimus, ut pacta directa ad conjugalem societatem, attenta fide, puro, nativoque dictamine naturali exequantur, ac serventur. Quod cum sacris sanctionibus firmare Reges æquali dictamine concupirent, cognovissentque ad id necesse, deturbare juris Civilis Romani ordinem, legaliumque Civilium dispositionum positiones, quæ dum æstimant valorem, aut nullitatem renuntiationum, primario respexerunt, ut illæsa servaretur testandi facultas. (30.) Secundariò habitæ cæteræ res, etiam matrimoniales, dotalesque, taliter, ut ad illius libertatis conspectum postponantur, etsi alias summa conjugiorum ratio. (31.) Hunc ordinem (ut notavimus) Principes nostri deturbarunt, (32.) & secundariò habita testandi facultas, ac libertas, supraque omnia pensata fuit matrimoniorum res, quia præcipua semper, & ubique publicè interfit fidem illæsam servare, pactisque nuptialibus prælationem præstare. Ex quo receptum, ut quidquid in ordine ad matrimonium agitur, exclusis, ac rejectis Romanorum, & juris communis cæremoniis, formulis, ac solemnitatibus, firmum, justum, æquumque habeatur. In se ortum, ut omnis renuntiatio antenuptialis legitima, validaque habeatur, attenta nativa naturali positione in

(28.) Roder. Zuar *l. Quoniam in prioribus, ampliat.* 10. *& in decl. leg. Regn limit.* 4. *ex num.* 1. *usque ad* 4. *& limit.* 15 *num.* 8. Palac. Rub. *in repet. cap. Per vestras*, §. 54. *num.* 7. Covar. *in cap. Quamvis pactum, par.* 3. *in not. per tot.* Joan. Gutier. *ibidem, verb. A filia, & de juram. confirm. cap.* 19. Ant. Gomez. *l.* 22, *Taur. ex nu.* 14. Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap* 3. alter Molin. *de just & jur disp.* 579 *num.* 32. Burg. de Paz *cons.* 5. Zevall. *commun. q.* 116. D. Joan. del Castillo, *controvers. tom.* 3. *cap.* 2. *ex nu.* 38. *præcipuè num.* 65. *& seqq.* Aug. Barbos. in *d. cap. Quamvis pactum, & in d. l. Pactum dotal.* Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 14. *n.* 16.

(29.) Joan. Gutier. *in d. cap. Quamvis pactum, verb. Dote contenta.* Covar. *eod. cap. par.* 3. §. 2. *n.* 6. Harm. Pistor. *q. jur. lib.* 4. *q.* 6. *n.* 21. ex Boer. *decis.* 204. Cacheran. *decis.* 100. Censal. ad Peregr. *art.* 51. *fol.* 339. adducens Staiban. *cons.* 91. *num.* 54. Ant. Gabr. *de pact. concl.* 1. *num.* 5. Menoch. *d. cons.* 1. *num.* 162. *& cons.* 92. *num.* 4. ex Cephal. *cons.* 405. *num.* 4. Fachin. Cras. Molin. & aliis Barbos. *in dict. cap. Quamvis pactum num.* 12. Molin. *de pact. nupt. lib.* 3. *q.* 89. *& q.* 93. *num.* 1. Barthol. Kellemb. *de renunt. illustr. fœmin q.* 2. *à num.* 29. *& 31.*

(30.) Ex Anton. Gom. *l.* 22. *Taur. num.* 22. Viv. *decis.* 507. *num.* 4. Donad. *de renunt. dict. cap.* 2. *num.* 66. DD. adducti, *num.* 10.

(31.) *L.* 1. *solut. matrim. l.* 2. *de jur. dot.*

(32.) Anton. Gomez. *d l.* 22. *Taur. n.* 21. *Tamen de jure nostro Regio favor dotis, & matrimonii, prævalet huic libero arbitrio, & facultati testandi.*

in favorem fidei, & promiſſionis directæ ad matrimonium. Quò ſpectat legum noſtratium univerſa diſpoſitio, verſata in favorem matrimonii, & in tutamen omnium, quæ cauſa ipſius promittuntur. (33.)

Hoc jure Hiſpano attento, ſub cujus dominatione tunc erat Regina Galliarum, cum promiſit, ſtipulavit, & renuntiavit; quod neceſſe notant ſcriptores Galli ad virtutem pacti: *Quo loco tunc erat Regina Chriſtianiſſima, cùm jura ſua repudiavit.* Quis illegitimam, & invalidam renuntiationem decantare auſus? Quis ni temerè, contraque juris mentem, ad inducendam nullitatem, tollendamque fidem pacto, dicere, Regis filiam labefactatam? Si enim (& ut ipſe notat Gallus) Regum filiæ à virtute legum Hiſpaniarum non exceptæ, ſed earum vi cum cęteris continentur? Quo principio Regina immunis à jure, uſu, & moribus ijs, ut renuntiatio ſecundùm eas executa non teneat?

(3.) *L. 22. Tauri.* ubi Scribent Palac. Rub. *repet. Rubric. cap. Per veſtras §. 54. n. 7. verſ. Poſtquam.*

Et quanquam mens erat, nullatenus reſpondere ex cathegorico ſillogiſmo ſcriptori Gallico, cujus aſſertiones domeſticis indiciis nimis operatas lector, ni omnino ignarus, ſimplici lectione ſtupidas agnoſcet. Tamen, quia ſibi invocat Montalvum Hiſpanum, (34.) liceat veritate litterarum occulta via, tantum Doctorem à gravi impoſtura vindicare, & adductis verbis Montalvi, quibus fruſtra Gallus nuntiare diem ſuam intendit. Et victus ipſe ſilentio ſervitium patiatur; & legentes ſi inauditum illum damnarunt, auditum damnare non poſſint.

(34.) Manif. *l. 8. tit. 2. lib. 1. Fori. Quæ eſt l. 8. tit. 11.*

Audi Gallicum aſſertorem: (35.) *Quid porrò neceſſe eſt hoc loco tot convocare Doctores, cùm unus inſtar omnium ſit Montalvus maxima authoritate, & prudentia, Regni Caſtellani Auditor, & præcipuus quondam Hiſpaniarum Regis Adminiſter? Hic cauſa conſtituta, noſtræ ſimillima nullum omnino dubitationi locum videtur relinquere. Pater, inquit, filiam ex priori connubio genuerat, ad quam, & avi, & matris bona hæreditario jure pervenerant; hanc viginti quinque annis minorem tum collocat, cùm is jam ex ſecundis nuptiis alios liberos procreavit: certam ei pecuniæ ſummam in dotem promittit, ea quidem lege, ut cum ipſa tum maritus cedant jure omni in omnem hæreditatem, quâ delatam, quâ futuram, jurejurando fidem eorum obſtringit. Ubi ma-*

(35.) *Tract. Reg. Chriſtian. jus in Brab. fol. 34. num. 14.*

major viginti quinque annis facta est, filia restitutionem in integrum petit. Quæstionem vir inprimis doctus quanta potest subtilitate maxima in utramque agitat partem; libratis utrinque rationum momentis, iisque ad jus civile, ad leges Hispanicas, ad Constitutionem ipsam Bonifacii, ad receptos mores, & naturalem æquitatem diligenter expensis, tandem ejusmodi renuntiationem omnis omninò expertem esse justitiæ, legibus repugnare, nec ullo modo defendi posse acutissimè concludit.

(36.) Montal. *l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 1. *Fori.*

Nota verba Montalvi: (36.) *Quidam Sejus nomine filiam suam Titiam minorem xxv. majorem tamen xxij. in potestate habens, quam ex prima uxore procreavit, prima uxore defuncta secundam superduxit: ex qua alios habuit filios, hæc autem, secunda vivente, dictus Sejus filiam primæ uxoris nuptui tradidit cuidam Titio, etiam minori: quæ quidem Titia sic desponsata successit matri, & avo jam mortuis in eorum bonis, tanquam hæres. Sejus autem, tam hæreditatem avi, quam uxoris dictæ Titiæ matris accepit, & vendidit, & filiæ usque ad nunc non satisfecit: pater vero jam dictus timens, ne in posterum matris, & aviæ hereditatem filia à patre peteret, pater minis, & terroribus, & aliquando dolosis persuasionibus, & vanis promissionibus filiam induxit: ut contractum tali modo cum patre iniret: quod scilicet dicta Titia confessa est à patre recepisse in dotem certam pecuniæ quantitatem ex bonis ad eam ex hæreditate matris suæ, jam defunctæ, pertinentibus: & quod hæreditas materna, non erat majoris valoris, immò minoris, quam dicta dos per eam recepta: & quod amplius contra bona paterna regressum non haberet super matris hæreditate: & hoc fecit cum sponsi licentia, & juravit cum sponso contractum tali modo, quod amplius non contraveniret, nec contra bona patria regressum haberet. Dicta ergo Titia ætatis legitimæ jam effecta, matris, & avi hæreditaria bona, in quibus instituta fuit, vult à patre, qui ea recepit, & habuit, repetere. Occurrunt ergo hæc dubia. Primum, an valeat contractus taliter initus per filiam cum patre: & an contravenire potest juramenti timore non obstante. Secundum, si præsumitur dolus in contractu, vel debeat probari, & qualiter præsuppositis his circumstantiis; mulier minor sub patris potestate constituta in domo Patris, in præsentia patris, qui noluit, ut filia nuberet, donec contractum jam dictum iniret. Item inducta, & sub noverca sæviente contra eam. Tertium, quia in dicto contractu non fit aliqua mentio de bonis avi ma-*

ter-

terni, an intelligatur fieri cum ex parte matris perveniat, licet antequam avus maternus esset defuncta. Quartum, an antequam filia actionem contra patrem moveat, teneatur juramenti relaxationem petere, & à quo, & si non petit incurrat perjurium.

Hæc est causa, de qua Montalvus consultus, sententiaque ab eo laudata; in cujus serie ex toto scriptoris Galli conficta deformitas elucet. Quid ergo ex illo casu commune cum renuntiatione Christianissimæ Reginæ? Quid connexum, aut quid simile, ut Pœno calamo asserere ausit? *Hic causa constituta nostræ simillima nullum dubitationi locum videtur relinquere.* (a) Cum quotquot res casum nostrum instruunt, & ornant, absolutè absint ab illo: Certum enim, & indubium est, Reginæ Christianissimæ pacta fuisse in dotem scutorum aureorum quingenta millia in ipsomet instrumento nuptiali, in quo stipulata renuntiatio. Quæ summa legitima, & competens (37.) cum eadem constituta inveniatur per Reges Gallos Catholicæ Reginæ Elisabethæ, ejusdem Christianissimæ Reginæ Mariæ Theresiæ Matri, quamque eandem assignarunt Reges Catholici Christianissimæ Reginæ Annæ Matri ejusdem Regis sponsi Christianissimi Ludovici XIV. cum desponsatæ fuerunt, illa Regi nostro Catholico Philippo IV. hæc Christianissimo Regi Ludovico XVIII. (38.)

At eam summam solvendam ex propria substantia, bonisque Regis Catholici parentis, nulli etiam dubium: Cum Rex noster bona dotalia nomine sponsæ Reginæ nulla perceperit, & multo longius hereditaria, ut notum; ex quibus dotale corpus promissæ dotis plasmaretur. Nam etsi in pacto antenuptiali promissa quingentorum mille scutorum quantitas dotis titulo, nec soluta, nec recepta a Rege nostro; nec etiam in Regiis tabulis constituta liberatio maternæ hereditatis in vim solutionis, ut hac via fraudaretur filia jure, aut bonis hereditariis; nec prescripta in pacto Reginæ, qualiter, & petita à Patre, & concessa ab sponso in fraudem filiæ, & sponsæ, in causa relata à Montalvo. Unde ergò similitudo de casu ad casum, de re ad rem, de pacto privati ad pactum antenuptiale Regum?

(a) *Dict. Tract. fol.* 34.

(37.) *L. Quod si nolit. §. Quia assidua de Ædil. edict. cap.* 1. *de adulter.* Socin. *cons.* 288. *n.* 20. *vol.* 2. Franch. *decis.* 44. *num.* 2. Thesaur. *decis.* 192. *n.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 21. *n.* 4. Petr. Greg. *De dot. Parag. q.* 27. *&* 31. Ex Aldou. Albens. Decian. Berret. & aliis. Mar. Giurb. *in consuetud. Messin. cap.* 3. *glos.* 7. *p.* 1. *n.* 33. cum Dec. post Mascard. Honuf. Donad. *de renunt. cap.* 6. *num.* 114. Barthol. Kellemb. *de renunt illustr. fœmin. q.* 42. *n.* 7.

(38.) Barth. Gramond. *Histor. Gall. lib.* 1.

Quibus prȩcognitis, nec agere neceſſarium credimus in repulſam doli, ac minarum, ex quibus renuntiationis nullitas fulcitur à Montalvo; ac etiam in renuntiationem Regiam inſurgit Gallia, cum etſi hȩc ad illius retractationem ſufficere creditum, adhuc nec vim tenere, nec lȩſionem, nec ullas alias pullulantes cauſas nullitatem inducere conſtat, ni prius petita, & obtenta juramenti abſolutione. De qua nulla per Gallos mentio. (39.)

(39.) Barth. Kellemb. *dict. tract. de renun. illuſtr. fœmin. q. 42. n. 78. verſ. Quando verò.* Honuf. Donad. *de renun. cap. 8. per tot.*

Sed ad quid tot juris, & Doctorum mentes recolimus? Cum turpe, criminoſum, & civiliter ſacrilegum habeatur, non aſſerere tantum, ſed mente concipere metu ad renuntiationem coactam Reginam Chriſtianiſſimam: Cum excogitata, nec inventa jure ſupremo inveniri valeat cauſa, ratio, modus, finis, ætas, ſexus, conditio, tempus, locus, ex quibus cogeretur ad involuntariam executionem pacti, ac renuntiationis.

(40.) *L. fin. C. de curator. furioſ.* ubi DD. Ann. Robert. *rer. judic. lib. 2. cap. 4.* Menochius *de arbitrar. caſu 149.* Maſc. *de probat. concl. 571. num. 6.* latè Mantic. *de tacit. convent. lib. 21. tit. 10. nu. 21.* Tiber. Dec. *tract. crimin lib. 5. cap. 45. n. 6.* Harm. Piſtor. *quæſt. jur. lib. 4 q. 1. num. 10.* Barth. Kellemb. *dict. tract. q. 14. n. 6.*

Si enim per Doctores abſolutè rejicitur omnis metus conſideratio, ætatis, poteſtatiſque, dum inter patrem, & filiam agitur in tabulis nuptialibus, vincente ſupra omnia amore patrio: (40.) Cum, ſi pater eſt, non poteſt non amare; ſi amat, niſi quod bonum eſt, dare neſcit, ex quo dolus, tergiverſatio, fraus, nec præſumptivè admiſſa (41.) in patre, ſive extra contractum, ſive intra, in rebus ad filiam proſpicientibus: Si enim negat patrem, qui de patris ſuſpectus eſt largitate. (43.) Quo jure, quo principio, ni naturæ, ac Majeſtatis honore calcato, dicendum, metum, aut vim intervenire poſſe inter Auguſtiſſimos Principes, *quos* (ut alibi notamus ex mente Gallici ſcriptoris) *Dei muneribus præcæteris inſtructos, & ornatos cernimus.* Quorum excellentia, ſupremorumque radiorum virtus, vi nativa nebulas infimæ, ac meticuloſæ qualitatis retundit.

(41.) De quo poſt jura; & DD. Fontanell. *de pact. nupt. p. 2. clauſ. 5. gloſ. 8. p. 1. n. 25. & p. 2 nu. 23. & clauſ. 9. gloſ. unic. nu. 27.* Vela *controv. Hiſpal. diſſert. 2. num. 22.*

(42.) *Auth. ut divin. juſſion. Ideoque voluntarios labores appetimus, ut quietem aliis præparemus.* Oldrald. *conſ. 95. n. 7.*

(43.) Div. Chryſol. *ſer. 55. Si pater eſt, non poteſt non amare: Si amat, niſi quod bonum eſt dare neſcit: negat patrem, qui de patris ſuſpectus eſt largitate: Ignorat ſe filium, quem data paterna ſolicitant. Totum quod eſt pietatis excludit qui ſalutare non credidit, quidquid dederit pater.*

Præcipuè, attentis Catholici noſtri Regis in Theraſiam Infantem filiam charitatis paternalis operationibus. Nullum enim latuit illius in illam amor, necnon ſupremum, & Majeſtaticum in ejus commoda deſiderium? Cui ignoti pro utilitate filiæ, & ſubditorum pace voluntarii labores, (42.) itinerum, æſtuſ-

æstusque pericula, & rejecta animi, & salutis propriæ cura, sic se gestum, ut, dubium crederetur, an ut Pater ageret, an ut Rex? Quot sumptus, quot impensæ, quot curæ in levatione, sublevatione, educatione, inque decus filiæ, etsi immensæ consumptæ, non minus habitæ? Quid omisit agendum? Omne supra mortalium, & Majestatis culmen executum, ut filiæ charissimæ voto obsecundaret, & subditorum quieti ex tanto hymeneo pendenti, pacique utriusque Imperii prospiceret.

Quo enim principio (ni obliteratis (44.) Doctorum sententiis, Hispanorum præcipuè) attento patrio in filiam amore, jurium, Provinciarum, Dominiorumque, Domanio Franciæ quęsitorum ex hoc antenuptialis, & fœderis pacto lęsa, metu coacta, ignara dicenda Regina ad executionem stipulatæ renuntiationis? Ni ab his, qui lumine orbati Andabatarum more in tenebris dimicant, contrariantur rationi, ac effectus reciprocos paternalis, & filialis charitatis obtrudunt: filiæ in patrem, (45.) à quo tot dotata bonis, ornata donis, decorata honoribus, patebunt lęsionis remedia, aut fragilitatis sexus auxilia?

Absit talia fandi licentia, turpeque resonet inter gentes dictum: (46.) *Quamobrem indubium non est, quin Regina Christianissima premente metu, & vi quadam non libero voluntatis arbitrio jura sua, Principatus, spes omnes abdicaverit.* Præcipuè jure attento, & consuetudine Hispana, ex qua receptum legitimas adstitere renuntiationes hæreditatum paternarum per filias in favorem parentum, ac fratrum; maximè ut ex eis Majoratus, seu fideicommissa familiaria constituantur, etiamsi præjudicium ex pacto renuntianti, aut alii cuilibet tertio auferatur, ut latè num. 28. & 29.

Sed etsi (ut notat Gallicus assertor) locus, in quo erat Regina, cum jura sua repudiavit, intuendus, & velit eam in Gallicano solo confingere. Etiam Gallicani juris attentis regulis, moribusque, verior, ac firmior habita sententia, asserens, renuntiationes filiarum minorum in parentum favorem, etiam sub illorum potestate constitutarum, legitimas esse, neque posse nota nullitatis inuri. Et ut id laudatum, & receptum jus

(44.) Adducti *num.* 28. Molin *de primog lib.* 2. *cap* 3. *per tot.* D. Juan. del Castillo *tom* 3. *controv. cap.* 3. Molin. *de pact. nupt. lib.* 3. *quæst.* 96. Molina alter, *de justit. & jur dis.* 579. *nu.* 31. & 32.

(45.) Ex Paul. de Castr. *cons.* 275 *num.* 5. *vol.* 1. Carroc. *decis.* 16. Nizol. *alleg.* 15. *à n.* 25. Cæs. Batz. *decis.* 29 *nu.* 24. Fontanell. *de pact. nupt p.* 2. *claus.* 11 *glos.* unic. *nu.* 27. *Sic in casu vix potest aliquos contractus paternos, & illius administrationem accusare, & arguere, si vendidit vel non vendidit, aut aliter alienavit. Præsumendum enim est quod omnia gessit bono animo, & bona fide.*

(46.) *Tract. Reg. Christian. fol.* 75. *num.* 2.

Gallicanum esse dignoscatur, transcribere decrevi ex Gallicano Authore (à quo nomine omisso asserta transcripsit) Annæi Roberti, (46.) mentem, & verba. Cum enim in Parisiensi Parlamento actum esset circa validitatem, aut nullitatem renuntiationis legitimæ, ac hæreditatis à filia in patris favorem; Et ut mos ei erat, primò notasset jura, quæ pro filia extant, que si videre licet, ipsa sunt, hisceque exarata verbis, quibus se tuetur scriptor Gallicanus. Secundò verò, attentis veris, ac receptis juris principiis, pro validitate renuntiationis stetisset; pro renuntiationis legitimitate decisum refert, (47.) vilipensa nullitate objecta ex capite metus, (48.) læsionis, minoritatis, (49.) patriæve potestatis, illaque consideratione, an ex propriis filiæ, an ex paternis bonis dotata sit. Quam sententiam firmiter tenendam testatur, explosa contraria, cujus verba fero, ut feriam inverecundam repulsam Gallicanorum: *Quemadmòdum* (50.) *olim Philosophorum quidam suas habebant ratas sententias, quas controvertere, & à quibus abscedere non licebat: Sic & apud nos sunt quædam civilis Francorum juris axiomata, quæ disputatione controversa in dubium revocare nefas est. Sunt & forenses regulæ, vetusta Senatus consultorum autheritate sancitæ, quas si quis in palatio inficietur, aut in Senatu disputet, ignarus juris nostri, & in Civitate sua planè peregrinus meritò habetur. Constat autem apud nos filiarum renuntiationes, semper & usu nostro admissas, & plerisque Senatus præjudiciis comprobatas fuisse.*

Si enim hæc doctrina, nec jure tantum communi inspecto, sed Gallicano, & moribus propriis legitima, ex quo laudata usu, (51.) praxi forali, Senatorum voto, decisionibus Parlamentorum, apud quos sic filia per renuntiationem inhabilis habetur, ac quasi non esset in re-

(46.) Ann. Rebert. *rer. judicat. lib. 2. cap. 4.*

(47.) Idem Ann. Robert *dict. cap. 4. Renuntiationes filiarum tabulis nuptialibus factas, legitimas à Senatus judicari, & quocumque casu validas.* Et in fine: *Senatus renuntiationem Seiæ filiæ nulla habita, vel minoris ætatis, vel læsionis consideratione firmam, tutamque esse voluit.*

(48.) Probat *dict. cap. 4. Primum ipsa patris præsentia omnem metus, læsionis, ac circumventionis suspicionem excludit: Paterna pietas fovere filiam, non autem lædere præsumi debet. Tantum abest, ut patris præsentia ullam damni, aut jacturæ occasionem dedisse, aut metum ullum iniecisse existimetur. Immò hæc est frequens legis præsumptio, patrem optimè liberis consulere.*

(49.) *Obiicitur ætas & filia minorem se esse allegat. Sed cum pater sit naturalis & legitimus filiæ tutor, quid juvat ætatem spectari. Si quidem eorum omnium actuum, qui cum patre ineuntur, nulla potest, aut debet à filiis peti restitutio. Paterna enim reverentia omnem restitutionis spem excludit.*

(50.) Ann. Rober. *rer. judicat lib. 2. cap. 4. § Pro filiis masc.*

(51.) Add. ad Alex. *cons. 29. lit I.* Boer. *decis. 62. nu. 28. & decis. 104.* Guid. Pap. *decis. 192.* (ubi add. Ranchin. Math. Ferar. Joan. à Cruz) *& decis. 295 & 599. & cons. 158. n. 2.* Guillelm. Bened. *cap. Raynutius, verb. Duas habens filias, à n. 260.* Renat. Chopin. *ad Consuetud. Andegau. lib. 3. tit. 1. n. 4. & 5.* Testatur de hoc jure Castill. *controvers. tom. 3. cap. 2. n. 65.* Ant. Fab. *in C. lib. 2. tit. 3. diff. 3. 7. 10. & seq. & de error. Prag. Decad. 12 error. 8.* Petr. Gregor. *lib. 41. Syntagm. cap. 11.* Maynard *decis. Tolosan. lib. 4. decis. 19. 20. & seqq.* Papon. *arrestor. lib. 16. tit. 4. de filiab. quæ nubent futur. succes. renun. præcipuè arrest. 6. & in append. arrestor. ad tit. 4. arrest. 6.* P. Joseph. Gibalin. *de negotiat. lib. 3. cap. consep. 7. n. 5.* Barth. Kellemb. *de renunt. illust. fœmin. q. 4. n. 6. vers. Sed his non obstantibus & q. 5. n. fin.*

rerum natura ad ſucceſſionis effectum, ex quo nec admittitur ad ſupplementum legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato, ſive orta ſit ex primo thalamo, & ad utilitatem filiorum ſecundi paterna diſpoſitio concepta ſit, pręcluſo omni remedio lęſionis, minoritatis, poteſtatis, metus, ignorantiæ, aut alio quolibet? Qua ratione, ni fœdifragi, Galli aſſertores legibus, ac moribus patriæ, contrariam doctrinam aſſerere, aut defendere conantur?

Juris ratio, legum diſpoſitio, paterna in filios charitas ſummis habens illorum commodis proſpicere, ex qua Hiſpana, & Gallicana jura orta in laudem pactorum antenuptialium, ſic inter gentes valuit, ut inter omnes Europęas Provincias, & Regna commune jus (52.) ſit; Aragonenſium ſcilicet, Valentinianorum, Cathalaunorum, Luſitanorum, Neapolitanorum, cis, & ultrà Pharum, Mediolanenſium, Belgicorum, Italorum, Germanorum, quod pacta antenuptialia abſolutè ſerventur, ſive de ſucceſſione pręſenti, aut futura hęreditate concepta ſint, nec alio jure, aut qualitate attenta, quam quod filia dotata ſit à patre. Nec enim hoc commune (ut diximus) jus tantùm Canonica conſtitutione Bonifacii VIII. innititur; ſed uſu, moreque laudato, ac recepto ad univerſale bonum, & publicam utilitatem, ortam ex juris naturalis penetralibus, ex quibus lumine certo ductæ gentes pacta ſervanda tenuerunt, fidemque promiſſam; ut in tutamen ejus ſententiæ, notant Brabantini Doctores, (53.) poſtque Fredericum à Sande noviſſimè Petrus Stockmans, ex jureque publico, quo attento invenimus; quod cùm in fœdere Cameracenſi anno 1559. art. 28. ageretur de contractu matrimoniali Regis Philippi II. & Eliſabethæ, filiæ Regis Henrici II. Galliarum, pactum fuit, ut pro quantitate quatuor centenorum millium Ducatorum promiſſorum in dotem, Eliſabetha remitteret omnia jura, & actiones ad hęreditates, & ſucceſſiones paternas ex utroque latere: In ipſoque fœdere, etiam actum notatur, de pacto antenuptiali Margaretæ, filiæ Franciſci I. Regis Franciæ, & Ducis Sabaudiæ, renuntiante filia hęreditates pro ſumma trecentorum millium promiſſa in dotem. (54.)

(52.) Ex Alvarot. Alberic. Boer. Ruin. Dec. & aliis Menoch. *conſ.* 1. *nu.* 163. Mich. Craſ. *de ſucceſ.* §. *Succeſſio ab inteſtato q* 9. *n.* 4. Capic. *deciſ.* 159. *num.* 13. Ceph. *conſ.* 467. *num.* 54. & 92. D. Juan del Caſtillo *controverſ. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 65. Ant. Fab. *in C. lib.* 9. *tit.* 9. *dif.* 6. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ* 9 *p.* 4. *num.* 16. & *clauſ. gloſ. unic. per tot.* Cancer. *var. p* 3. *cap.* 15. Merlin. *controv. Forenſ. cent.* 2. *cap.* 76. *n.* 6. Harm. Piſtor. *d lib.* 4. *quæſtion. q.* 1. & *ſeqq.* & *q.* 6. Maxim. Fauſt. *conſil. pro Ærar. conſ.* 232. Philip. Schimſchil. *de fideic. famil. cap.* 6. *à nu.* 43. Zyp. *notit. jur. Belg. lib.* 5. *tit. de jur. dot. Si quidem ex l. Pactum. C. de pact. l. hæreditas, C. de Pact. convent, etiam in contractu nuptiali ſuper futura ſucceſſione irritantur: moribus ſuſtinentur.* Barthol. Kellemben. *de renunt. illuſtr. fœmin q* 4. *nu.* 6. *verſ. Sed hiſce non obſtantibus.* Petr. Stockmans. *tract. de jur. devol. cap.* 18.

(53.) Petr. Stockmans *de jur. devol. cap.* 20.

(54.) Cabrera hiſtor. de Felip. II. *lib.* 4. *cap.* 28.

Ex

Ex hoc jure, moribus, ac uſu, credimus, nulli dubium cadere ea, quæ per Gallicos ſcriptores lato calàmo in nullitatem renuntiationis excogitata, & perpenſa, rejicienda eſſe, attento prçcipuè gentium, ac publico jure. A quorum principiis receptum abſolutè leges, conſtitutiones, ſtatuta conſtituentia prohibitiones renuntiationum, pacta remiſſoria ſucceſſionis non tenere, nec locum habere inter Principes ſupremos, cum in eis omnis ſuſpicio rejiciatur optandæ mortis, alienorum bonorum cupiditate; ex quibus cauſis inter privatos ortæ conſtitutiones in ſimilium pactorum exterminationem. (55.)

(55.) Ex Homan. *conſ. 2. num. 48.* Zaſio, & Bologn. Ant. Coler. *de jur. Imper. Germ. ſect. 70.*

His cognitis per Gallos, turpeque cum ſit objicere communia jura ad nullitatem Regiæ renuntiationis, commixtis juris principiis, tortiſque ad ſuum ſenſum ſententiis, ut inducto chaos juſtitia obumbraretur in fraudem veritatis, utque ignaros in ſuam traherent ſententiam, ſuorum operum corpora plaſmarunt compacta arundineis diſtinctionibus, qualiter ab Hercule executum notatur, cum appulſus in Aventinum ad illiciendos habitatores ſtatuas ex palleis compoſuit, quas ſacravit loco humanarum victimarum, quibus utebantur illæ gentes, eas mentita illa immolatione mulcens: Suum ergo corpus (ut diximus) plaſmant Galli, aſſerentes renuntiationes filiarum in parentum favorem tunc legitimas in pactis antenuptialibus, cùm pater ex paternis bonis legitimæ filiam dotat. Deficiente verò hac qualitate, nullum eſſe pactum inutilemque renuntiationem, cùm juſtum non habeatur, ut patre charitatis vinculum non exequente, lucrum renuntiationis, favente malitiâ, conſequatur; præſertim ſi filia ſub patria conſtituta poteſtate, minorque ſit, quarum alienationes abſolutè à jure interdictæ in favorem patrum, tutorum, ac curatorum; Deducentes ex eo, quòd cùm quantitas in dotem promiſſa Reginæ non fuerit ex propriis bonis patris Regis, ſed ipſius filiæ Infantis, evanuit abſolutè renuntiatio.

(56.) *Tractat. Regin. Chriſt. ſucce. in Brabant. à fol. 174. & fol. 177. à num. 6.*

Ex ipſis principiis Tract. 2. (56.) inſurgunt in renuntiationem, inque Regem noſtrum, dicentes: *Potuitne Rex Catholicus, qui, & pater, & tutor erat, cum filia adhuc mi-*

minore paciſci, & contrahere, aut ex illius incommodis ſua, & liberorum, quos ex ſecundis nuptiis progenuit commoda comparare, & in rem ſuam author fieri? Id aſſerentes, eo quod Reginæ Chriſtianiſſimæ competebat jus in hæreditates maternam, & fraternam; jure, & uſu Hiſpano, ex quo pater tranſiens ad ſecundas nuptias, tenetur filiis primi thalami illibatum conſervare quidquid ad eos pervenerit ex illa origine, abſque communicatione, & participatione filiorum ſecundi, etiamſi à filiis renuntiatum fuerit omne jus ad hæreditates, aut ſucceſſiones paternas.

Et quamvis hæc ſententia vera ſit, communi jure attento, ad quid illius conſtitutio, uſuſque in caſu noſtro? Sed cùm ex eo acriter moliantur in pactum, aſſerentes in odium executum filiorum primi thori, commodumque ſecundi; ne uſque ad nauſeam lectores provocemus, ad hoc, & ad oppoſita in 2. Tract. brevi ſtylo, ſed legitimo, & juris veritate nitente, ſatisfacere conabimur.

Aſſerunt enim Reginæ Chriſtianiſſimæ hæreditates maternam, & fraternalem competere, ex quibus bonis dotatam contendunt, eo quod fuerit ut filia hæres Reginæ Eliſabethæ Matris, utque ſoror Balthaſaris Principis fratris uterini; ex quibus obvenit amplior quantitas, quam quingentorum millium ſcutorum in dotem aſſignata.

Ex quo penes Reginam cumulant jura diverſa, tam ad demoſtrandum (ut diximus) ex propriis dotatam bonis, quàm in ea concurriſſe diverſa incomprehenſibilia in pacto renuntiationis. Primum, ex origine futuræ paternæ hęreditatis. Secundum, ex jam quęſita morte matris, & fratris, firmatum irrevocabiliter per tranſitum Regis noſtri ad Auguſtiſſimum V. M. matrimonium, quæ nec fuerint in renuntiatione comprehenſa, nec potuerint comprehendi.

Sanè mens noſtra non attigit, quo innitantur principio, ſenſu, aut ratione Galli Scriptores ad tutamen rerum, actionum, armorumve uſu executo à Rege Chriſtianiſſimo, ut aſſerunt, in defenſionem jurium competentium Reginæ Chriſtianiſſimæ, atque legitimum decan-

cantare, ad conſpectum illius præcepti in animo Regis affixi : *Nihil per injuriam, nihil contra æquitatem contendere.* Quomodo abſque injuria firmato prætenſo jure Regio, rejectis, ac reprobatis Doctorum ſententiis? Qualiter ex æquitate, ni iniquitatem velamine juſtitiæ, ambitionem pietatis, temeritatem defenſionis pulchritudine juris decorantes? Aperto pugnemus Marte. Sciant ergo cuncti, arma ultimam Regis Chriſtianiſſimi rationem eſſe, idque in eo æquiùs, quod validiùs, ac quod ſi Regia mens tendit in diſſolutionem indiviſibilis nodi charitatis, impliciti vi naturæ, ſanguinis, & publicæ utilitatis, non juſtitiæ gladio, ſed Alexandrico diſſolvi, ut minus ſenſibile vulnus habeatur, pateatque omnibus mentem Gallicam digladiari calcata Majeſtatis, & affinitatis correlativa veneratione.

Sed ne Catholici Regis noſtri contentio æquitati diſſona videatur, etſi reſponſione indigna à Gallis exarata ſint, nec quia juſta, ideo omiſſa jactitent. Ingredimur attento facto, & jure, ad deſignandas Philippi Magni in pacto, omnique re actiones ad juſtitiæ normam directas.

Aſſerunt Galli quantitatem quingentorum millium ſcutorum conſtituentium dotem Regiam, conſtructam ex propriis bonis filiæ competentibus ex hæreditate materna, fideicommiſſoque legali, quæſito morte Principis Balthaſaris fratris, firmato per tranſitum patris ad ſecunda vota; quorum calculationem numerant. Primò, (57.) ex ſumma quingentorum centum millium ſcutorum matri promiſſorum in dotem; quinquaginta millium Margaretarum dotalitii, centum ſexaginta ſex millium ſexcentorum ducatorum arrharum titulo promiſſorum : Quæ omnia multò majorem ſummam conſtituunt, quàm promiſſam in dote. Ex quo evinci fatentur, non fuiſſe à patre Rege legitimè dotatam filiam, ad hoc ut renuntiatio antenuptialis vim, & robur legale recipiat.

(57.) *Dict. tract. Reg. Chriſt. ſucceſ. in Brab. fol. 124. à num. 3.*

Quis inter tantæ Majeſtatis, & ſanguinis vincula non indignam ſimilem calculationem (58.) cenſeat? Quis non fateatur civili atramento exaratam, exque Trapezitarum calculo, & inventario communi popularium ho-

(58.) Reg. cap. 18. verſ. 25. *Non habet Rex ſponſalia neceſſe*, ubi Gaſp. Sanch. *Regibus non eſſe neceſſarias filiarum dotes.*

hominum ad describendas bonorum minutias efformato? Non Regum, Principumve, quorum prima omnium rerum ratio, supraque omnes alias bonorum facultates, decor honoris habetur, quæsiti per unionem Augusti sanguinis, (59.) absque diminutione primæ, ac supremæ stirpis, & illius Regalis honoris ab origine recepti? (b)

Sed ii Scriptores Regis sui cristas legibus communibus demiserunt, asserentes, debuisse Patrem Regem ante renuntiationem filiæ edere instrumentaliter inventarium bonorum hæreditariorum ei competentium, ut certiorem eam faceret de bonis, & eorum quantitate, seu summa ex hæreditatibus obventa, & obvenienda; alias ex omissione nullitatem contractus inductam.

Liceat asserere, illam numerationis necessitatem, vel animi deliquium scriptoris, vel calami lapsum fuisse, notitiæ Christianissimi Regis absolutè absconditum. Non enim Supremæ Majestati, candori liliorum, magnificentiæque Christianissimorum Regum digna (60.) similis abjectarum rerum computatio, nec necessaria etiam inter privatos, dum sub jurisjurandi religione fit renuntiatio in favorem patris, & dum directè in utilitatem fratrum (61.) tendit.

Sed his omnibus circa calculationem bonorum competentium Infanti Reginæ omissis, vilipensisque, cum Regina Mater bona hæreditaria in filios transmittenda non habuerit: Notandum est, nec etiam ad nullitatem renuntiationis facere, quod ex jure communi, Hispanoque proditur, asserendo, patres transeuntes ad secundas nuptias, in pœnam injuriæ irrogatæ filiis exprimis genitis, amittere quidquid ex origine primi thori obvenerit; omneque à prima sponsâ proveniens legitimam esse filiorum illius matrimonii privativè, ex legali providentia ab ipsa admissione secundi. Quod adeò verum, ut filius post patris obitum, in bona non subintret hæreditario, aut successivo jure; sed ex pœnali, ac legali fideicommisso.

Ex quo ortum notant, renuntiationes filiorum

(59.) Liv. *lib.* 4. & 10. Dion. Halicar. *lib* 10. *in fin.* Arnold. Clapm. *de arcan. rer. publ. lib.* 3. *cap.* 21. Joan. Jacob. Drac. *de jur. Patric. lib.* 1. *cap.* 7. §. 6. *infra.*

(b) Gasp. Sanch. dict. cap. 18. *Optare Regem conjugium, quod quæsitæ sanguine dotes conciliant, reliqua alia non curare.*

(60.) Ex Ancharr. & aliis Gregor. Lop. *l.* 3. *verb. Sabidora, tit.* 12. *par.* 5. Ant. Gom. *to.* 2. *var. cap.* 13. *n.* 18. *ad fin.*

(61.) Ancharran. *ind. cap. Quamvis pactum,* ubi Dom. à Sanct. Gemin. Guid. Pap. *decis.* 227. *num.* 4. *vers. Sed postea,* ubi Addit. Joan. Cruz. Guill. Bened. *cap. Raynutius verb. Duas habens filias, num.* 260. Barthol. Kellemb. *de renun. fœmin. illustr. q.* 4. *num.* 7.

in favorem patrum de ſucceſſione, hæreditatibuſque, non tenere, vimque ſortiri in bonis dotalibus primæ uxoris, ſi turbato mortalitatis ordine morte filii ad patrem devolvuntur, ſed computanda, ut propria prolis primi illius thori, à quo orta. (62.) Quare, cum Regina Eliſabetha Matre defuncta, ſuperſtites fuerint Princeps Balthaſar, ac Regina Chriſtianiſſima; & fraternalis hæreditas Matris defuncto fratre ad Patrem pertinebat, vita durante: per illius deceſſum, abſolutè ad Reginam Chriſtianiſsimam devolvebatur, penes quam hærebat dominium jure de præſenti incomprehenſibile in renuntiatione, qualitercumque, & quibuſcumque verbis generalibus concepta. Quæ fulcita ab ſcriptore Gallo ex ſententia Oldraldi, Benedicti, & Didaci noſtri. (63.)

Verè haud invenimus, ad quid hæc doctrina ambagibus, exclamationibus, & repetitionibus expoſita, quævè hæreditas, quæ bona Reginæ Matris, aut ex nativo jure primi thori ad filiam Reginam competerent? Non enim hæreditaria, cùm jam (ut dictum ſatis eſt) nulla remanſere; non etiam ſucceſsiva, cùm nec ad eam pertinere valebant, quia renuntiata in pactis antenuptialibus in utilitatem, & favorem Domanii Gallicani. (64.)

Quæſtionem, an pœnæ illæ impoſitæ in convolantes ad ſecundas nuptias, conſultò omittimus, cùm jam admiſſæ ſint (approbato ſecundarum nuptiarum uſu, damnataque hæreſi illas rejectante cum Tertuliani mente) (65.) ex jure Canonico, Hiſpano, (66.) & Belgico. Nam & ſi in hac juris antiqui reformatione non includantur, quæ circa jura filiorum primi thalami conſtitutæ fuerunt, in hoc caſu etiam notandum, mentes Doctorum quos adducit Gallus in ſuæ ſententiæ ſoliditatem, reprobatas eſſe, rejectaſque aſſerimus in caſu noſtro.

Fatemur enim, Oldraldum, & Benedictum, quos ſequitur Didacus, tenuiſſe, in renuntiationibus antenuptialibus filiarum, & ſi ſecundùm con-

(62.) L. 1. & 2. C. *de ſecund. nupt.* ubi Scrib. *l. ult. tit.* 10. *par.* 4. *l.* 3. *tit.* 6. *par.* 7. Oſſal. *lib.* 18. *cap.* 7. *lit.* C. & D. Petr. Gudelin. *de jur. noviſ. lib.* 1. *cap.* 10.

(63.) Manif. *ſol.* 87. ex Oldr. *conſ.* 294. Guill. Bened. *c. Raynutius, verb. Duas habens filias, n.* 228. Decio. *conſ.* 228. Covar. *in c. Quamvis pactum.* 3. *par. à n.* 1.

(64.) L. 12. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* Thuan. *Hiſtor. lib.* 5. Barthol. Gram. *Hiſtor. Gall. lib.* 1. *ann.* 1611. David Blondel. relatus. §. 11. *n.* 24.

(65.) Tertul. *lib de exhortat. ad caſtitat. & de Monogamia.*

(66.) *Cap. pen. & ult. de ſecund. nupt. l.* 5. *tit.* 1. *lib.* 1. *Ordinam. l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 5. *Recop.* ubi Latè Matien. *gloſ.* 1. Azev. *à n.* 9. Anton. Gom. & Scrib. *in l.* 14. *Tauri*, Covar. *in* 4. *par.* 2. *c.* 3. §. 9. *num* 4. Menoch. *conſ.* 153. Gudel. *de jure noviſ. lib.* 1. *c.* 10. Franc. Zypæus, *not. jur. Belg. lib.* 5. *tit. de ſecund. nupt.* Ann. Robert. *rer. judic. lib.* 1. *cap.* 8. Joan. Chop. *obſerv. pract. obſer.* 42 *num.* 19. Simon Ulric. *obſer.* 98. *num.* 3. Thom. Sanch. *de Matrim. l.* 7. *diſp.* 87. *n.* 23. Ant. Fab. *in Cod. tit, de ſecund. nup. diſt.* 1. Pet. Greg. *lib.* 9. *Syntagm. cap.* 26.

constitutionem Bonifacii conceptis, non includi bona eis obvenientia ex origine materna, si pater ad secunda vota transierit, cum usufructuarius illorum habeatur vita durante, & ejus morte devolvantur ad filios primi thori, denegata participatione ortis ex secundo, cum privatè competant illis extraordinaria adquisitionis origine, ac pœnali, conferente dominium filiis primæ uxoris. (67.)

Sed id procedere fatendum, etiam quidquid reluctet Gallicanus assensus, dùm renuntiatio concepta parentibus utrisque superstitibus, quorum remittitur successio, aut hæreditas, unoque defuncto, superstes secundas contrahit nuptias.

Quando verò post secundas à parentibus contractas nuptias, filia antenuptiali pacto contrahit, renuntiatque, tunc recepta, ac vera sententia est absque dubitationis macula: quod in renuntiatione inclusum sit, quidquid ad filiam pertineat jure de præsenti, etsi suspenso usque ad parentis obitum, sivè ex hæreditate materna; sive fraternali descendat, cum remissa habeatur injuria orta ex transitu ad secundum thorum, abolitioque concessa patri sufficiens sit ad legitimitatem, & validitatem renuntiationis, omniumque jurium, ac bonorum inclusionem ex quacumque origine tàm naturali, pœnali, quàm fideicommissario legali, constituto in favorem filiorum primi matrimonii. Mensque communi placitu scribentium laudata. (68.)

Ex quo, cum renuntiatio Reginæ Christianissimæ generalis sit, executaque post secundum Augustissimum Patris matrimonium, postque ex eo superstites filios tempore pacti. (69) Quo jure objiciendum, non comprehensa omnia competentia, & competitura, tam jure de præsenti, quàm de futuro, tàm ex hæreditate, quàm fideicommisso legali?

Præcipuè attentis verissimis juris, & Doctorum axiomatibus. Primò, quòd illud jus reservationis bonorum provenientium ex origine primi thori creditum filiis casu, quo pater ad secundas nuptias transit, nec vim, nec virtutem tenet, quoties præsentibus, &

(67.) Barth. Kellemb. *de renun. illust. fœmin. quæst.* 32.

(68.) Oldrald. *dict. cons.* 294. *Unde tales culpæ punitionem, & injuriæ præsertim nondum illatæ ultionem in dubio, pacta non comprehendunt.* Ripa. *l. Fœminæ*, C. *de secund. nupt. n.* 19. Decius *in l. Pactum dotali, n. 6. vers. Et supradicta*, C. *de collat. & cons.* 116. *num.* 9. Cancer. *var. p.* 3. *cap.* 15. *n.* 134. Angel. *cons.* 396. *n.* 2. Bertrand. *in l. hac edictali*, §. *Si verò n.* 14. C. *de secund. nupt. & cons.* 175. Boer. *decis.* 185. *n.* 13. ibi: *Secus si post contractas nuptias*, Baez. *de non melior. fil. dot. ration. cap.* 10. *n.* 73. Thom. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 89. *n.* 25. ibi. *Secus. si renunciationis tempore, jam adquisitum esset.* Petr. Greg. *lib.* 41. *Syntag. c.* 17. *num.* 2. *Quia hoc jus quæsitum est post renuntiationem.* Dainer. *de renunt. cap.* 4. *n.* 39.

(69.) DD. adducti, *n.* 62. Ant. Fab. *d. tit.* C. *de secund. nupt. dif.* 5. Menoch. *cons.* 253. *nu.* 16. D. Juan del Cast. *lib.* 1. *de usufruct. cap.* 2. *n.* 94. Steph. Gratian. *discept. cap.* 140. *num.* 6. *& seqq.* Aug. Barbos. *in d. l. Fœminæ, n.* 1. C. *de secund. nupt.* Petr. Greg. *d. lib.* 9. *Syntag. cap.* 26. *n.* 26. Ant. Gomez *l.* 14. *Tauri, n.* 6. ubi Castillo. *n.* 5.

tacentibus filiis ſecundam iniit conjugalem ſocietatem.

Secundò, quòd politica conſtitutio lata in contrahentes ſecundas nuptias tantùm dirigitur ad mores civiles, [70.] quibus non ſubjicitur ſuprema Principum Majeſtas, nec in eos vim coactivam producunt poſitivæ ſanctiones. Quod ſic prævalet vi Majeſtatici juris, ut ſi Regii placiti virtute, reſcripto, aut gratia [71.] privatus quilibet ſecundas contrahat nuptias, non locus ſit pœnis impoſitis in contrahentes, nec teneatur filiis primi thori reſervare obventa, aut quæſita ex illo principio; ſed communia ſint omnium filiorum, abſque nativitatis, ac thori conſideratione.

(70.) Petr. Barboſ. *l.* 1. *part.* 7. *n.* 17. *ſolut. Matrim.* Thom. Sanch. *de Matrim. d. lib.* 7. *diſput.* 89. *n.* 50. Aug. Barbol. *l.* 1. *n.* 22. C. *de ſecund. nup.*

(71.) *L. fin. de Senatorib.* Joan. de Garron. *in l.* 1. *à n.* 128. C. *de ſecund. nup.* Ant. Gomez. *in d. l.* 14. *Taur. n.* 6. *&* 7. Papon. *Arreſt. Franc. lib.* 15. *tit.* 1. *n.* 8.

Ex quibus fateri neceſſe, Regiam renuntiationem haud poſſe civilibus, ac poſitivis communibus regulis terminari, ſed abſolutè ex Majeſtatico, publicoque jure, atque ideò Chriſtianiſſimæ Reginæ renuntiationem legitimam decantandam, nullòque modo potuiſſe, nec poſſe pati nullitatis notam.

§. III.

QUOD, CUM FUERIT LEGITIMA renuntiatio antenuptialis Infantis Reginæ in favorem Regis Patris, ſolutionis ſuſpenſio dotis in ea promiſſæ, nec nullitatem induxit, nec infectionem obligationis, actionum, dominiorumve tranſlatorum, & devolutorum illius virtute.

INter nebulas, quibus conati Galli denigrare veritatis lumen, emicant radii Gallicanæ Juriſprudentiæ, illorum ignorantiam illuminantes, removenteſque torpedinem, quâ devio legum itinere ducuntur, quibus reduci ad viam, viſque juris patrii, moribus, conſuetudinibus, Parlamentorumque deciſionibus, fateri coacti fuere, Reginæ renuntiationem antenuptialem, legitimam, ſubſiſtentemque habendam. Quare aliam viam non planam, ſed fragoſam nimis quæſierunt, ut illius validitatem abſolutè infringerent.

Ad

Ad quod sic fantur: [a] *Proximum itaque est, ut renuntiationis pactum nullius esse momenti hinc demonstremus, quod proposita, & accepta conditio impleta non fuerit. Hoc enim maximè ad causam videtur pertinere, quod pecunia in dotem promissa constitutis temporibus non fuerit numerata. Id certè, vel prima juris elementa, ut rem testatam, & exploratam tradunt, hoc inter præscriptum à lege, & ab ipso contractu diem esse discriminis; quod si quis definitum à lege tempus transilierit, non continuò instrumentum ipsum, aut conventum rescinditur, neque ulla huic moræ est adjuncta pœna, nisi cum interpellationi parere recusavit. Sed ubi ex conventione, aut contractu dies fatalis est præstituta, tum nihil necesse est eum, qui promisit, aut verbo, aut scripto commonere. Quisquis enim ad diem prætium non solvit, aut promissa non facit, huic mora imputatur, vel contractus hoc ipso statim resolvitur. Neque obscura est hujus discriminis ratio. Non enim æquè tenentur omnes universam juris, ac legum scientiam perspectam habere, & animo complecti. Quarè si dies præscriptus à lege præterierit, non idcirco aliquis in mora futurus est, nisi ante fuerit admonitus. At nemini licet eorum, quæ promisit esse immemori: neque necesse est ut dies, quam ipse constituit, in ejus memoriam revocetur. Nam quæque temporis momenta indesinenter eum admonent, & quodammodo interpellant. Hinc illud Jurisperitorum effatum jam penè in proverbii consuetudinem venit*, dies interpellat pro homine.

(a) *Tract. Reg. Christ. jus in Brab. fol. 38. n. 1.*

Ut verò fortius hanc mentem, & animum foveant, addunt: [b] *Jam quis nescit, non aliam hunc voci*, dummodo, vel ea lege, *vim subesse, quàm pecunia statutis temporibus non soluta, Serenissimam Infantem minimè contentam fore? Quis enim non cernit hanc vocem impuram conditionem facessere; neque aliter eam intelligi posse, quam fore, ut Regina sua repudiet jura, si modo præscriptis temporibus quingenta nummûm aureorum millia numerentur? Nec ulla futura sit conventio hac conditione?* Et post: *Hinc nova quædam, atque haud scio, an potentissima emergit ratio, quod cum Rex Catholicus non persoluta dote, satis concesserit, res nondum perfecta in eum rediit locum, undè initium capere non potuisset; atque adeò ex receptissima, juris regula reparari amplius nequit, aut convalescere. Illud enim, ut certum, & confessum Doctores tradunt, tum rem extingui, & penitus caducam fieri, cum incepta, necdum absoluta, in eum devenit statum, in quo si ab initio fuisset, numquam*

(b) *Dict. Tract. fol. 47. num. 11.*

esset inchoata. Idque disertè ab Imperatoribus statuitur, cùm maritum uxori quam ducturus est, dotem largiri posse concedunt; si modo ante nuptias dotem tradiderit. Nam si nihil aliud, quàm promiserit, inutilis est futura donatio, cùm in id tempus incidat, in quo omnis inter conjuges donatio prohibetur.

His additis Regium pactum antenuptiale ex legis Commissoriæ constitutionibus judicandum, ex quibus ob non solutam dotem die constituto, inefficax redditum. Ponderatis, & excusis ad id variis juris axiomatibus, scriptorum sententiis, sed ad rem, nec ad casum agentibus.

(1) Liv. *lib.* 4. *Nam famæ quidem, ac fidei damna majora esse, quam quæ æstimari possent.*

Nec novum aulicis (postposito famæ honore (1.) inter mortales maximo) ad voluntatem Principum, juris, & veritatis mangonio cælare adulationis Sycophantiam. Cæterum cùm id non à ratione, sed à naturæ humanæ vitio proveniat, remanet pudefactum dedecus judicii, (2.) & veritas honore proprio fulgentior. Hoc titulo dedecoris notat Livius factum Publii Scaptii Tribuni Plebis, qui falsis, ac ementitis argumentis persuasit Populo Romano, ut campum, de cujus dominio inter Ardeates, (3.) & Aricinos erat controversia, contra jus tolleret, propriumque pronuntiaret.

(2.) Liv. *d. lib.* 4. *Elevatur dedecus judicii, idque non Aricinis, Ardeatibusque, quam Patribus Romanis, fœdius, atque acerbius visum.*

(3.) Liv. *dict. lib.* 4.

Hæc eadem in tractatu, & authore Gallo inveniuntur, qui ut fœdifragam violationem Regalis pacti, fœderisque obnuberet, renuntiationem sub pacti commissorii forma, & lege, executam exclamitat, turbata absolutè illius qualitate, & natura, sed sibi ipsi conscius juxta juris regulas tam deviam viam tutari non posse, inter varia principia, sed extra rem, asserit ex Scriptorum dictis, in renuntiatione nullitatem nativam contineri, eo quod summa quingentorum millium scutorum in dotem promissa, soluta non fuerit die constituto, præfixove termino. (4.)

(4.) Manifest. *fol.* 74.

Hæc quæstio, scilicèt, an renuntiatio filiæ in pactis nuptialibus, inefficax reddatur, si dos in ea promissa, soluta non sit, discussa fuit à Petro Stockmanno, (5.) qui nervosè pro validitate egit, non tantùm generaliter, sed privativè in tutamen virtutis ortæ ex Regali renuntiatione. Illam fulciente primò, ex eo quod ob dilatam dotis solutionem nullitas non oriatur, cùm lo-

(5.) Petr. Stockm. *de iur. devolut. cap.* 19. & 20.

cus

cus sit moræ purgationi per solutionem. Secundò, quod renuntianti tantum remanet jus ad exactionem debiti, ac usurarum ob dilationem, non verò, ut revocet pactum, aut de nullitate concertet. Quæ fuit sententia Decii, & Brodearii. Sed cum in hunc Doctorem, (6.) & doctrinam Gallicani insurgant, visum est nobis authori observationum contra Stockmannum facere satis.

(6.) Observ. *seu respons. ad tract. advers. Regin. Christian. jus in Brabant. tract. 2. fol.* 100.

Ut in Gallos etiam & nos insurgamus, purumputum veritatis aurum defodientes, rejectis larvis, inutilibusque axiomatum dicteriis, prænotandum est, inter Doctores disceptatum, an ob non solutam filiæ dotem promissam in pacto antenuptiali, renuntiatio in eo concepta nulla efficiatur? Asserunt Galli (quia sua interesse videatur) quòd per dilationem numerationis inefficax redditur, ac tanquam si tabulis mandata non fuisset: Tutantur se ex doctrina Alexandri, (7.) Socini, Pauli Castrensis, Fulgosii, Gregorii Lopezii, tenentium, ut virtutem recipiat renuntiatio, necessariò desiderari: Primò, quòd filia transierit in viri potestatem per matrimonium. Secundò: *Cum* (a) *dotis nomine non pollicitationem, re non secuta, sed dationem ipsam intelligi opportere.* Præcipuè attento Papiniani responso, ex quo: *Res promissa, non data, dotis nomine non censetur.* Addito: *Pessimè quidem filiæ consulitur, cui spe omnis melioris fortunæ per renuntiationem erepta, ne dos quidem in tuto collocatur.*

(7.) Alex. *cons.* 13. *vol.* 3. Socin. *cons.* 2. *n.* 5. *volum.* 1. *& cons.* 207. *vol.* Paul. de Castr. Fulgos. Bald. *in l. non sine, C. de bon. quæ liber. l. Titio centum, de cond. & demonst.*

(a) *Tract. Reg. Christian. jus in Braban. à fol.* 49. *num.* 13.

Sanè quâ potuimus diligentia, consuluimus Doctorum scripta ad dignoscendum, an exarata sententia sic recepta sit, ut asseritur; Et attenta scriptorum mente legitima, illorum nemo absolutè, aut affirmavit, aut scripsit, renuntiationem conceptam in pacto antenuptiali, si dos promissa sit, & non tradita, nullam, & inefficacem reddi principio, aut causa dilatæ, aut non executæ solutionis. Nam Alexander, (8) & Socinus consulentes in suarum partium defensionem, loquuntur sub expressa statuti dispositione constituentis, quod ab hoc ut filia dotata censeatur, excluſaque per renuntiationem à paterna hæreditate, necesse est, ut dos non tantum promissa, constituta, & assignata, sed recepta sit

(8.) Alex. *d. cons.* 13. Socin. *d. cons.* 2. *&* 207.

reali numeratione interveniente, aut per traditionem translata in dominium viri, aliterque filia à successione non removeatur vi pacti. Si verò hęc forma per legem, aut statutum non sit prędscripta (ut notavit Paulus [9.] Castrensis) absolutè ad legitimitatem renuntiationis, utque vim, & virtutem operativam recipiat, sufficiens habita est dotis constitutio, aut pollicitatio nuda, [10.] cum ex illa oriatur jus, & actio ad petitionem lucrorum, & usurarum [11.] quæ ex mora solvendi proveniunt. Eaque fuit mens Bartoli (quidquid contra effutiant assertores) & Baldi [13.] firmiter tutantium filiam dotatam verè, & legitimè per pollicitationem, ad hoc ut pater & juri, & legi observiisse dicatur, non vero necessariam esse numerationem, aut realem traditionem.

Hæc sententia vera, & legitima habita innitur Jurisconsultorum responsis, Imperialibusque rescriptis, [14.] cum ex eis ad omnes juris effectus, ad hoc ut pater inserviisse naturæ, & in filium charitatis, & legis vincula explicuisse dicatur, utque filiæ succursum sit, nulla distinctio fit in dote pollicita, vel tradita, cùm ex pollicitatione oriatur obligatio, ex qua pater tenetur ad implementum, quod sufficiens sit ad vim, & virtutem pacti.

Ex quibus principiis Petrus Gregorius [15.] Gallicæ Jurisprudentiæ Primarius, agens circa naturam renuntiationum executarum ad formam Constitutionis Bonifacii VIII. quęrit, an facta à filia in favorem patris in pacto antenuptiali legitima sit, nuda interveniente dotis promissione, & non secuta solutione, nulla censeatur? Qui in utramque partem diversis discussis sententiis,

(9.) Paul. de Castr. *in d. l. Titio centum* §. *Titio Genero, de cond. & demonstr.*

(10.) *L. cum post mortem* §. 1. *de admin. tutor. Sint exacta sit dos, sive maneat nomen, quia potest efficere, ut ei accepto feratur.*

(11.) *L. Ad exactionem, C. de dot. promis.* Duar. *d. tract. cap.* 4. Fab. *in C. lib.* 5. *tit.* 6. *dif.* 6.

(12.) Bart. *d.* §. *Titio genero, n.* 5. *Quod ista dicatur dotata si ei Pater in testamento assignavit dotem.* Et ibi Paul. de Castro. *n.* 8. *& in d. l. Non sine, num.* 3. C. *de bon. quæ lib.*

(13.) Bald. *d. l Non sine, n.* 22. *Dotata intelligitur illa, quæ est certa de dote, sive per testamentum, sive per promissionem.*

(14.) *L. Cum post mortem, de adminis. tutor. l. fin. C. de dot. promission. l. unic.* §. *Et ut plenius,* §. *accedit, &* §. *fin. C. de rei uxor. act. l. Morte, C de pact. convent. l. fin. C. solut. Matrim. l. ut liberis, C de collat. l. fin. C. ad leg. Falcid.* Sylvan. *cons.* 2. *num* 74. *Tamen si consideretur dotis promissio respectu patris, vel extranei promittentis dotem, & mulieris pro qua promittitur, prout in casu dict. Authent. agitur. Nullam differentiam inter dotem promissam, & traditam comperies.* Paschal. *de virib. Patr. potest. part.* 1. *cap.* 4. *à num.* 87. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 12. *tit.* 5. *ex num.* 4. 12. *&* 41. Stephan. Gratian. ex Ias. Paul. de Castr. Gabr. Brun. *discept. cap.* 666. *num.* 22. Petr. Barbos. *Rubric. solut. Matrim. part.* 4. *à num.* 1. Molin. *de rit. nuptiar. lib.* 3. *quæst.* 30. *num.* 10. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *claus.* 7. *glos.* 2. *p.* 2. Omnia pro utraque parte congerens Joann. Angel. Bos. *de pecul. effect. cont. Matr. tract. de dote, cap.* 2. §. 1. *per tot.*

(15.) Petr. Greg. *lib.* 41. *Syntagm. jur. cap.* 3. *num.* 4. *&* 5.

tiis, ſenſuque Doctorum, noſtram mentem firmat verbis ſequentibus: *Sed utilis hic quæſtio, num per illa verba dote contenta exigatur ad excludendum regreſſum poſt pactum dotem traditam fuiſſe. Et certè pugnant hic interpretes. Nam Bart. Salicet. Petr. Ancharran. arbitrantur, ſi tempore pacti dos tradita non ſit, non obligari filiam illa renuntiatione. Accedit, quod dotem non facit cautio, ſed numeratio. In contraria autem ſententia ſunt Immola, & Geminianus. Refert omnium rationes Georgius Natta, & Geminianus, ad cap. quamvis, de pactis in ſexto. Ego tamen exiſtimaverim diſtinguendum eſſe, num dos aliqua aſſignata ſit filiæ, dum nuptui daretur, an nulla fuerit aſſignata. Quod ſi ea conſtituta, ſeu aſsignata tunc fuerit, & illa eâ contenta renuntiet, valeat renuntiatio, quamvis non fuerit tunc tradita.*

Qui ut hanc ſententiam firmaret, proſequitur: *Quod ſicut dotata filia excluditur, ita & ea, cui nondum dos ſoluta, ſi fuerit fides habita de pretio, cum eſſet promiſsa à patre, cum dos promiſſa veræ dotis nomen retinere videatur,* Tenent eandem Chopinus, & Paponius, omneſque Doctores, tàm Hiſpani, quam Galli, jure communi attento. Et ſi in caſu ſtatuti diversè ferantur aliqui, cùm tunc temperanda ſit res, attenta illius conſtitutione, & verbis pacti.

Hinc parvi facienda, quæ ex Imperatoriis Conſtitutionibus, & Doctorum (*a*) ſententiis, præcipuè Gregorii Lopezii; quia Hiſpani adducuntur aſſerendo, dotem non dici, nec habendam promiſſam. Nam Imperatoria conſtituta, reſponſa prudentum à Scriptoribus laudata, etſi certa, & recepta ſint, ſuis tamen locis, & caſibus, non in noſtro: Diriguntur enim, ut ex eis evincitur, ad deſignandam actionem uxori competentem, & obligationem mariti ad petitionem, & reſtitutionem dotis: vel ad adquiſitionem illius quoad fructus, vel ad deſignandum tempus, ex quo debitæ uſuræ, vel lucri dotis non ſolutæ: vel aliis in caſibus à jure proviſis, diverſis abſolutè ab eo, de quo loquimur, ut videre licet, & depromitur ex ipſarum legum verbis, & ſententia ſcriptorum. (16.)

(*a*) *L. 1. C. de dot. non numer. l fin. §. accidit. C. de rei uxor. act.* ubi Cujac. *l. 8. pro Soc. l. 71. §. 3. de cond. & demonſtr.*

(16.) *Doctores adducti ſupra præcipuè.* Boſius, *dict. §. 1. à num. 23.*

Nec ad rem facit, quod antenuptiale pactum, conditionale verſetur ab Aſſertoribus, quia conceptum ſub his

his verbis: [b] *Effectivæ, seu realis solutionis interventu, quam vocem in puram conditionem faceſſere, neque aliter intelligi poſſe, quam fore, ut Regina ſua repudiet jura, ſi modò præſcriptis temporibus quingenta nummum aureorum millia numerentur. Nec ulla futura ſit conventio hac conditione defecta.*

(b) *Tract. Reg. Chriſt. jus in Braban. fol. 47. num. 11. & fol 49. num. 12.*

Cùm qualitercumque concipiantur verba contractus, conditionalem renuntiationem non inducant, inſerviunt enim tantum demonſtrationi cauſæ impulſivæ renuntiationis hæreditatum paternarum, (17.) undè promiſſæ dotis pactum non conditionale, ſed modale dicendum, [18.] cùm renuntiatio fuerit genita pura, ordinaria, executa, juris attenta diſpoſitione, vim & virtutem recipiens ex ipſa dotis pollicitatione, & ſtipulationis actu, caſu quo conditionem accipere non potuit ex nativa qualitate, quâ mediante nuda dotis pollicitatio tantum intervenire debuit, non traditio, ſiquidem facienda ex vi ipſius pacti ſolutio fuerat die adjecto poſt matrimonium; & tunc ex dilatione, non ſolutione, aut traditione, nullitas non oritur jure, nec mente ſcriptorum [19.] attentis.

(17.) *L. Si mulier, C. de jure dot.*

(18.) *L. Mœvia, de manum. teſtam. l. Debitori C. de pact.* Latè Molin. *de Primog. lib. 2. c. 12. num. 5.*

(19.) *Dict. l. Si mulier, l. 2. C. de don. quæ ſub mod.* Bart. *l. Quibus diebus, §. Termilius, de cond. & demonſt.* Molin. *dict. cap. 12. à n. 4.* Sapientiſ. ac Excellentiſ. D. Chriſtophorus Creſpi Supremi Aragonici Senat. Magn. Vice-Cancellar. & in Majeſtatica Regiminis Aula Sexemvir. Obſer. *in deciſ. Valen. obſer. 25. à num. 24.*

Nec ex voce *dummodò* injecta pacto inducitur conditio reſolutiva contractus, quidquid dicant Galli: *Jam quis neſcit non aliam huic voci* dummodo, vel ea lege *vim ſubeſſe, quam pecunia ſtatutis temporibus non ſoluta, Sereniſſimam Infantem minimè contentam fore. An quicquam ad ſubſtantiam hujus pacti, vel contractus pertinet, quam vox illa conditionata, quam ſæpè nomino, ſi modò, quam illa demum pecuniæ repreſentatio? Palam eſt profectò id verbi ad futurum tempus referri, quod quidem eſt verè conditionis argumentum.* Cùm hæc dictio tunc tantum conditionalis habeatur, quando injungitur rei ante perfectionem actus, ſed ſi per ſe ſtat, ſtipulationeque pactum firmatur, modum, non conditionem inducit, ſecundùm Bartoli ſententiam, *c*, quam ſequuntur ſcribentes. Quis enim renunciationem à Regina Chriſtianiſſima executa dote conſtituta, puram, & juri conſonam non cernit, vimque habuiſſe ab ipſo ſtipulationis actu? Et quis inſurgere in eam poſſet ex voce *dummodò* à Gallo impoſita, nec in pacto adducta? Et etiamſi adeſſet, illo purè perfecto, per ſe ſufficere ad inducẽdam *conditionem reſolutivam*? Nemo ſanè nec ipſi Galli, qui hanc ſentẽtiam juſtam eſſe

(c) *L. Cum ab eo, de contrah. empt.* Bart. *l. Quibus diebus, §. Termilius, num. 4. de cond. & demonſtr.* Menoch. *conſ. 1004. num. 1.*

esse dignoscentes, nec conditionale fuisse pactum veritate juris attenta, nec ullam continere nullitatem, seu inefficaciam, deducere ambierunt illam ex alio futiliori (ut diximus) fundamento. Asserentes, pactum antenuptiale genitum sub commissoriæ legis natura, secundùm quam non soluta dote die adjecta, seu constituta, nullum, & inefficax redditum ipso jure.

(20.) *L. 1. & tot. de Leg. commissor.* Ossual. Conan. infr.

Quantum hæc objectio contraria sit juri, evincitur primò. Quod si illa verba: *Effectivæ, seu realis solutionis interventu*, conditionalia essent dicenda, & ex eo pactum conditionale, ex quo imperfectum usque ad implementum conditionis, alienum esset necessariò à pacto commissorio, (20.) cum id natura purum sit, transferens dominium ab origine, & principio, tantumque conditionem recipiente, quoad resolutionem, ac retro translationem dominii tempore dissolutionis. Secundò: Nam ad hoc, ut in pacto legi commissoriæ locus sit, necesse est, quod resolutio expressè concepta (21.) sit ob defectum implementi, taliter ut sufficientia non habeantur ad resolutionem verba obliqua, aut indirecta, ex odiosa, [22.] & pœnali natura, [23.] & qualitate constitutionis legis commissoriæ laudatæ, & receptæ ad similitudinem commissi, ob non solutum canonem, vel non executam professionem. [24.] Undè notarunt scriptores argumenta, & conjecturas insufficientes esse ad inducendam directè, aut indirectè nullitatem, aut resolutionem contractus, ex vi, & virtute illius constitutionis. [25.]

(21.) *D. l. 1. & toto tit. Leg. commiss. l. Æmilius Largianus de min.* Conan. *lib. 7. commen. c. 9. n. 4.* Seraphin. *de privileg. jur. privil. 131.* Ossuald. *lib. 7. comment. cap. 9. lit.* Fachin. *controv. lib. 10. c. 73.* Ant. Merend. *contr. lib. 1. cap. 3.*

(22.) *D. l. Æmilius L. fin. C. de pact.* Ant. Fab. *de error. Pragm. Dec. 21. error. 6. & in C. lib. 8. tit. 23. dif. 1.*

(23.) Latè Fontanell. *de pact. nupt. p. 2. claus. 4. glos. 13. p. 4. à num. 80.*

(24.) Gothofred. post Cujac. *ad tit. de Leg. commiss.* Covar. *lib. 3. var. cap. 2. n. 8.* Mant. *de tacit. lib. 4. tit. 29. à num. 2.*

Quæ omnia cùm recepta sint, ut legitima jure, & sententia Doctorum: Si pactum antenuptiale Reginæ intuemur, nulla in eo invenietur qualitas, nec conditio expressa, nec tacita resolutionem, ac inefficaciam illius inducens, nec producens, cum fuerit renuntiationis puræ exequendæ, & executæ secundùm juris, Imperatorum placita, [26.] & constitutiones, ad formamque illarum conceptæ, & exaratæ, ut ex ipsis instrumentorum verbis evincitur, relatis supra §. 1. à num. 62. & §. 5. à num. 11.

(25.) *L. 2. de Leg. comm. l. Addiem, de verb. oblig.* Negusan. *de pignor. 4. par. in init. num. 1.* Latè Mantic. *de tacit. tit. 29. lib. 4. à num. 2.*

Nec facit secunda objectio duobus innixa fundamentis. Primum inductum ex lapsu termini constituti ad so-

(26.) *L. fin. de suis, & legitim. hæred. l. Pactum dotali, C. de pact. l. Pactum, C. de collat. cap. Quamvis pactum, de pact. in 6.*

ſolutionem dotis, quam notant non executam intra illius metas. Ex quo voluere evanuiſſe renuntiationis, & pacti virtutem, interpellaſſeque (dicentes) pro homine diem ad conceptionem abſolutæ nullitatis impurgabilis oblatione, aut ſolutione poſteriori. Addito: (a) *Quod cum Rex Catholicus non perſoluta dote ſatis ceſſerit, res nondum perfecta in eum rediit locum, unde initium capere non poſſet.* Nam adductæ in hujus axiomatis comprobationem (*b*) Imperatorum ſanctiones conſtituunt, tenduntque in diverſa, ac diſtincta à caſu noſtro, natura, origine, ratione, forma, fine, & qualitate: Loquuntur enim in pacto donatorio, contracto inter virum, & uxorem, prohibito omni jure, quod validari nequit ulla ex ratione, aut cauſa, fine, aut qualitate; ſed diverſum in caſu noſtro, cum pactum renuntiatorium permiſſum ſit jure gentium, Civili, ac Canonico, abſque nullitatis nota, & à principio legitimum.

(a) *Dict. Tract. ſol. 53. num. 14.*

(b) *L. 1. C. de donat. antenupt. l. 4. C. eod.*

Secundum, ex Jurisconſultorum reſponſis, (27.) & Principum (28.) placitis, quibus Imperatores conſtituerunt reſolutionem pacti emphyteuci, illiuſque anihilationem: Nam etiam hæc ſententia locum tenet, caſu, quo in ipſo contractu in pœnam non impletæ ſolutionis Laudemii, ſtipulata ſit reſolutio. Quod laudatum fuit ab Imperatore ad tollendam diſcordiam Sabinianorum, & Proculeianorum, digladiantium, an per oblationem, ſeu ſolutionem canonis purgationi moræ locus eſſet in his contractibus, de quibus verſabatur diſſenſio. In cæteris verò pactis, ac renuntiationibus etiam conceptis intra legis commiſſoriæ naturam, (29.) nulli dubium ſolutione etiam ab hærede executa moram purgari, præcipuè minore, (30.) ex Imperatoria deciſione, relata à Paulo Juriſconſulto: Nec ob diem elapſum nullitatem oriri dicendum, dum non agitur de quærendo, ſed de conſervando jure quæſito, minori præſertim, intra cujus naturam invenitur Rex noſter Carolus, de cujus utilitate agitur.

(27.) *D. l. Ad diem, de verb. obligation.*

(28.) *L. Magnam, C. de contrah. Stipul. l. 2. C. de jur. Emphyteu.*

(29.) *D. l. Æmilius, de minor. l. Commiſſoriæ, C. de pact.* Covar. *lib. 3. var. cap. 2. num. 8.* Latè Pichard. *tract. de Mora, dict. n. 98.*

(30.) *Ex gloſ. l. Iulianus §. Offerri, de actionib. empt.* Neguſan. *de pignorib. 2. par. 3. memb. p. 5. n. 5.* Ponte *conſ. 29. num. 16.* Honuf. Donad. *de renunt. cap. 19. num. 27.*

Ex dictis credimus, nec negaturos Gallos, Regem noſtrum ad validitatem, & legitimitatem pacti, & renuntiationis, ex ſe naturalem charitatem adimpleſſe dotis promiſſione, civileque præceptum per aſſignationem

nem legitimæ quantitatis. Ex quo etiam fatemur, competere Regi Christianissimo actionem ad petitionem, & exactionem quantitatis promissæ dotis. Sed id admissa, ac consueta inter Principes decenti via.

Nonne hæc erit ob suspensam solutionem (& quod magis est, etiamsi nulla foret, ipso jure renuntiatio Regia) ad dotis, & hæreditatis exactionem, classicum canere, spicula vibrare, indictâ causâ, in imparatos antiquo, dilectissimoque Regi suo fidelissimos vassallos, quos non tangit ea vitilitigatio? Addo in Regem puerum sub fœminea tutela, in fratrem, tantoque cognationis vinculo Gordiano nodo adstrictiori innodatum? Nec privatis licet sibi jus dicere, nec Regibus. Prius enim edenda causa jure duce; Duces armorum tantum advocandi in contumaces. Judiciorum formam præscripsit jus, & consuetudo, etiam inter Maximos Reges, qui ab ea exorbitant, prædas agunt, violentia ambitionis tanguntur.

Haud ignotum fuit gentibus ratione ductis, proprii, aut sibi debiti exactionem necessariam esse, injustumque, ut creditores suis privarentur bonis reverentiæ Majestaticæ causa, ex qua convenire debitores, vel non decebat, vel nec facilis erat aditus; vel quia imperantium bona in manus facilè devenire non poterant, (31.) servatis juris Civilis communibus formulis, simulque durum proprio arbitrio, ac manu credere, ut sibi quisque jus ageret, in cujus damni medelam summo arcano inducta fuit forma, ut his omnibus obviam iretur. Eam ratione naturali ducti homines induxerunt, ac ut Principes creditores Principibus debitoribus sua jura publica manifestatione, vel clarigatione patefacerent, (32.) si purè debitum, si ad diem propositione, ac demonstratione transcursi diei. Qua solemnitate morosò constituto debitore, jus, fasque esset, sibi occurrere, etiam per media ab ipso jure gentium laudata.

Hoc jus servatum per Principes, præcipuè eos, quorum cura, ut decet, tendit ad justitiæ normam, officiique suprema munia exercenda, ut aliis omissis, evincitur Romanorum exemplo, relato à Livio: (33.) Erat debitor Romanis certæ summæ ad diem Antiochus Ma-

(31.) Hug. Grot. *de jur. belli lib. 3. cap. 2. nu 2. Expressit autem hoc quædam necessitas, quod alioqui magna daretur iniuriis faciendis licentia cum bona Imperantium, sæpè non tam facilè possint in manus venire.*

(32.) Liv. *lib 4. Fœciales prius mittendos ad res petendas.* Alex. ab Alex. *dier. gen. lib. 5. c. 3.* Joan. Baltrin. *de re milit. lib. 1. c. 9.* Matth. Ferrar. annot. ad Gui. Pap. *quæst. 32.* Grot. *d. lib. 3. cap. 3. n. 6. Interpellatio requiritur qua constet alio modo fieri nequit, ut nostrum, aut nobis debitum consequantur.*

(33.) Liv. *lib. 42.*

cedoniæ Rex, quam adjecto die non ſoluit, & quamvis dies interpellaverat pro Senatu, non vi, non armis creditum capere tentavit Roma; ſed miſſa publica legatione illud expoſuit, tranſcurſumque termini. Antiochus verò gnarus juris publici, & Majeſtatici, miſit Romam Apollonium, qui in Senatum introductus, multis, juſtiſque cauſis Regem excuſavit, quod ſtipendium ſerius, quàm ad diem præſtaret. (34.)

(34.) Liv. *Et ab Antiocho Rege ſub idem tempus legati venerunt, quorum Princeps Apollonius, in Senatum introductus, multis juſtiſque cauſis Regem excuſavit, quod ſtipendium ſerius quo ad diem præſtaret.*

Ex ipſo jure, ipſaque ſervata ſolemnitate Majeſtati debita, actum invenimus à Ludovico Flandriæ Comite, ſponſo Margaretæ filiæ Ducis Brabantiæ Joannis III. Promiſit pater in dotem Ludovico decem millia librarum annuæ penſionis, quæ ſolutæ fuerant, vitam agente patre; mortuo verò ſucceſſit Joanna ſoror Margaretæ, quæ nupta Wenceslao, diſtulit ſolutionem. (35.) Ad quam petendam miſit Legatos Ludovicus, poſtulans promiſſa, vel illius loco aliquam Brabantiæ partem uxori ſuæ adſignandam: (36.) *Legatis verò benignè habitis, reſponſum datum, ut Comes Mechliniam conveniret, ubi cum Duce controverſiam componeret.*

(35.) Meyer. *Annal. Flandr. lib.* 13. adduct. *tractat.* 2. §. 2. *num.* 64.

(36.) Diveus *rer. Brab. lib.* 15. *Miſſis legatis partem aliquam Brabantiæ doti uxori ſuæ adſcribi poſtulavit. Legatis benignè habitis, reſponſum datum, ut Comes Mechliniam conveniret, ubi cum Duce controverſiam componeret*, Har. & Suer. *adducti, dict.* §. 2. *n.* 64.

Hæc enim & debet eſſe, & fuit publici, & juris gentium formula conſtituta Regibus ad ſuas actiones, & jura exercenda, id neceſſarium ad Majeſtatis decus, authoritatem, & correlationem, id decet ipſum ſupremitatis honorem, id clamitant jura, ne diſſolvatur juſtitiæ nodus, quem rumpere nec Principi licitum, aut permiſſum.

Nec ignotum id Gallis; ut verò hanc gentium juris formulam ſervatam decantent, referunt (*a*) in præludio tractatus: *Paucis poſt diebus quàm fœlicis memoriæ Anna Auſtriaca Regis Chriſtianiſſimi Mater Philippo IV. Regi Catholico juſta perſolverat, & Reginæ Hiſpaniarum, quæ tribui ſolent iis temporibus officia præſtiterat, Marchionem de la Fuente Hiſpaniæ Legatum acciri juſſit; eique quanto ſtudio arderet ſanciti inter utramque Coronam fœderis in perpetuum ſtabiliendi, & firmandæ pacis, expoſuit; tum demum ſe felicem fore, vel in gravi extremoque, quo laborabat morbo, teſtata, ſi qui ex tranſverſo caſus incurrere, aut pacem turbare poſſunt, obices amotos cerneret. Nihil porrò infeſtius paci inter Reges conſtitutæ, nihil perniciosius poſſe contingere, quam ſi aliquot Bel-*

(*a*) *Tract. Reg. Chriſtian. Jus in Brab. init. prælud.*

gii

gii Principatus ad Reginam Galliarum patriis legibus, & ſanguinis jure delatos cedere recuſaret Hiſpania.

Sed ſi, ut decet, expendatur hæc Reginæ Chriſtianiſſimæ propoſitio, facta Fontanio Marchioni Legato Regis noſtri: nec publicè, nec ſecundum fæciale [37.] jus executa fatendum; ſed aulicè, ut quædam alia, quæ privatim inter converſandum admiſcentur, de qua re proſtant plura politica juridica ſcripta noviſſimè in hanc materiam edita. (*a*) Quin etiam, ſi pro publico actu diſcuti poſſet, non fuit directa in ordinem ad ſolutionem debiti dotalis, ſed ut Regi Chriſtianiſſimo ratio redderetur, *cur aliquot Belgii Principatus ad Reginam Galliarum patriis legibus, & ſanguinis jure delatos cedere recuſaret Hiſpania.*

(37.) De quo adducti, *num.* 2.

(*a*) *Eſcudo de Eſtado, y Juſticia, Verdad veng.*

Quod quantum abſit à privata dotis petitione in comperto eſt. Sed etſi ad id direxiſſe mentem Reginam Matrem velint; nec id ſufficiens ad moram inducendam, cùm quamplura jura exceptioneſque nativo jure competerent ad ſuſpenſionem ſolutionis dotis promiſſæ, ut ſumma illuſtratione veræ doctrinæ ex Juriſprudentiæ penetralibus depromptæ, notavit Hiſpana Reſponſio ad tractatus Gallicanos, ad quam ſuſpenſo noſtro turpi calamo, remittimus hujus quæſtionis enodationem, in lectorum gratiam, & utilitatem.

Sed intra noſtræ ſententiæ cancellos, quærimus: Nonnè, etſi ex vi pacti antenuptialis dies interpellaret, obque ſuſpenſionem ſolutionis moroſus dicendus eſſet Rex noſter, exque reſponſione præſtita, ſi vera eſſet Reginæ Chriſtianiſſimæ à Fontanio Marchione Legato Veſtræ Majeſtatis nomine: *Non ſatis æqua ſibi videri quæ poſtularet: quæque Rex Chriſtianiſſimus jura prætexeret, nulla vel probabili ratione niti, nec ſibi fas eſſe de his rebus paciſci, aut ullo modo decidere, cum Regis Catholici teſtamento cujuſque Principatus, ſibi interdicta ſit alienatio, aut ne unum Belgii vicum, aut villam liceat diſtrahere.* Jus erit, fas, licitumque Regi Chriſtianiſſimo ob non ſolutam, ſeu dilatam, immò & denegatam, ſi velint, quantitatis dotalis traditionem; ſtatim nudare arma, & aperta vi agere in Regis noſtri Dominia, & Ditiones? Non enim, quidquid jactent Galli, ultima eſt ratio Regis juſti gladius, præcipuè dum

de privata actione, vel de pecuniaria ſumma agitur, non de Majeſtate. Ad recuperationem proprii, vel debiti, litteris, legationibus, non potentiâ utendum, quamvis denegata abſolutè ſolutione: immò etiam eo caſu utendum tantummodò jure, more gentium, uſu Græco, Romano, Gallicanoque (38.) laudato, nempè occupatione rerum debitoris Principis uſque ad quantitatem conſtituentem debiti ſummam, per *Androlepſiam*, *clarigationem*, *repreſaliam*, *oppignorationemve*. [39.]

(38.) Renat. Chop. *Doman. Franc. lib. 3. tit. 25. n. 5. Jure prius ter petito, ac denegato.*

(39.) *Cap Dominus 23. q. 2. Authent. de mandat. Princip. § Sit tibi*, Bart. *tract. de repreſal. q. 2.* Martin. Lauo. *eod tract. n. 2.* Jacob. à Canibus, *eod. in rubr. n. 2. & 8.* Ayal. *de jur. bell. lib. 1. cap. 4.* Hug. Grot. *de jur. bell. lib. 3. cap 2. & 3.* Molin. *de juſt. & jur. tract. 2. diſ. 121.* Joan. Coppen. *obſer. lib. 2. obſerv 4. n. 5.* Renat. Chopin. *Doman. Franc. lib. 3. tit. 25.* Maximil. Fauſt. *conſ. pro erar. claſ. 4. conſ. 376.* Guid. Pap. *deciſ. 32. & 33. ubi latè* Addit.

Nec enim perlecto ſæculorum curriculo, inveniemus alio jure uſos fuiſſe Principes, nec tantum eos, qui juſtitiæ titulo, & facta, & dicta ornarunt, ſed & tyrannos. Ariſtodemus (verè tyrannus) nefas hoc jus violare credidit; & quamvis Romanorum creditor ob bona Tarquiniorum à Senatu retenta, ſibi hæreditario jure tranſlata, clarigatione uſus fuit, navibus Romanis retentis, quas miſerat Senatus Cumas, frumentum coëmptum reportare. [40.]

(40.) Liv. *lib. 2. Frumentum Cumis cùm coëmptum eſſet, naves pro bonis Tarquiniorum ab Ariſtodemo Tyranno, qui hæres erat, retentæ ſunt.*

Quis ad hujus lucis radium, quo illuminantur Reges ad agendum Majeſtaticè, aſſerere auſus violationem juris gentium legitimam, perque tramites juſtitiæ, & ad illius dictamen evaginatam? Quis debitam dotem propria manu petentis capi poſſe defendere, aut aſſerere, Regemque Chriſtianiſſimum immunem nota, qua inuruntur Adminiſtri ſuadentes quondam Regi Galliarum Franciſco, fœdus initum cum Carolo V. Imperatore injuſtum fuiſſe, inexequibile, & inobſervandum? (41.)

(41.) Fr. Prudenc. de Sand. *Hiſtor. de Carlos V. lib. 15. en la reſpueſta à la Apologia Franceſa, fol. mihi 463. Que lo miraron mal, y que mas fueron aduladores, que Conſejeros.*

Omnia enim tàm lato calamo à nobis diſcuſſa, omiſſione digna fuiſſe crederemus, ſi qua V. M. propoſita narrantur, media perſona Marchionis Fontis Legati Regii, de juribus competentibus Reginæ Chriſtianiſſimæ per obitum Patris nativa puritate, & ſolemnitate neceſſaria Majeſtati, ut decens eſt, invenirentur. Cùm verò à Gallicis ſcriptoribus ſiniſtra fide velificata ſint, ſubque juſtitiæ placida amœnitate, in aliud tendat ſcribentium mens, quam verba reſonant; neceſſe creditum laxare calamum in veritatis examen, utque ſciant cuncti, pactum antenuptiale exaratum, cap. 4. Tractatus, in quo Regina Chriſtianiſſima in Patris favorem, legiti-

mas

mas paternas, & hæreditates renuntiavit, juſtum, efficax, utile, & validum omni jure fuiſſe, Regemque noſtrum, quidquid in filiam, & pro ea geſſit, charitate naturali motum, & paternali amore ductum geſſiſſe.

Et quamquam credamus præfata ſufficere in repulſam objectionum impoſitarum renuntiationi, cum contra pactum antenuptiale actum ſit indiſtinctè, ſubque involucro verborum, & jurium, inextenſibilium abſolutè ad jura, de quibus ob publicam utilitatem fœderali virtute, & authoritate actum cap. 5. Efformato ad providendum Regnorum, & ſubditorum bono, jurique Monarchiæ Hiſpanorum, quatenus directè agebatur de conſervatione nativæ Majeſtatis, & honoris, excluſa contingenti cauſa unionis, in ejus nominis, & Majeſtatis præjudicium, in quòd ſemper collimatum eſt, & cautum repetito fœdere, Gallorum verò, ex utilitate conſecutæ optatæ pacis, Dominiorumque ex illa adauctorum Imperio Gallicano, omnia prorſus diſcriminabimus, ſeorſimque expendemus, quamvis ſub uno involucro confundat ſcriptor Gallicus, & ſub tenebris tutus in lectores, etiam eas offundat, hinc, & indè ingeminando nullitatem renuntiationis. Nos, qui lucem amamus, diſtinctè procedemus, ſeorſimque omnia capita hydræ in renuntiationem virulentæ diſtinctis ictibus ſecabimus.

§. IV.

RENUNTIATIO REGINÆ CHRISTIANIſſIMÆ, de juribus, ac ſucceſſionibus ſpe competentibus ad Regna, Status, Dominiaque Hiſpanicæ Coronæ legitima, & juſta, nullaque ex cauſa, aut principio injuſta habenda, nec dicenda.

HAud ignotum Gallis à renuntiatione antenuptiali Reginæ Chriſtianiſſimæ fœderali pacto promiſſa, inſeparabilem eſſe utilitatem publicam; (1.) ex quo, cum vi juris fœcialis veneranda ſit inter gentes, & habenda ſacra, ſanctaque, conſpirarunt firmo aſſenſu, ut illam alienam à pacis Tractatu pingerent, aſſer-

(1.) Calcan. *conſ.* 52. Menoch. *conſ.* 103. *n.* 44.

tamque pro quota pacta, in dotemque promissa, scilicet subrogata loco pretii summa quingentorum millium scutorum à Rege Patre promissa: (2.) Nec eo fine, dicentes inductam, ut ea mediante pax, & justitia se oscularentur inter Catholicum, & Christianissimum Reges, sed in commutationem dotis.

Verè, si jure, & placito Doctorum attento, inter privatos ageremus, nulli dubium, renuntiationem antenuptialem à filia executam in patris, & familiæ favorem, etsi ratione dotis quantitas, summavè promissa esset, non ratione illius factam fuisse, sed potius processisse à filia (3.) agnationis, ac familiæ causâ, & honore.

Sed cùm contentio sit inter Principes, renuntiatioque de juribus, ac successionibus Majestaticis, quorum commercia prohibita, ni boni publici causa, turpe omni jure tenendum asserere pro pecuniaria summa, eâque causâ, & fine conventum de Regno, ac Domanio publico, cum dùm de his agitur, semper, & ubique prima causa efficiens, aliis rejectis, habenda sit commune bonum ad virtutem pacti.

In fœderibus enim Principum, si suprema jura recolimus, invenitur, quod etsi Regia Majestas sit caput omnium rerum publicarum, ob idque pulcherrimum, [4.] excellentissimumque præ omnibus bonum, non verò hęc bonitas summa competit Regi ex se ipso, ut homo est, sed quatenus, suprema potestas à populo [5.] in illum translata, & ad communem utilitatem constituta. [6.] Hinc Majestas venerata in Principe, tùm ob curam, & solicitudinem in subditorum utilitatem impensam; tùm ut justitia inter eos constans, & perpetua geratur, ejusque virtute [7.] quietè, pacatèque [8.] vivant, tueaturque Rex, ac foveat

(2.) Manif. *fol.* 16. *supradict.* §. 1. *n.* 57. Observ. *seu respons. ad tract. adverss. Regin. Christian. jus in Brab. tractat.* 2. *fol.* 101. qui *fol.* 102. *Verum enim verò, cum sic distinguit, ac ratiocinatur, nonne advertit sibi ipsi magis præbuisse jus dicere; siquidem renuntiatio, de qua nunc agi potest (si qua tamen unquam fuit) cadere nequit in primam illam speciem renuntiationis, quam publicam appellat; sed tantummodo in illam, quæ ab ipso particularis dicitur. Et quæ ex ejus principiis conditione non impleta caduca fit.*

(3.) Petr. Stockmans, *tract. de jur. devol. cap.* 20. *per tot.* Ever. Jun. *cons.* 11. *n.* 8. *vol.* 2. Besold. *cons.* 133. *num.* 22. Philip. Knipschilt *de fideicom. famil. cap.* 7. *n.* 61. Bart. Kellemb. *de renunt. illust. fæmin. q.* 39. *n.* 19. *Nam in casu extantium masculorum, licet instrumentum renuntiationis, expressè hanc ob solam dotem interpositam testetur: non tamen propterea solius dotis nomine, sed potius agnationis favore, id à filia processisse dicendum est.*

(4.) Ex Liv. *lib.* 2. Osor. *de Reg. instit. lib.* 4. Joan. Corras. *l. ex hoc jure, n.* 4. *de just. & jur. Regnum esse rem inter Deos, & homines pulcherrimam*, Conan. *lib.* 1. *comm. c.* 8. *n.* 8. Petr. Greg. *de Republ. lib.* 6. *cap.* 8. Joan. Lymn. *de jur. publ. in addit. ad lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 43. Renat. Chop. *Doman. Franc. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 6. *&* 7. Lorin. *Act. Apostolor. cap.* 25. *vers.* 3. Besold. *dissert. de jur. Majest. cap.* 2. *num.* 3.

(5.) §. *Sed quod Principi, Instit. de jur. natur.* ubi Scrib. Navar. *cap. Novit, de judic. notab.* 1. *n.* 49. Suar. *ad Reg. Angl. lib.* 3. *cap.* 2. latè Theod. Reinsing. *de Regim. sæcul. lib.* 1. *class.* 2. *cap.* 2. *à. n.* 55.

(6.) Mench. *contr. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 10. *& c.* 5. *n.* 3. Renat. Chop. *Doman. Franc. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 1. Bodin. *de Republ. lib.* 1. *cap.* 9. Joach. Cluten. *Syllog. rer. quot. thes.* 17. *lit. D.* (7.) Arist. *lib.* 7. *Phys. cap.* 14.

(8.) *Extravag. de Pac. Constan.* Olor. *de Reg. Instit. lib.* 4. Brav. *lib.* 1. *de Reg. & Reg. rat.* Marian. *de Reg. instit. lib.* 1. *cap.* 2. *&* 3. Bellar. *de offic. Princ. lib.* 1. *cap.* 9. *&* 10. Joan. Corras. *d. l. Ex hoc jure, n.* 4. Petr. Greg. *lib.* 5. *de Republ. cap.* 5. *n.* 2. *& lib.* 11. *cap.* 13. Besold. *dissert. de jure Majest. d. cap.* 2. Bodin. *lib.* 2. *cap.* 3. Adam Contz. *Politic. lib.* 1. *cap.* 23. §. 4. Mattrill. *de Magistr. lib.* 3. *cap.* 1. *per tot.* Arn. Clamp. *de arc. Rer. publ. lib.* 3. *cap.* 25. Joach. Cluten. *d. Syllog. lit. A. & B.*

foveat Regnum incolume, & illo honore integrum, quo natum, levatum, (9.) & coalitum, nulla permiſſa exiſtimationis, & honeſtatis labe, nullovè detrimento, ut edocemur à Rege Francorum Franciſco metuente, ne Caroli V. gloria, & prælatione dehoneſtaretur Gallorum opinio. (10.)

Quarè fatendum, quod etſi ſupremis credidêre gentes officium regendi, titulum Regium, (11.) Majeſtatica Regalium jura, & ſupremam legum ferendarum authoritatem (12.) neceſſariam ad publicum regimen, belli, & pacis moderamen, (13.) poteſtatemque feriendi pacta, quæcumque ad bonum publicum conducant, etiam divenditis, aut aliâ ratione alienatis Domaniis, ceſſis, aut renuntiatis; id quidem pro bono pacis, [14.] in cujus adeptionem armorum conatus militant. Semper tamen creditur cauſam publicam interveniſſe ad celebrationem, illamque primam habitam; cùm præcipuus ſit fœderum ſcopus, ſummaque rerum in his verſetur. Ideò omnia in id propoſitum pacta firma habenda, cæteris rebus, juribus, intereſſe publico, ac privato, calcatis, ac poſtpoſitis. [15.]

Hâc diſtinctione perpensâ, Gallos ſcriptores debuiſſe credimus accingi Reginæ Chriſtianiſſimæ renuntiationi, non primariò pensâ ſummâ in dotem promiſsâ à Patre paternâ charitate, & naturali pietate ducente, ſed altius diſquirentes finem pacti, illius introſpecta qualitate, an publici, ac communis boni causâ actum inter Reges contrahentes, providenteſque Reipublicæ; an ut homines privati in re privata. Sed cùm diversè tentent ſcribentium animi, & verba, aliudque mente recondant, aliud ſcripto proferant, dumque juſtitiam vindicare decantant, illo honoris titulo, ambitionis, & ava-

(9) *Ex l. 1. §. Noviſſimè, de orig. jur.* Joach. Cluten. *Syllog. rer. quotid. theſ. 17. lit. A.* Guerrer. *ſpecul. Dignit. cap. 4. n. 5.*

(10.) Arnold. Ferron. *rer. Gallic. lib. 5. Viri ampliſſimi ne Regis hîc tantummodò nomen, aut Francorum opinionem tentari exiſtimetis, ſed rem etiam noſtram agi arbitramini, exiſtimationem hîc veſtræ æquitatis, honeſtatis, utilitatis judicium fieri,* Theod. Hoeping. *de jur. inſign. cap. 22. num. 209.*

(11.) Saluſt. *de bell. Catil.* Inſt. *lib. 1.* Corraſ. *l. 2. num. 15. de Orig. jur.* Jul. Ferret. *de re milit. tit. de juſt. & injuſt. bell.* Lymn. *de jur. public. lib. 2. cap. 1. num. 41. & 42.* Diximus Comment. *ad ll. Recopil. l. 16. tit. 1. lib. 4. gloſ. 4. n. 7.* Petr. Gregor. *de Republ. lib. 5. cap. 1. numer. 39.*

(12.) *L. 1. de Conſt. Princip. l. ultim. C. de leg.* Conr. *templ. judic. lib. 1. cap. 1. §. 4.* Mart. *de jur. part. 1. cap. 37.* Beſol. *diſſert de jur. Majeſt. cap. 2.* Schomb. *Polit. lib. 5. cap. 11.* Theodor. Reinf. *d. claſ. 2.*

cap. 2. num. 55. Joan Harpr. *Inſtit. §. Sed quod Principi, n. 7. de jur. nat.* Clat. *theſ. 21. tit. A.* Henric. Brun. *de var. uniu. ſpec. Theſ. 5.*

(13.) Diximus latè, *tract. de Contraven. cap. 1. n. 22.* Anaſt. Germon. *tract. de legat. lib. 2. cap. 2. n. 6.* Theod. Reinfing. *de regim. ſæcul. lib. 1. claſ. 2. cap. 2. n. 15. & 128.* Arnold. Clamp. *de Arcan. Rerpubl. lib. 4. cap. 1.* Henric. Bruning. *d. theſ. 5. lit. E.* Ant. Coler. *de jur. Imper. ſect. 1. theſ. 28.* Thom. Sancii *diſc. de leg. Reg. theſ. 103.*

(14.) D. Aug. *lib. 19. de Civit. Dei, cap. 12. Paces igitur intentione geruntur, & bella.* Adam Contz. *Polit. lib. 10. cap. 12.* Bodin. *de Republ. lib. 5. cap. 5.* Jul. Ferret. *de re milit. tract. de Feriis, num. 1.* Pet. Greg. *lib. 11. de Repub. cap. 13. à num. 1.* Georg. Scomb. *Pol. lib. 5. cap. 1.* Beſold. *de jur. Pac. cap. 2. num. 3. infr. §. 5. n. 1.*

(15.) Arnold. Clamp. *de Arcan. rer. publ. lib. 4. cap. 1.* Petr. Greg. *de Republ. lib. 12. cap. 13.*

avaritiæ dumtaxat feruntur, laudantes novâ hac doctrinâ antiqua Philippi Macedonis arcana: Nutritus Macedo (16.) Thæbis Magiſtrum meruit Philoſophum non aliud edocentem, ni arcanum illud, quod dominandi causâ licitum, violare jura, utque animum erigeret, & actiones publicas, ac privatas collimaret ad ſummum. His præceptis, mortuo Amynta Patre, fratreque Epaminonda, imminentibus cladibus, cautè ſe geſſit, Athenienſibus ſpontè ceſſa Amphiboli, nè illius occaſione turbaretur Macedoniæ Regnum: Pacemque donis, & pollicitationibus firmavit cum Pannoniis; aliaque munimina ſub amicitiæ titulo contraxit, ut ſui animi firmaret intentum; in cujus executionem, & præceptorum Magiſtri, audito Aginum Pœonum Regem obiiſſe, cujus amicus fuerat, oblata occaſione invadendi, ductis in Pæonos copiis, facta dimicatione in Macedonum poteſtatem ſuperatos eos redegit. Eadem veſtigia ſequutus Clodoveus, violatis juſtitiæ, & ſanguinis vinculis, armata manu Alarici Regis Gothorum invaſit Dominia, non ulciſcendi, ſed dominandi cauſa.

(16.) Diodor. Sicul. *Biblioth. lib.* 16.

Nec defuerant Philippo Magiſtri laudantes armorum uſum, ac poteſtatis, etſi in executionem injuſtam; ex quo nec mirum non deſint adſentientes Regi Chriſtianiſſimo tutantes jura, quorum tutela excutit arma: ſed cum Panegyrici juſtitiam illorum declamantes ſub fœdifraga facti ſtructura, ſubque incertis juris principiis exarentur, neceſſe credimus in illorum directionem agere, ut examinata veritate radius nativi, non fucati ſplendoris mentes legentium illuſtret.

Aſſerunt ergo firmiter Gallicani Scriptores, vera eſſe, quæ prænotant circa nullitatem renuntiationum filiarum in Parentum favorem. Ex quo deducunt, quòd cùm iniquum habeatur earum virtute tollere filiis privata jura naturæ, & ſanguinis competentia; iniquius ſupremorum: (17.) *Quos Dei muneribus præ cæteris inſtructos, & ornatos cernimus.* Ex quo decantant, nec potuiſſe, nec debuiſſe renuntiatione media Reginam Chriſtianiſſimam illis exui, abſque charitatis paternalis turbatione, jurium, legum violatione, morumque ever-

(17.) *Tractat. Regin. Chriſtian. fol.* 80; *n.* 4.

eversione: *Et certè,* (a) *quò Principum filiæ cæteris natalium fulgore magis eminent, atque earum jura sunt majora, & splendidiora, hoc magis legibus caveri debet, ne quid illæ detrimenti patiantur. Quamobrem nullus hic fuerit exceptioni locus, neque à jure communi recedendum, quod infirmitati cùm sexûs, tùm ætatis prospexit; & prudenter cavit, ne iis, quæ nec se, nec sua tueri possunt, inconsulta temeritate patrimonia profundere liceat, aut distrahere. Non enim, inquit, hoc volunt leges, sed ut sit incolumis civium conjunctio; quid est cur Reges, & Principes eadem juris societate non teneantur? Quæ ratio patitur, ut ab his quemadmodum à tenuioribus non omnis prohibeatur injuria? Quî potest ergo tam iniqua stare conventio? Quis pactum illud defendat, quo tutor pupillam omnibus fortunis evertit? Pater indotatam collocat Filiam; materna ei jura detrahit, quò in liberos ex secundo matrimonio natos ea conferat; spe omnis successionis in avita Regna; cùm illam, tùm futuros ex ea nepotes dejicit; sceptrum ad alienos, si fortè Regiæ stirpis liberi defecerint, præter jura sanguinis, & patrios mores transfert; Natam suam, quæ nihil commeruit, exhæredat; & quod caput est, cum illa sic paciscitur, ut jura etiam incognita repudiare, iisque nec dotata, nec libera cogat omninò renuntiare. Hanc abdicationem si quis justam esse contendit, nè is quid jus, quid æquum sit ignorat? Quid autem cum eo agas, qui fidei, justitiæ, legum, æquitatis, juris denique publici probat interitum?*

(a) Et fol. 64. num. 3.

Sed etsi objectionibus his satisfacere necessarium, prius demonstrare decrevimus, *quid sit jus, quid æquum,* intra illum naturæ gynecæum, ex quo *jus,* & *æquitas,* necessaria ad validitatem renuntiationis statuendam. Ut inde etsi non doceamus gnarum virum, sed dissimulantem, tamen repellantur illæ turpes in jure assertiones, quibus contendit Reginæ suæ inviolabile jus præscribere, inductæ his verbis: [b] *Non potuit sanè filia ætate minor jure suo cedere, Regias successiones, & Principatus abdicare, idque in gratiam patris, & qui tutor erat;* fulcitæ sequentibus: *Neque à civili jure aberrant Hispaniæ leges, quibus tutoris bona pupillorum vendere, & in pecuniam vertere prohibentur.* Quibus nugis lato calamo invehitur in Regem Patrem, quasi in damnum filiæ, ut suspectum tutorem se gesserit, sic inferens: *Quis pactum illud defendat, quo tutor pupillam omnibus fortunis evertit.*

(b) Dict. Tract. fol. 64. n. 2. & 4. fol. 66. n. 4.

Ius

Jus equidem, non ſecundum Galli mentem, & verba ſumendum, nec *æquitas*, ſed quatenus inventum ad conſtruendam juſtitiam, humanamque fœlicitatem, (*a*) attentis ſuis poſitionibus. In *publicum* enim diſtinguitur, & *privatum*. Et exindè *æquitas*, vel *publica* habetur, vel *privata*. Illud certis ſub regulis præſcribitur; hæc verò theſibus, ac ſcriptis nullibi comprehenſa, ſed metienda pro emergentibus rerum circunſtantiis. (*b*)

(*a*) Æguinar. Baron. *de juſt. & jur.*

(*b*) *L. de acceptionibus, de diverſ. & temporal. præſcription.* Joan. Corrat. *l. jus civile, n. 6. de juſt. & jur. Rubr. n. 14. de legib.*

Ex hoc principio, ad agendum de cognitione juris, & æquitatis, injuſtumque, vel iniquum dicendum quidquid executum à Principe, penſandum erit ad laudem, vel damnationem actionum, an ſint ſub poſitione publici, vel privati juris. Si enim tendunt ad juſtitiam exercendam, idque exequatur, quod utile ad res publicas, ſtatum Imperii, Reipublicæ, Majeſtatis, vel ſubditorum utilitatem, utque Status, Regnum, Civitas verſetur incolumis, ſecundum jus eſſe, æquumque fatendum, quidquid actum, executum, etiamſi privatorum commoditates ſubvertantur, filiorumque, & ſanguinis charitas turbari videatur. Edoceamur à Gallicano Magiſtro: (*c*) *Nerva Coccejus Traianum Principem fecit, eumque poſteà Cæſarem in Senatum deſignavit: neque verò conjunctionem ſanguinis, cum propinqui non deeſſent, antepoſuit publicæ utilitati, neque detimuit, quod Traianus Hiſpanus erat, quodque ante eum nemo alterius nationis Imperium Romanum obtinuerat, conſtabat enim ut vir erat bonus, atque juſtitiæ amantiſſimus, virtutem cujuſque, non patriam ponderari in ejuſmodi rebus opportere.*

(*c*) Petr. Gregor. *lib. 7. cap. 15. n. 7.*

Cum ergo Catholicus noſter Rex in pacto antenuptiali filiæ, non ex jure privato attento ſe geſſerit ad contrahendum, ſed publica utilitate ſubditorum proſpecta, adque ſervandum incolumen honorem Regni: Non jus ponderandum eſt privatum filiæ in pacto, ſed an ſervata juſtitiæ virtute executum in honorem, bonumque Majeſtatis, & ſubditorum.

Ex hinc laudatum eſt dogma, quod in omni contractu Principum viget jus, & æquitas, cum credatur exe-

executum attenta (20.) ſalute publica, qua trutinanda eſt juſtitia, attentis etiam regulis juris Gentium, (18.) non Civilis. (19.)

Quarè credimus notandam, ut turpem, non Gentium jure tantum, ſed & Civili, illam Galli Scriptoris communis proclamationem, qua pactum antenuptiale iniquum decantat, ex quo tutor pupillam omnibus fortunis denudaret. (21.)

Cui enim etiam inter tyrocinia juris verſanti abſconditum, Lætoriæ legis (22.) conſtitutionem, Attiliæ, & Juliæ ſuffragio laudatam. (23.) Etſi à principiis deductam juris naturalis, (24.) quatenus directam in tutelam minorum, vim non habuiſſe in filiis ſub paterna conſtitutis poteſtate, apertamque tantum fuiſſe authoritatem, ac conceſſam tutoris dandi ab ea, liberatis emancipatione legitima, [25.] aut ſic agente patre, conſtitutoque tali in conditione, ut neceſſe ſit curam filiorum ſaniori, ac utiliori committere arbitrio. [26.] His enim duobus excluſis qualitatibus, nec pater tutor filii habitus, nec ſub tutoris, ac curatoris voce, ac poteſtate admiſſa paterna charitas; nec pacta, ac venditiones damnatæ legibus inter tutores, & pupillos iniquæ cenſentur inter patrem, & filium, dum in ordine ad matrimonium antenuptialiter contrahantur, ſervata juris, legumque forma, ſed legitimæ, æquitatique, ac juſtitiæ conſonæ habitæ.

Et cum ex hoc principio ruant omnia juris communis axiomata, quibus ſuam mentem tutantur Galli

(18.) Hugo Grot. *de jur. bell. lib. 2. cap. 11. n. 3.* Menchac. *illuſt. lib. 1. cap. 3. nu. 5.* Martin. Mager. *advocat. armat. cap. 9. n. 111.*

(19.) *L. Donationes quas, C. de Donationib. inter vir. & uxor. l. Cum multa, C. de bon. quæ liber.*

(20.) *Salus populi ſuprema lex,* Plin. *in Panegyr.* Andr. Gayl. *lib. 1. obſer. 14. n. 6. & lib. 2. obſer. 88. n. 2.* Jaſ. *conſ. 1. infin. lib. 2.* Hering. *de fide juſſor. cap. 7. nu. 110.* Arnol. Clamp. *de Arcan. rer. publ. lib. 5. cap. 6.* Harm. Piſtor. *obſerv. lib. 2. q. 40. n. 40.* Ant. Coler. *ſect. de jur. Imper. theſ. 3.* Richar. Dicter. *concl. de ſumm. Summ. Imper. poteſt. concluſ. 55.* Joann. Jacob. Vinter. *diſſert. jurid. Polit, theſ. 50. Quoties populi ſalus, publica utilitas, neceſſitas, juſtitiæ ratio, aut ſimilis id poſtulat cauſa cunctis conſulere, & in commune pro arbitrio iubere poſſit, & debeat, iuris repudiatis apicibus.* Thom. Sancii *diſcurſ. de leg. Reg. theſ. 91.* ſupr. §. 1. *num. 30.*

(21.) *Tract. Regin. Chriſtian. iur. in Brab fol. 61. à n. 1. ex l. 1. de minor. l. 7. pro emptor; l. 20. §. 1. de liber. legat. l. 3. C. de tranſactionib. l. 102. tit. 18. p. 3. l 30. tit. 11. p. 5.*

(22.) Cicer. *lib. 3. de natur. Deor. & lib. 3. officior.* Carol Sygon. *de iudic. lib. 1. cap. 14.* Roſin. *antiquit. lib. 8. cap. 18.* Ant. Aug. Hothom. Verrut. *de l. Roman. de l. Lettoria.*

(23.) §. 1. *Inſtit. de Attilian. tutor.* ubi Scribent. Liv. *lib. 39.* Sygon. *dict. lib. 1. cap. 14.* Roſin. *dict. cap. 17.*

(24.) *L. 1. de tutel. §. 1. Inſtit. eod.* ubi Scribent. *l. 1. tit. 16. part. 6.* Petr. Gudelin. *de jur. noviſ. lib. 1. cap. 17.*

(25.) *L. 3. §. Si parens, legitim. tutor. l. Si pupillorum. §. Si pater, de reb. eor. l. Si Infanti, C. de iur. deliber.* Arias Pinell. *leg. fin. num. 15. C de bon. Matern.* Montan. *de tutel. cap. 15. num. 105.* Scip. Gentil. *de ſecund. nupt. cap. 19.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 88. num. 12.* Marcellin. Conrard. *de tutel. ad tit. de legitim. parent. tutel. num. 2.*

(26.) Bart. *L. Inquiſitionem, num. 2. C de ſentent. paſ.* Joan. Gutiel. *de tutel. p. 1. cap. 3. à n. 3.*

li dicentes, injuſtam, nullamque renuntiationem, quatenus executam in fraudem legum, juriumque conſtituentium prohibitionem pactorum inter tutorem, & pupillam. Ingredimur ad deſignandam juſtitiæ virtutem inhærentem in renuntiatione; non ſolum attentis Rege Patre, Infanteque filia extra fœderale pactum, ſed etiam intra naturam privati contractus à ſupremis executi.

Tripliciter contrahere Principes notum. Privatim, dum cum privato, ſubdito, aut extero: in his equidem agere, ſervatis juris, uſuſque communis regulis creditur, nec velle ex vi poteſtatis illud tollere, cum dignum ſe ſubmittere credatur legibus, de quo agere non eſt noſtrum: Aut privatim etiam, ſed cum æquali Majeſtate decorato in re publica, vel privata: Aut fœcialiter ad ineundam pacem publicam, bonique communis, & ſubditorum cauſa.

Primo enim in caſu, dum ſupremi extra fœdera contrahunt, expreſsè vero, aut tacitè in pacto ineſt res publica, & tunc quidquid actum, ſtipulatum, promiſſum, ut legitimum habendum, ſive contractus ordinarius, ſivè extraordinarius ſit, aut matrimonii ineundi cauſa exaratus, omneque in eo promiſſum, aut renuntiatum, validum, juſtum, & æquum dicendum, à virtuteque juſtitiæ ortum, abſque labe, aut nota nullitatis: Cum Majeſtatica poteſtas contrahentium, & publica utilitas interveniens ſe gerat (27.) ſupra omne jus, illud anihilans, etiam derivatum à principiis naturalibus. (28.) Hinc laudata ſunt pacta antenuptialia à Rege Aragoniæ inita in matrimonio Conſtantiæ filiæ, & Ludovici Comitis Anjou, filii Ducis Normandiæ, in quibus renuntiavit Rex in commodum Domanii Gallicani Civitatem Montis Peſulani, Vicecomitatum Ormilladæ, & Fontinau, Feudumque Cardalenſe, etiamſi ex illa renuntiatione quæreretur jus tertio non deſcendenti ex illo matrimonio, violareturque ſupremum inducens individuitatem Domanii Regalis, & oriretur grave præjudicium ſubditis, ob translatam ſub diverſi, exterique Principis Dominationem. (29.)

Ex ipſa juris ſupremi virtute, quâ attenta, jureque gen-

(27.) *L. Actione 65. §. Labeo pro Socio, l. Jubemus. C de Sacroſ. Eccleſ. l. utilitas, C. de Primipol.* Ant. Coler. *de jur. Imper. ſect. 11. theſ. 50. Hodiè ferè apud omnes gentes obſervari, tradit Tiraquell. jus Primogenituræ: Æquitas autem deſumenda eſt, ex utilitate publica, quæ privato commodo anteponenda eſt.*

(28.) *L. Poſtliminium, §. filios, de captiv. & poſtlim. reverſ.* Liv. *lib. 8. Poſthabita filii charitas publicæ utilitati jactabatur.*

(29.) Zurita *Annal. de Arag. lib. 8. cap. 42.*

gentium contrahere Principes fatendum, præcipuè dum agitur de bonis, rebus, ac ſucceſſionibus publicis; etiam procedet, quod quidquid promiſſum, factum, executumque à Regina Chriſtianiſſima in renuntiatione jurium, ac ſucceſſionum Regnorum, Statuumque Hiſpanicæ Monarchiæ, cùm verſetur circa res ſpectantes ad ſalutem publicam, utilitatem ſubditorum, honorem Regni, Publicique, ac communis boni, æquum, legitimumque declamandum ſit abſque nullitatis nota.

Inter Supremos enim ex jure Majeſtatico receptum, ut juſtum, habeatur, quidquid actum lege, conſtitutione, pactovè antenuptiali, tàm circa renuntiationes, unioneſque Statuum, ac Dominiorum, quàm in ſucceſſionibus, prælationibus, excluſionibus familiarum, linearum, perſonarum, rejecta qualitate ordinis, gradus, ac ſexus, voluntate teſtatorum omiſſa circa gravamina, jura filialia, ſuitatis, & legitimarum, nuda attenta Principum conſtitutione; ut evincitur ex Petro Gregorio, (30.) qui ex Turpino, & Paulo Diacono, ob publici (31.) boni commodum laudat, decantatque immunem à nota nullitatis, & reclamationis ex parte læſionis, aut minoritatis, renuntiationem Primogenituræ, Regnique aviti ſucceſſionem, ex qua prælatus fuit Ludovicus Pius Bernardo filio Pipini, nepoti Caroli Magni in Regno, Dominationeque Galliarum. Qui & ipſe ab eodem principio utilitatis publicæ, excluſo nepote Infante legitimo à Philippo Pulchro Rege Gallorum, adjudicatum teſtatur Comitatum Atrebatenſem Mathildæ, uxori Othonis Comitis Burgundiæ: *Non quidem ex lege* (verba ſunt Gallicani Doctoris) *ſed abſoluta voluntate, & poteſtate, quia dominus eſſet feudi, & egebat tunc Othone, quem opponeret audaciæ, & rebellioni Flamingorum. Poſſunt enim Principes etiam ob cauſam publicam, Dominos rerum rebus propriis exuere, vel nullo, vel aliquo, dicis gratia, dato pretio, ut conſentiunt Juriſconſulti.*

Innixi enim ipſo juris publici, ac utilitatis principio, laudatas teſtatur Colerius (32.) diſpoſitiones Marchioniſſæ Miſniæ, Fredericique Marchionis Brandeburgenſis excludentes filios Primogenitos à ſucceſſione,

(30.) Menochius *conſ.* 163. *n.* 5. Petr. Gregor. *lib.* 7. *de Republ. cap.* 10. *nu.* 18. *Et ipſe Pipinus, qui receperat proportione Italiam, & ita videbatur ſua parte contentus pro ſe & ſuis renuntiaſſe futuræ alii ſucceſſioni, & juri primogenituræ. Neque revocatur in dubium, quin primogenitus poſſet renuntiare juri ex primogenitura debito, & futuræ ſucceſſioni accepta portione adhibito jure jurando, jure id approbante Pontificio.*

(31.) Idem Petr. Greg. *d. cap.* 10. *n.* 21. *Poſſunt enim Principes ob cauſam publicam dominos rerum rebus propriis exuere, vel nullo, vel aliquo, dicis gratia, dato pretio, ut conſentiunt Juriſconſulti*, Ant. Coler. *de jur. Imper. tract.* 1. *ſect.* 50.

(32.) Ant. Coler. *de jur Imper. Germ. d. tract.* 1. *ſect.* 51. Richar. Dicter. *de ſumm. Imper. pot. concl.* 172.

ne, præferenteſque ſecundos. A quo principio receptum, (33.) ut in pactis antenuptialibus Principum, etiam extra fœdera initorum, jura ſuprema, ſucceſſioneſque Regnorum in commercio ſint, cadantque ſub pacto, & renuntiatione, etiamſi filii, vel alii juribus exuantur.

Quare Hieronymus Bruchnerius Principi ſuo Regiam conferens poteſtatem aſſeruit: Nec legi, nec juri eſſe ſubjectam, immò liberis natu minoribus pro ſua voluntate poſſe minuere, ac tollere jura hæreditaria, & ſuitatis, naturâ, ac legibus competentia, (34.) nec non & tertio privato, etſi bona, Status, aut Dignitas etiam Regalis, ei competat ex voluntate, ac diſpoſitione privata. Notemus verba: (35.) *Nam cum dictus Humbertus ſpe prolis procreandæ ſe orbatum videret, Delphinatum pleno tàm poſſeſſionis, quàm proprietatis jure, Philippo, filio ſecundo Philippi Valeſii conceſſit, ſique is moreretur, aliove legitimo impedimento detentus ei præeſſe non poſſet, tum Joannes Normanniæ Dux filius dicti Regis natu major, ejuſque hæredes, & ſucceſſores eodem cum jure haberent, ſed ea cum conditione, ut is, qui Delphinatum teneret, ſemper* Delphini *cognomen gereret, illiuſque Comitatus inſignia geſtaret, utque nunquam is Galliæ Regno immediatè jungeretur, voluit. Atque hanc donationem cum multis aliis conditionibus in inſtrumento ſuper ea re confecto expreſſis factam fuiſſe idem teſtatur. Verum cùm Galliarum Reges Provinciam hanc Italiæ vicinam tutius cuſtodire vellent, non obſtantibus pactis prædictis, immediatè eam Regno junxerunt, utque filius Regis natu major, qui probabiliter patri in Regno ſuccedere præſumitur,* Delphinus Galliæ *vocaretur, conſtituêrunt.*

Si enim hac publicâ causâ potiſſimâ habitâ, ubique receptum, ac laudatum eſt, ut quidquid inter Principes pacto promittitur, vel ſtipulatur, juſtum, & æquum habeatur, etiamſi in eo verſetur maſculorum excluſio, pro quo ſexu ſtat naturæ virtus. Quarè non ſatiùs idem fatendum, ſi tendat in fœminini ſexus excluſionem, ex qua excellentiori arcano proſpicitur bono communi, Regnorum honori, nè mediâ fœminarum perſonâ in exteram manum ſceptra decurrant, & nativa origine deturbata, denigretur Majeſtatis propriæ decor, ſub-

(33.) Vinc. Cabot. *lib. 1. diſp. cap. 10. & lib. 2. cap. 12.* Beſold. *diſp. de Reg. ſucceſſ. lib. 2. diſſer. 2. theſ. 4.*

(34.) Hier. Bruchn. *reſ. quæſt. illuſtr. corol. ult. n. 6. Quod liberis Regis natu minoribus non debeatur quota, ſeu legitima portio ex ſucceſſione patris, ſed ſufficiat ſi pro ſua voluntate, & arbitrio pater, vel frater natu maximus tantum eis aſſignet, quantum pro alimentis, & neceſſaria, ac honeſta vitæ ſuſtentatione requiritur: Item quod quilibet Rex habeat poteſtatem apannagia minuendi, ſi nimis magna à ſuo prædeceſſore data fuerint, &c.*

(35.) Joan. Till. *Chron. Reg. Franc. ann.* 1349. Idem Hieron. Bruchn. *d. corollar. ult. Verùm cum Galliarum Reges Provinciam hanc Italiæ vicinam tutius cuſtodiri vellent, non obſtantibus pactis prædictis, immediatè eam Regno junxerunt.*

ſubditorumque utilitas ex mutabilitate regiminis, & (36.) morum ?

Ex eodem Majeſtatis arcano laudatæ, ac receptæ ſunt abſolutæ filiarum renuntiationes antenuptiales, jurium, hæreditatum, ſucceſſionumque eis competentium.

Et quamvis in arenam deſcendere cincti valeremus lorica, & gladio renuntiationum Joannæ, filiæ Ludovici X. Galliarum in favorem Philippi V. (37.) & Mariæ, filiæ Caroli Sapientis, in pacto antenuptiali cum Carolo Duce Hannoniæ. (38.) In quorum exemplar compoſitum fuit pactum Henrietæ Mariæ, filiæ Ludovici XIII. ad matrimonium Caroli Anglorum Regis: Tamen nè Galli cauſentur, id tantum reſpexiſſe ad ſtabilimentum excluſionis affectatæ fœminini ſexus ad Gallicanum ſceptrum ex illa celebri legis Salicæ fictione, de qua latè actum, ſub ſceptro Philippi Pulchri, Caroli Longi, Carolique Septimi, Regum Gallicanorum, ad validitatem, vel nullitatem pacti matrimonialis Catharinæ, filiæ Caroli VI. & Henrici V. Anglorum Regis, (39.) conſultò omittimus.

Ingredimurque ad noſtræ renuntiationis defenſionem, exemplo illius executæ de jure, ac Regni paterni ſucceſſione, à Violante filia Joannis I. Regis Aragoniæ, in commodum Martini Ducis de Momblanc, in pacto matrimoniali Ludovici Ducis de Anjou, qui Rex dicebatur Hieroſolymitanus, & Siculus. 40.)

Necnon, & ſtabilitæ in tractatu antenuptiali Petri IV. Aragoniæ Regis, & Mariæ filiæ Regis Navarræ, in quo pactum invenimus: ut ſi Pater Rex filiis maſculis orbatus decederet, ad Mariam filiam Navarræi Regni ſucceſſio transferretur, excluſa, & poſtpoſita Joanna majori filia. (41.)

Nec Hiſpanica tantùm conſuetudine ſimilia pacta cum laude iterata notantur, ſed recepta, ac uſitata viſuntur intra Germaniæ Belgicæ Provincias: Defuncto enim Balduino Montenſi, Flandriæ Comite, duobus ſuperſtitibus filiis Arnulpho, & Balduino, Arnulphus patri ſucceſſit in Comitatu; Balduinus verò ſortitus eſt Hannoniam. Mortuo verò Arnulpho in bello ad

(36.) Petr. Greg. *de Republ. dict. lib. 7. cap. 4. n.* 13. Beſold. *diſp. Nomocop. de Reg. ſucceſſ. diſſer.* 11. *n.* 4. & 8. Hening. Arniſ. *Polit. lib. 2. cap. 2. ſect.* 12. *nu.* 160. & 170. Philip. Knipſchilt. *de fideicom. famil. cap.* 8. *à nu.* 185. Art. Coler. *ſect de jur. Imper. theſ.* 32. *Ne decus Imperii transferatur ad exteros.* Joan. Jacob. Winther. *diſſert. jurid. Politic. theſ.* 173.

(37.) Beſold. *d diſſert.* 11. *n.* 4 & 8. Vincenc. Cabot. *lib.* 2. *diſp. cap.* 12. §. 7. *infra.*

(38.) Tillius *in com. rer. Gall. lib* 2. Beſold. *diſp. de Reg. ſucceſſ. dict. diſſert.* 11. *n.* 8.

(39.) Paul. Æmil. *de geſtis Franc. in Phil. Pulchr.* Ludovic. I. & Philip. V. Petr. Gregor. *de Republ. dict. lib. 7. cap.* 16.

(40.) Anchar. *conſ.* 339. Marian. *Hiſtor. Hiſp. lib.* 18. *cap* 14. Zurit. *Annal. de Arag. lib.* 11. *cap.* 83.

(41.) Marian. *Hiſtor. Hiſp. lib.* 16 *cap* 4. Zurit. *Annal. de Arag. lib.* 7. *cap.* 35. Cabot. *lib.* 2. *diſp. cap.* 12.

Cassel indicto, etsi successio ad Balduinum jure naturæ, & sanguinis pertineret, in pacto inter eum, & Robertum Frisonem inito, renuntiavit Balduinus, seque exuit omni jure, ac successione ad Comitatum Flandricum in commodum Roberti; ex quo in eo, & successoribus mansit jure legitimo, absque nullitatis obice. (42.)

(42.) Meyer. *Annal. Fland. lib.* 3. Suer. *lib.* 5. *ann.* 1072.

Uvanus Alostanus Comes filium suum Theodoricum despondit Laurentiæ, filiæ Theodorici Alsaciæ, Comitis Flandriæ, & in pacto antenuptiali cautum fuit: ut si absque prole solveretur matrimonium, Comitatus Alostanus cederet Comitibus Flandriæ. Mortuo verò Theodorico prole orbato, in fidem, ac vim pacti Philippus Alsacius successit in Comitatu Alostensi, rejecto Theodorico Dixmundæ Domino, cui jure sanguinis Dignitas competebat.

Jure enim, & æquitate attentis, dùm Principes ad summam rerum, subque boni publici causâ contrahunt, jura privata, sive à natura & sanguine producta, contemnunt. Ex quo cùm ageretur de matrimonio filiæ Othonis Ducis Burgundiæ, & filii Philippi Pulchri Gallorum Regis, notavit Chopinus, rejecto jure aliàs vocatis competenti, stipulatam fuisse donationem in commodum mariti, etiam in Dignitate, & Domanialibus bonis: (43.) *Otho enim Burgund. Comes Philippo Pulchro pollicetur, se filiam nuptui daturum uni ex Pulchri liberis, Sequanorum Comitatu dotatam cum eo pacto, ut qui ex iis nuptiis liberi nascerentur in Comitatum succederent: Sin minus Comitatus in posterum Regiæ Coronæ addiceretur, Anno* 1294. *impleta fides sponsionis, Longo filia conjux tradita. Eamque ob rem Robertus, & Blanca Othonis liberi donationem comprobarunt, Anno* 1314.

(43.) Renat. Chopin. *Dom. Fran. lib.* 3. *tit.* 3.

Nec credimus negaturos Gallos justitiam, & æquitatem, quam omni ætate his pactis contulêre gentes, præcipuè attento rerum Francicarum progressu. Cùm enim ageretur de matrimonio Philippi, filii Ludovici VII. Francorum, & Elisabethæ, filiæ Balduini, Hannoniæ Comitis; Philippus Flandriæ Comes Sponsæ patruus stipulatus fuit, se renuntiaturum in favorem nepotis, matrimoniique titulo dotis, Civitatem, & territoria

ria Arras, Sanomeri, Boloniæ, & Betunæ juriſdictiones, ac loca, & Villas conſtitutas ultra Foſſam novam. Ex qua donatione, ac renuntiatione ortum ſcimus Atrebatenſem Comitatum; diſcepta, ac ſegregata Dominia, Civitates, & territoria à Comitatu Flandrico, reluctante nativa individuitate, jureque competenti ſucceſſoribus, prævalente conſuetudine, & libera diſpoſitione (44. Principum.

Quin etiam conſtat, quòd cum Philippus Longus ambiiſſet Margaretæ filiæ ſuæ conciliare nuptias cum Ludovico, filio Ludovici Niverſenſis, nepote Roberti Flandriæ Comitis, antenuptiali pacto ſtipulata fuit (etiam contra jus, conſuetudineſque Flandricas) excluſio repræſentationis, prælato in ſucceſſionibus patruo nepotibus; utque Ludovicus abſolutè, illiuſque matrimonii liberi, pacti vi in Dominium Flandricum ſuccederent, etiam ſuperſtite avo nepotibus. Cujus virtute defuncto Roberto, Ludovicus Statum recepit, & quamvis à Mathilde, & Roberto de Caſſel, Ludovici patruo, ſua jura, (45.) judicialiter producta, & laudata, ut aſſerebant, ex communi ac conſuetudinario uſu, & jure, Pariſienſis Senatus deciſione, in quo cauſa diſcuſſa, cautum fuit, Ludovico apertam fuiſſe ſucceſſionem legitimè, eique competiiſſe in vim pacti antenuptialis, laudati interventione, ac ratificatione Margaretæ, ac Roberti patruorum. (46.)

Fœdus initum inter Angliæ Regem, Duces Burgundiæ, Sabaudiæ, Britanniæ, & Carolum Gallorum, firmatum notamus in nuptiis Joannis Ducis Bodford, & Annæ Sororis Philippi Sabaudiæ, promiſſo in dotem, inque favorem prolis Comitatu Atrebatenſi, etiamſi Philippo ſupereſſet legitima ſucceſſio, cui jure ſanguinis competeret Comitatus. (47.)

In pacto matrimoniali Philippi II. noſtri Catholici Regis, tunc Hiſpaniarum Principis, ad nuptias Mariæ Anglorum Reginæ, pollicitum, & cautum fuit: ut filiis ex illo matrimonio natis aperta eſſet ſucceſſio ſtatuum Belgicorum, excluſo Primogenito, nato jam ex primo thalamo Mariæ filiæ Regis Luſitaniæ. (48.)

Sic enim ab ipſo Carolo V. Imperatore ſumma habita

(44.) Paul. Æmil. *in Ludovic. & Philip. II.* Meyer. *Annal. Flandr. lib. 6. ann.* 1079. Suer. *lib.* 7.

(45.) Meyer. *Annal. Flandr. lib.* 11. *ann.* 1320.

(46.) Meyer. *Annal. Fland lib.* 11. *ann* 1320. *& lib.* 12. *Senatus Decreto Comes declaratus fidem Regi Carolo præſtitit de Flandria, Nivernio, & Regeſt.* Paul. Æmil. *de geſt. Franc. in Carol. IV. Hac cauſa cognita jure Comitatus Flandriæ in fidem eſt receptus.* Suer. *Annal. Fland. lib.* 10. *ann.* 1317. *& lib.* 11.

(47.) Haræus, *Annal. Flandr. lib.* 15. *ann.* 1423. Suer. *dict. lib.* 17. *eod. ann.*

(48.) Thuan. *Hiſter. Franc. lib.* 13. Beſold. *diſſert. Nomocopol. de Regn. ſucceſ. diſſert.* 3. *theſ.* 2.

bita publica res, præcipuaque, ut pro ea, bonique communis totius Europæ causa renuntiaverit (posthabito filiorum jure, Philippique Principis jam nati) in commodum Ferdinandi fratris, post Imperatoris, Status Austriacos.

Ex quo exemplo Archiducissa Anna ad nuptias Regis Philippi II. remisit in favorem fratrum, filiorum Maximiliani Imperatoris jura, & successiones ad Regna Hungariæ, Bohemiæ, cæterorumque Germaniæ Statuum.

Ipse Philippus filiæ Elisabethæ donavit in dotem ad matrimonium cum Alberto Archiduce, omnes status Belgicos, remisso, ac renuntiato jure, tàm ex præsenti, quàm in spem competente filiis, (49.) jam natis.

(49.) Besold. *dissert. de Regn. succes. lib. 1. dissert. 11. n. 3.*

Ex quo Majestatico jure, supremo inter Principes habito, Regiaque consuetudine, in pactis matrimonialibus Magni Philippi IV. & Elisabethæ Borboniæ; Nec non Christianissimi Ludovici XIII. Gallorum Regis, & Annæ Austriacæ, renuntiatæ fuerunt reciprocâ æqualitate hereditates, jura, successiones, tàm hereditario, quàm sanguinis jure, competentes ad paterna bona, adque Regna, Status, Dominationes utriusque Imperii Hispani, utique, ac Gallicani. (50.)

(50.) L. 7. *tit. 7. lib. 5. Recop.* De qua diximus, *tract. de leg. Politic. lib. 2. cap. 20. num.* De qua supr. §. 2. *n.* 64.

Nec potuisse inutiles, inefficacesque appellari renuntiationes hæ, similiaque pacta, quicquid moliantur Galli, (51.) nec juri, aut æquitati contrariæ: cum verum sit, contrarietatem illam, quam cum legibus, ac moribus notant aliquando in pactis privatorum scriptores, inter Principes non versari; quia ex Majestatis arcano, ne Regna, Dominationesque in peregrinos, exterosve migrent, illorumque regimine nativa jura, paternique mores deturbentur, aut varientur, ut justa, æqua, naturæque consona, laudantur. Quare inter Anglos nativo jure receptum, ut Regum filiæ ante connubium jus successionis ad Regnum remittant, renuntientque; sicuti à filia Jacobi Regis executum fuit in pacto antenuptiali Comitis Palatini: (52.) Et apud Germanos proprio communi jure receptum, ut in ipsa matrimonii filiarum Electorum, Principumve executione, insit necessariò re-

(51.) Manif. *fol.* 44.

(52.) Besold. *disp. de Regim. succes. lib. 1. dissert. 11. thes. 4. Quam eamdem propter rationem, in Anglia olim extrà Regnum maritum quærentes, prose, & hæredibus quibuscumque Regiæ successioni renuntiare solebant, infra §. 7. à n. 45.*

nun-

nuntiatio, & abdicatio absoluta jurium, successionum, Dignitatum, Statuum, & Dominationum; quod justum, æquumque laudatur; cùm etsi constitutionibus Civilibus contrarientur usu receptis ad privatorum regimen, tamen nec vim, nec virtutem sortiuntur inter Principes, quorum Dignitas, Majestas, ac bona immunia sunt à privatis positivis formulis. (53.)

Quis Majestatico hoc supremo jure attento, iniqua pacta, injustamque renuntiationem antenuptialem dicere ausus? Præcipuè juris Gentium attentis principiis, ex quibus omissâ Civilis juris prohibitione, renuntiationes hereditatum, futurarumque successionum vigent inter privatos, & in castris, in quibus jus Gentium tenet, nec admissa est, nec recepta communis consuetudo, sive in pacto, sive in ultimo versetur elogio præferente utilitatis publicæ causâ (54.) ad virtutem actus. (55.)

Ex quo similiter fatendum, quod quidquid inter Principes convenit (si insit ipsa juris Gentium virtus) justum, æquumque sit, cùm versetur in eo fidei publicæ vis, ex qua omnia pollicita, & stipulata servanda sunt, & executioni danda: Verba enim Principum non limitatam naturam pacti privati inducunt, sed legis, ac constitutionis, omnibus formulis, ac solemnitatibus rejectis, spretaque personarum intervenientium in pacto incapacitate, quare quisquis in pacto Supremorum inclusus fuerit, stipulatione, promissionevè obstringitur, ad implementum absque juris, legum, & constitutionum positione, aut constitutione, illâ tantùm attentâ, quæ ex ipso pacto oritur, legis virtutem recipiente ex placito, voluntate, (56.) & potestate supremorum stipulantium. In quam nec nullitates eructant productæ, aliàs ex defectu formæ, solemnitatis, incapacitatis contrahentium, vel læsionis, cùm omnia vi Majestatica retundantur. Cujus potestas sic suprema, sic præcipua, ubique habita, ut repulso paterna po-

(53.) Zas *ad l. Princeps, de legib. n.* 4. And. Gayl. *lib.* 1. *obser.* 42. *n.* 1. Tob. Paurmeist. *de jurisd. Imper. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 9. Ant. Coler. *sect. de jur. Imper. thes.* 19. Dicter. *concl. de summ. Imper. potest. concl.* 37. & 38. Joan. Jacob. Vintner. *dissert. jurid. Politic.* Thom. Lansii *discurs. de leg. Reg. thes.* 67. & *seqq.* præcipuè *thes.* 84.

(54.) *L. Licet*, C. *de pact. l.* 33. *tit.* 11. *part.* 5. ubi Gregor. Lop. Roder. Suar. *in l. Quoniam in prioribus, in declarat. leg. Regn. limit.* 5. *n.* 10. Fular. *de substit. q.* 308. *n.* 421. Menoch. *cons.* 151. & 923. *n.* 12. Ant. Fab. *in Cod. lib.* 5. *tit.* 9. *dif.* 6.

(55.) *L. unic.* C. *non lic. habit. Metro.* ubi Luc. de Pen. ex Napodan. Molfes. *in consuet. Neapol. lib.* 3. *cap.* 12. *de jur. congr. quæst.* 1. *num.* 11. Honuir. Donad. *de renunt. cap.* 26. *n.* 127.

(66.) *L. Donationes, quas*, C. *de donation. inter vir. & uxor*, ubi Bart. Bald. Cyn. *l. Cæsar*, ubi Bart. *de publican & vestigal.* Paul. de Castr. *l.* 4 §. *Actor. de re judic.* Abb. *cons.* 24. Jas. *cons.* 1. *num* 10. *vol.* 1. & *cons.* 145. *num.* 28. *vol* 2. Alvar. Va-

lasc. *de jur. Emphyt. quæst.* 5. *num.* 10. Ossuald. *lib.* 12. *comment cap.* 22. *lit.* Z. Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 51. *num.* 34. *vers. In Principibus.* Ruin. *cons.* 40. *num.* 1. *vol.* 1. Marian. Socin. *cons.* 65. *num.* 44. *vol.* 1. Imol. *cons.* 24. Philip. Dec. *cons.* 516. *num.* 4. Menoch. *cons* 1. *num.* 160. Menchac. *controvers. illustr. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 5.

testatis jure (sacro inter privatos) in pacto Principum cum minore filio, quidquid in eo stipulatur, aut promittitur, vim, virtutemque recipit, nec in minore filio minoritatis, ac filiationis qualitas attenditur, etiam ad adquisitionem, sed capacitas necessaria ad valorem interveniſſe creditur, adque quærendum ei jus, excluso patre à dominio rei provenientis ex Regia promissione. (57.)

(57.) *L. multa, C de bon quæ liber.* Menchac. *d. cap* 3. *n.* 6.

Supradicta roborantur ex ipso publico jure Majestatis. In his enim pactis, contractibus, dispositionibus, in quibus personalis adest Principum præsentia ad authoritatem, vel fidem, vel dum acta, aut dispositiones exequuntur ex placito illorum, necessariæ non habentur extrinsecæ Civilis juris formæ, qualiter in testamentis laudatum notatur. Nam etsi ad fidei virtutem tot solemnitates inventæ, ac præceptæ, quot pro forma induxit nimia Romanorum censura, ex quarum omissione quandoque aliqua nullitas oriebatur, adhuc tamen, si ad testamentum conditum à privato adstabat Princeps, necessariæ non habebantur, justumque, ac legitimum dicebatur, (58.) deficiente etiam legitimo testium numero, vel adhibitis aliàs inhabilibus: Si verò ipse Princeps suam vellet emologare voluntatem, quidquid ab eo volitum, ac constitutum, vim legis sortiebatur (59.) absque testium subscriptione, ac signatura omni omissa, ac rejecta solemnitate. In cujus fidei, ac promissionis Regalis vim, bona donata à Principe, etsi aliena, jureque directo competentia alicui privato, transeunt absolutè in Dominium donatarii absque turbationis periculo proveniente ex jure legitimi dominii. (60.)

(58.) *L. Omnium, C. de testam.* vbi Jas. & Alex. Jas *cons.* 15. Scharder. *de feud. p.* 10. *sect.* 19. *n.* 28. Boër. *decis.* 228. Manric. *de conject. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 38. Besold. *part* 4 *cons.* 150. Prukman. *de Regal. cap.* 4. *memb.* 3. *effect.* 1. Philip. Knipschilt *de fideicom. famil. cap.* 6. *n.* 19.

(59.) *Ex dict. l. omnium*, Menchac. *de succeſſ. creat. lib.* 3. §. 26. *limit.* 31. *à n.* 1. Zas. *d l. Princeps, n.* 3. *de leg.* Andr. Gayl *lib.* 1. *obſerv.* 42. *n.* 1. *& lib.* 2. *obſerv.* 87. *n.* 6. Harm. Pist. *quæst. lib.* 3. *q.* 9. Petr. *de potest. Princip. cap* 3. *q.* 5. *nu.* 65. *& cap.* 4. *n.* 24. Maxim. Faust. *cons. pro Ærar. cons.* 681. Besold. *disp. de Reg. succes. lib.* 1. *dissert.* 2. *thes.* 10.

Tanti semper, & ubique habita est suprema authoritas, ut pacta, contractus, renuntiationesque à Principibus supremis executæ, (64.) in boni communis utilitatem, vel causa publica interveniente, firmæ, ac inviolabiles haberentur, sicuti, & quæ à privatis placito, licentia, aut facultate Regia interveniente præcipuè si in splendorem, ac honorem familiarum tendant, quamvis ex voluntate testatoris, vocatis ad succes-

(60.) *L. Benè à Zenone, C. de quadrien. præscript.* §. *fin. inst. de Usucapion.* ubi Scribent. Menchac. *d. limit.* 31. *n.* 6. Menoch. *in cons. Ferrar. respons.* 4. *n.* 66. Besold. *de jur. Majest. cap.* 7. *n.* 4.

(61.) Joachim. Cluten. *Syllog. rer. quotid. concluſ.* 17. *lit. B.*

cessionem, vel tertio cuicumque præjudicium directè inferatur : (62.) Cùm ad conspectum Reipublicæ, honorisvè familiarum omnes Civiles constitutiones manui, ac potestati Principum subjaceant. (63.)

Quo ergò jure, renuntiatio authoritate Regum stipulata, & in eorum præsentia executa, nulla dicenda, ni absolutè turbato Majestatici juris ordine, splendore Regio, decoreque fidei publicæ, ac violata inviolabilitate, sacraque immunitate Regiæ voluntatis, & verbi ?

§. V.

ANTENUPTIALIS RENUNTIATIO REGINÆ Christianissimæ, tàm pro se, quàm pro filiis, successoribusque, de jure, ac successione Regnorum, Statuum, Dominiorum Hispanicæ Dominationis, valida, legitima, justaque dicenda, absque nullitatis nota, quatenus executa in Pactis fœderalibus, atque in coronidem, & implementum pacis initæ inter Catholicum, & Christianissimum Reges.

DIximus, præcipuam Majestaticam Regiam potestatem in eo sitam esse, ut apud eam sit jus belli gerendi, & pacis firmandæ, (1.) ac cùm illius finis, scopusque dirigatur ad hanc consequendam, (2.) in manu Regum adesse absolutam omnium rerum dispositionem, & bonorum publicorum, privatorumque, constituentium circulum Dominationis. Hæc verò potestas ad id credita, ac translata in Reges, ut primaria in eis sit salutis publicæ ratio, communis quies, desiderataque tranquillitas prælata omni alii humanæ rei, & exemplo etiam, si necesse sit magis, quàm communi jure attento, quarè ad id sæpè sæpius, ea usurpantur, & fiunt, quæ vulgari usui opponi videntur : Authoritati enim Regiæ absolutæ subsunt jura publica, Domania, privata Dominia, ac facultates, quarum nulla ratio, nec jus privatum in publicis rebus, præcipuè ad fœdera, pacemque ineundam : cum pax etiam non æqua utilior sit justissimo, ac glorioso bello, nihil-

(62.) Bart. *d l. Cæsar, de public. & vectigal. l. Digna vox*, C. *de legib.* ubi Bald. *n. 5.* Dec. *cons.* 151. Ancharr. *cons.* 65. Socin. *cons.* 164. Zas. *cons. 1. lib. 2.* Mart. *de jurisd. p. 1. cap.* 34. *n. 2.* Hotom. *cons.* 1. Maximil. Faust. *cons. pro Ærar. cons.* 681. Grassis *de succes. §. Successio ab intestato, q. 9. n.* 10. Peregr. *de fideicom. art.* 51. *n.* 34. ubi Censal. *in add. fol.* 339. *vers. Sexto*, Fusar. *de subst. q.* 308. *n.* 46. Philip. Knipschilt *de fideico. famil. cap.* 6. *n.* 44. Petr. *de Potest. Princip. cap.* 3. *à n.* 63. adducti per nos Comment. *ad ll. Recop. l.* 4. *cap.* 24. *tit.* 14. *lib.* 3. *n.* 47.

(63.) Latè diximus *de leg. Polit. lib. 2. cap.* 14. *n.* 29. *& comm. ad ll. Recop. d. l.* 4. *cap.* 24. *tit.* 14. *lib.* 3. *à n.* 47. *cum seq.* Freder. à Sand. *Comment. in consuet. feud. Geldriæ, tit.* 3. *de succes. leg. cap.* 1. *n.* 1. §. 30.

(1.) §. 4. *n.* 10. Thom. Lansii. *discurs. de leg. Reg. thes.* 103. Joach. Clut. *Sylleg. rer. quoti. thes.* 21. *lit. B.* Richar. Dieter. *concl. de summ. Imper. Potest. concl* 94. *&* 97. Heric. Bruning. *de var univers. specieb. thes.* 5. *lit. E.* Arnol. Engelbert. *de jur. Imp. thes.* 67. Joan. Jacob. Vinther. *dissert. jur. Polit. thes.* 135.

(2.) Liv *li.* 30. Thom. Lansii. *d. thes.* 103. *vide* §. 4. *num.* 11. Martin. Schokius. *tract. de Pace, cap.* 4.

nihilque in hac vita mortali ea jucundius, nihil glorioſius, nihilque utilius ſit. (3.)

Sed cùm inchoare bella voluntarium ſit, etiam imbecillibus, non verò inchoatum deponere, (4. ut Lacedæmoniis propoſuiſſe teſtatur Thucidydes Archidamum Regem, dum de bello Athenienſi agebatur, (5.) expertique ſunt, Alexander, qui etſi ter pacem à Dario oblatam non admiſit, ipſam repulſam ſuſtinuit à Thyriis, quibus eam obtulit: Perſæus etiam Macedoniæ, & Pyrrhus Epyrotarum, qui quando victores, fœdera cum Romanis inire recuſarunt, & poſtea pacem ab eis expetitam admittere Senatus renuit, ni Pyrrho ab Imperii limite exeunte; Perſæo verò Majeſtate depoſita, & Dominia reſidua precariò, ac ex arbitrio Senatus poſſeſſuro.

Ex quo Gentium more, jureque publico, conceſſere Gentes ſupremis Principibus Majeſtaticæ poteſtatis (6.) vi Dominationem ſupra omnes res publicas, & privatas, authoritatem illas ſubvertendi, alienandi, de eis ſtipulandi, attenta ſtatus publici, temporis, virium, & facultatum publicarum conſtitutione; ut Mithrydatico exemplo edocemur, qui cùm aliter & ſibi, & ſuis providere non poſſet, acquievit ſubmiſſis faſcibus voluntati populi, patienterque tulit conditiones, quibus à Romanis pax qualiſcumque fuit. Indè ergò, cùm privatæ res minimè conſiderandæ vi armorum, fœderum, paciſque jure attento, quidquid ad hunc finem, in illarum occurſu offerunt Reges, pollicentur, & ſtipulantur, firmum eſt, ac legitimum, abſque nota nullitatis, etiamſi ex actu, aut promiſſione incommodum inferatur ſubditorum libertati, præjudiciumque Domaniis, & ſucceſſionibus publicis, aut privatis, cuncta ſuperante bono ex pace, & publica quiete manente; nec Principi tantum id glorioſum, ſed ſubditis utile, ipſique humano generi, ac naturæ (7.) chariſſimum.

Vi igitur hujus ſupremæ Dominationis bono patrio inducta, utraque Majeſtatis Catholica, & Chriſtianiſſima, Amneſtiam induxerunt, & injuriarum (8.) vices obli-

(3.) Arnold. Clapm. *de Arcan. rer. publ. lib.* 4. *cap.* 1. Petr. Greg. *lib.* 11. *de Republ. cap.* 13. Beſold. *diſſert. de Pace, cap.* 1. *num.* 2. *& cap.* 2. *n.* 3.

(4.) Cicer. *Philipp.* 13. Diu. Auguſt. *lib.* 19. *de Civit. Dei, cap.* 19. Martin. Schoc. *d. tract. de Pace, cap.* 1.

(5.) Beſold. *diſſer. de Pace, cap.* 2. *num.* 5.

(6.) Petr. Gudel. *de jur. Pac. c.* 6. Mart. Schoc. *d. tract. de Pac.* Marc. Zuer. *diſſert. Polit. de amneſt.* Beſold. *diſſert. de fœder. jur. cap.* 3. *&* 5. *n.* 20. *&* 21. Bodin. *de Republ. lib.* 1. *cap.* 10. *& lib.* 5. *cap* 5. Carol. Sigon. *de antiq. jur. Italic. lib.* 1. *cap.* 1. Petr. Greg. *de Republ d. lib.* 11. *c.* 13. Theod. Reinfing. *de Regim. ſæcul. lib.* 1. *claſ.* 2. *cap.* 2. *n.* 14 *&* 128. Videndi adducti *num.* 1.

(7.) Bald. *ad Extravag de Pac. & conſ.* 14. Petr. Gudel. *de jur. Pac. cap.* 1. Jul. Ferret. *de re milit cap. De feriis, & induc. n.* 2. *&* 3. Mart. Mager. *advocat. arm cap.* 9. *n.* 114. Beſold. *dict. tract. de Pace, cap.* 1. *n.* 2.

(8.) Cornel. Nepot. *in vita Thraſyl.* Marc. Zuer. *d. diſſ de amneſt.* Petr. Gudelin. *de jur. Pace, cap.* 3.

oblivioni mandarunt, juxta normam à Trasylo inventam in odium triginta Tyrannorum, inter Romanos sub Sylla renovatam, laudatamque inter Germanos sub Frederico in pace Constantiæ: (9.) Sub Imperio Caroli V. in fœdere Matritensi: (10.) Demumque, ut finis imponeretur tot calamitatibus ex diutino bello ab anno 1635. retroactis, inter Hispaniæ, & Franciæ Reges, fœdus initum fuit, paxque firmata septimo die Novembris, anno 1659. In quo cap. 33. sacra, ac publica fide in testem adhibita, sic cautum: *Quod Rex uterque, utpote Catholicus, & Christianissimus, quorum præcipua cura est invigilare suorum Regnorum commodo, & pacem, ac tranquillitatem inter unam, & alteram Coronam, ac cunctos Orthodoxos, stabilire, prout ambo nunc in id simul concurrunt eo fine, ut non solum, dum suæ Majestates vixerint, sed in eorum posteros id ipsum perpetuò extendatur: pro horum præcipuo, & efficaciori medio, Venerem maritalem habentes, ad Dei obsequium, & eo auspice decreverunt, & convenerunt super nuptiis Regis Christianissimi cum præfata Serenissima Infante D. Maria Theresia Regis Catholici filia primogenita, ut hoc strictiori vinculo firmiùs innodetur amor, necessitudo, & fraternitas, quæ stat, & ardenter, ut inter utrumque conservetur, est in votis.*

Pactum antenuptiale, mandatorum Regiorum virtute, fuit executum à Ludovico de Haro, Cardinalique Julio Mazarino, ad matrimonium Christianissimi Regis, & Serenissimæ Infantis Mariæ Theresiæ: in quo præcipuus fuit fœderis finis, causaque causarum illius executio, quare eadem die, qua publica pax laudata fuit, & illud laudatum. In quo cap. 5. circa jura, & successiones renuntiationi obnoxias, sic promissum, & stipulatum. (11.)

(9.) Extravag. *de Pacis Constan. Offensas omnes, & culpas, quibus Nos ad indignationem provocaverunt, clementer remittentes.*

(10.) Sandov. *Histor. Carol. V. lib. 14. §. 3. Olvidando por esta presente Capitulacion todas las injurias, quexas, odios è mal querencias, de hecho, ù de palabra, que hasta aora aya avido entre ellos, y sus predecessores. De manera, que enteramente quedan olvidadas, y no quede memoria de ellas.* Pont. Heut. *rer. Belgic. libr. 9. ann. 1526.*

Que para que esta Paz, hermandad, y buena correspondencia, quede como se desea, tanto mas firme, permanente, è indissoluble; ha sido acordado, y establecido en nombre de los dichos Señores Reyes, que su Magestad Christianissima, case con la Serenissima Infante Doña Maria Teresa, hija mayor de su Magestad Catolica: En cuya razon los dichos Señores Marques Conde Duque de Olivares, y Cardenal Mazarini, en virtud del poder especial que para esto tienen, han hecho el mismo dia de la data de este presente Tratado, otro Tratado particular, sobre las condiciones de dicho casamiento, y tiempo de su celebracion, à que se remiten; el qual aunque sea separado, tiene la misma fuerça, y vigor, que el presente Tratado de la Paz, como la parte mas principal, y la prenda mas preciosa para su mayor duracion, y seguridad.

Quod

(11.) *Cap. 5. Tractatus Matrimonialis.*

QUod ſiquidem à Regibus Catholico, & Chriſtianiſſimo conventum fuit, & pactum ſuper hoc connubio, ut ejus vinculo diuturnior ſit, ac firmior Orbis Chriſtiani publica pax, & inter utrumque Regem amor, & amicitia apprimè expetita: Attentis etiam juſtis cauſis, quæ urgenter demonſtrant commoda dicti matrimonii, quo mediante, Deique favore, ac gratia, felices indies poſſunt eventus ſperari in fidei, ac Religionis Chriſtianæ ſummum bonum, ac incrementum; necnon & in beneficium ſubditorum utriuſque Coronæ: Et quia ſummoperè ſtatus publici conſervationi conducit, quod earum magnitudo non ſimul uniatur, & etiam occaſionibus occurratur, quæ ex hac conjunctione oriri poſſunt, necnon ob æqualitatem, & alias juſtiſſimas cauſas; pacto conventionali, cui ambo Reges vim, ac vigorem ineſſe volunt legis ſancitæ in ſuorum Regnorum, & publicæ cauſæ favorem, ſtabilitur, quod Sereniſſima Infans D. Maria Thereſia, & filii ex ſe geniti, maſculi, & fœminæ, ac eorum, & earum ſucceſſores, tam primò, quam ſecundò, tertiò & quartò geniti, & ulterius quocumque in gradu fuerint, in perpetuum ſuccedere non valeant, nec ſuccedant in Regna, Status & Dominia Majeſtatis Catholicæ ſub jam relatis in hac Capitulatione titulis comprehenſa, nec in cætera Regna, Status, Dominia, Provincias, Inſulas adjacentes, feuda, Guardianias, & confinia, quæ Rex Catholicus in præſentiarum poſſidet, & ad illum ſpectant, vel ſpectare poſſunt, tam Hiſpaniam intra, quam extrà, & deinceps ſua Catholica Majeſtas, ac ejus ſucceſſores habuerint, ac poſſederint, aut ad eos pertinuerint; nec in omnia comprehenſa, incluſa, & aggregata illis, nec etiam in quolibet diſcurſu temporum prædictis Regnis, Statibus, & Dominiis adquirenda, augenda, recuperanda, aut quovis titulo, ac cauſa devoluenda, quamvis dum præfata Sereniſſima Infans, & poſt illam ab ea deſcendentes, tam primò, quam ſe-

QUe por quanto por las Mageſtades Catolica, y Chriſtianiſſima ſe ha venido, y viene en eſte caſamiento, para con el vinculo dèl perpetuar, y aſſegurar mas la Paz publica de la Chriſtiandad, y entre ſus Mageſtades el amor, y hermandad que ſe deſea; y en conſideracion de las juſtas cauſas que mueſtran, y perſuaden las conveniencias de dicho caſamiento, mediante el qual, y con el favor, y gracia de Dios ſe pueden eſperar felizes ſuceſſos, en gran bien, y aumento de la Fè, y Religion Chriſtiana, y beneficio comun de los Reynos, ſubditos, y vaſſallos de ambas Coronas; y por lo que importa al eſtado publico, y conſervacion de ellas, que ſiendo tan grandes, no ſe junten, y queden prevenidas las ocaſiones que podria aver en juntarſe; y en razon de la igualdad, y otras juſtas razones, ſe aſſienta por pacto convencional, que ſus Mageſtades quieren tenga fuerça, y vigor de ley, eſtablecida en favor de ſus Reynos, y de la cauſa publica de ellos, que la Sereniſſima Infante Doña Maria Tereſa, y los hijos que tuviere varones, y hembras, y los deſcendientes de ellos, y de ellas, aſſi Primogenitos, como ſegundos, tercero, y quarto genitos, y de alli adelante en qualquier grado que ſe hallen, para ſiempre jamas, no puedan ſuceder, ni ſucedan en los Reynos, Eſtados, y Señorios de ſu Mageſtad Catolica, comprehendidos debaxo de los titulos ya referidos en eſta Capitulacion, ni en ninguno de todos los demàs Reynos, Eſtados, y Señorios, Provincias, Iſlas adjacentes, feudos, Guardianias, y Fronteras que ſu Mageſtad Catolica al preſente tiene, poſſee, y le pertenecen, ò puedan pertenecer, aſſi dentro de Eſpaña, como fuera de ella, y adelante ſu Mageſtad Catolica, y ſus ſuceſſores tuvieren, poſſeyeren, y les pertenecieren, ni en todos los comprehendidos, incluſos, y agregados à ellos, ni en todo lo que en qualquier tiempo ſe adquiriere, y acrecentare à los dichos Reynos, Eſtados, y Señorios, y ſe recobrare: y devolviere por qualquier titulo, ò cauſa que ſea, ò ſer pueda, aunque en vida de la Sereniſſima Infante D. Maria Tereſa, ò deſpues en las de qualeſquier ſus deſcen-

cundò

cundò, & ulteriùs geniti vixerint, accidat, & acciderit, quod ex juribus legibus, & consuetudinibus dictorum Regnorum, Statuum, ac Dominiorum, & ex dispositionibus, titulisque, quibus fit successio, & prætensio successionis eorum, ad eos successio spectaret; ab illa namque, & à jure, & spe succedendi in hæc Regna, Status, ac Dominia, & in quodlibet eorum ex templò pro excluſa declaratur Sereniſſima Infans D. Maria Thereſia, & cuncti ejus filii, ac deſcendentes maſculi, & fœminæ, quamvis dicant, aut dicere poſſint, & prætendere, quod in ſuis perſonis locum non habeant, nec conſiderentur cauſæ publicæ rationes, nec ſi quæ aliæ hujus excluſionis occaſio fuerunt; vel allegare velint, quod defuerit (Dii omen in ipſum convertant) ſucceſſio Regis Catholici, & Sereniſſimorum Principum, aut Infantum, aliorumque filiorum præſentium, vel futurorum, atque omnium legitimè ſuccedentium, quia nihilominus (ut ſuprà relatum) nullo in caſu, tempore, ſucceſſu, aut eventu ſucceſſuri ſunt, nec ſuccedere conabuntur, tam præfata Infans, quam ejus filii, ac deſcendentes, non obſtantibus prædictis legibus, conſuetudinibus, ſtatutis, & diſpoſitionibus, quæ virtute ſucceſſum fuit, & ſucceditur in omnia ſupradicta Regna, Status, & Dominia; & aliis quibuſcumque legibus, & conſuetudinibus Gallicæ Coronæ, quæ in præjudicium ſuccedentium in illa excluſionem hanc impediunt, tam de præſenti, quam temporibus, & caſibus, quibus ſucceſſio deferatur. Quæ omnia, & ſingula uterque Rex derogaturus eſt, & abrogabit in his omnibus, quæ contraria fuerint & adverſentur expreſſis hoc capite, ejuſque adimpletioni, & executioni. Itidem intelligatur, quod ad hujus capitulationis approbationem ea omnia derogant, & pro derogatis habent. Et quod etiam pateat, excluſam remanere, & excluſos Sereniſſimam Infantem, & ab ea deſcendentes, ita ut nullo tempore, nec caſu ſuccedere poſſint in Status, & Dominia inferiora Belgii, & Comitatus Burgundiæ, & Charolois, cum omnibus eorum adjacentiis, & pertinentiis: Attamen ſimul etiam expreſsè declaratur,

dientes Primogenitos, Segundogenitos, ò ulteriores, llegue, y ſuceda el caſo, y caſos en que por derechos, leyes, ò coſtumbres de los dichos Reynos, Eſtados y Señorios, y de las diſpoſiciones, y titulos por dò ſe ſucede, y pretendiere ſuceder en ellos, les avia de pertenecer la ſuceſſion; porque de ella, y del Derecho, y la eſperança de poder ſuceder en eſtos Reynos, Eſtados, y Señorios, y de cada uno de ellos, deſde luego ſe declara, queda excluſa la dicha Sereniſſima Infante D. Maria Tereſa, y todos ſus hijos, y deſcendientes varones, y hembras, aunque digan, ò puedan dezir, y pretender, que en ſus perſonas no corren, ni ſe puedan conſiderar las razones de la cauſa publica, ni otras en que ſe pudo fundar eſta excluſion, y que queſieren alegar que ha faltado (lo que Dios no quiera, ni permita) la ſuceſſion de ſu Mageſtad Catolica, y de los Sereniſſimos Principes, è Infantes, y de los demàs hijos que tiene, y tuviere, y de todos los legitimos ſucceſſores; porque todavia (como dicho es) en ningun caſo, ni tiempo, ni ſuceſſo, ni acaecimiento, han de ſuceder, ni pretender ſuceder ella, ni ſus hijos, ni deſcendientes, ſin embargo de las dichas leyes, coſtumbres, y ordenanças, y diſpoſiciones, en cuya virtud ſe ha ſucedido, y ſucede en todos los dichos Reynos, Eſtados, y Señorios, y de qualeſquier leyes, y coſtumbres de la Corona de Francia, que en perjuizio de los ſuceſſores en ella impiden eſta excluſion, aſſi de preſente, como en los tiempos, y caſos de diferirſe la ſuceſſion. Todas las quales, y cada una de ellas, ſus Mageſtades han de derogar, y abrogar en todo lo que fueren contrarias, ò impidan lo contenido en eſte capitulo, y ſu cumplimiento, y execucion: y ſe entienda, que por la aprobacion de eſta Capitulacion las derogan, y han por derogadas: y que aſſi miſmo ſea, y ſe entienda quedar excluſa, y excluida la Sereniſſima Infante, y ſus deſcendientes, para no poder ſuceder en ningun tiempo, ni caſo en los Eſtados, y Paytes Baxos de Flandes, y Condado de Borgoña, y Charolois, con todo lo adjacente, y perteneciente à ellos; pero juntamente ſe declara expreſſamente, que ſi (lo que Dios no quiera, ni permita) acaëciere enviudar la Sereniſſima Infante ſin hijos de eſte Matrimonio, que en tal caſo quede libre de la excluſion

ratur, quod ſi (id abſit) fortè acciderit, Sereniſſimam Infantem Rege conjuge orbari, abſque filiis ex hoc matrimonio, tunc à prædicta excluſione libera cenſeatur, capaxque ſit ſuccedendi in omnia illa, quæ duplici in caſu ad eam poſſunt pertinere. Primò, ſi jam vidua, & ſine prole Hiſpaniam repetiverit. Secundò, ſi ob boni publici commodum, juſtaſque aliàs cauſas, matrimonium contraxerit ex aſſenſu Regis Catholici Genitoris ſui, & Principis Hiſpaniarum ſui fratris. In his caſibus capax remanebit, ac habilis ad hæreditatem, & ſucceſſionem.

que queda dicha, y capaz de los Derechos de poder ſuceder en todo lo que le puede pertenecer en dos caſos: el uno, ſi quedando viuda de eſte Matrimonio, y ſin hijos, ſe vinieſſe à Eſpaña; el otro, ſi por conveniencias de el bien publico, y juſtas conſideraciones, ſe caſaſſe con voluntad del Rey Catolico ſu Padre, y del Principe de las Eſpañas ſu hermano. En los quales ha de quedar capaz, y habil para poder heredar, y ſuceder.

Antenuptiale illud pactum renuntiationis, inter Patrem ſponſæ & ſponſum futurum mandatis executum, inſtrumentaliter, ac expreſsè Infans filia ſponſa his verbis laudavit. (12.)

Renuntiatio Reginæ Chriſtianiſsimæ, Hiſpaniarum Infantis ad Regna, Status, & Domania illius Coronæ, facta in Fonte-Rabia die 2. Junii 1660. (12.)

Domina Maria Thereſia Hiſpaniarum Infans, & Dei gratia Galliarum deſponſa Regina, filia primogenita Altiſſimi, Excellentiſſimi, & Potentiſſimi Principis D. Philippi Quarti Hiſpaniarum Regis Catholici Domini mei, quem Deus feliciſſimè ſoſpitet; & Altiſſimæ, Excellentiſſimæ, & Potentiſſimæ Principiſſæ D. Eliſabethæ Reginæ Catholicæ, felic. memor. Matris, ac Dominæ meæ jam ad ſuperos; Ex ſcriptis, & relatis in hoc inſtrumento, & ſcriptura approbationis, confirmationis, & ratificationis, & ex cæteris in illa contentis, ac ad perpetuam rei memoriam. Notum facio, & manifeſtum Regibus, Principibus, Magnatibus, Republicis, Communitatibus, & privatis perſonis extantibus nunc, & futuris in poſterum: Qualiter, quia Altiſſimus, Excellentiſſimus, & Potentiſſimus Princeps Ludovicus Decimus quartus, Galliarum Rex Chriſtianiſsimus, Conſobrinus meus; & ejus nomine, & privata cum legatione Mareſchalius Dux de Gramont, rogavit, & petiit ſponſalia, ac nuptias meas

Doña Maria Tereſa, Infante de las Eſpañas, y por la gracia de Dios, Reyna prometita de Francia, hija mayor del muy Alto, muy Excelente, y muy Poderoſo Principe Don Felipe Quarto, por la miſma gracia, Rey Catolico de las Eſpañas, mi Señor, à quien Dios guarde, y proſpere feliciſſimamente: y de la muy Alta, muy Excelente, y muy Poderoſa Princeſa Doña Iſabel, Reyna Catolica, de glorioſa memoria, mi Madre, y Señora, que eſtà en el Cielo: Por la relacion, y noticia de eſte inſtrumento, y eſcritura de aprobacion, confirmacion, y ratificacion, y de lo demas que en ella ſe contiene; y para que quede en perpetua memoria, hago notorio, y manifieſto à los Reyes, Principes y Potentados, Republicas, Comunidades y perſonas particulares, que ſon, y fueren en los ſiglos venideros; que por quanto el muy Alto, muy Excelente, y muy Poderoſo Principe Luis Decimo quarto, Rey Chriſtianiſſimo de Francia, mi primo hermano, y en ſu nombre, y con Embajada particular el Mariſcal Duque de Gramont, pidiò, y propuſo mi deſ-

à Rege Catholico Domino meo præfato cum Chriſtianiſsimo Rege conſobrino meo contrahendas, & Majeſtas Catholica huic officio, & juſtæ petitioni attendens, necnon & debitis reſpectibus honoris, æqualitatis, & publici commodi tali in matrimonio concurrentibus annuit, & aſſenſit; Dummodò ſuæ Sanctitatis diſpenſatio præcedat ad conſanguinitatis gradus, quibus cum Rege Chriſtianiſſimo meo conſobrino connexa ſum; & poſteà hujus pacti, & conventionis vi, & cum utriuſque Majeſtatis, Catholicæ, & Chriſtianiſſimæ facultatibus, actus, & ſignatus fuit noſter matrimonialis tractatus die 7. Novembris anni præteriti 1659. in Inſula Phaſianorum ſuper fluvium Vidaſum Cantabricæ Provinciæ, Galliæ finitima; & capite 5. & 6. præfati tractatus ſtabilitum fuit ac conventum ex communi aſſenſu, & unanimi voluntate, tanquam convenientiſſimum poſt attentam, & maturam deliberationem: Quod ego, & filii, ac deſcendentes, quos hoc ex matrimonio Deus nobis conceſſerit, ſimus, ac remaneamus inhabiles, incapaces, & abſolutè excluſi à jure, & ſpe ſuccedendi in quælibet Regna, Status, & Dominia, quibus hæc conſtat Hiſpanica Corona, & Monarchia. Et in illa, quæ in poſterum ei per ſuam Majeſtatem, ac poſt ejus felices, ac diutinos dies per Reges ſucceſſores accreverint. Cum autem hoc conventionale pactum deductum fuerit à Principibus, & Regibus ſupremis, qui in temporalibus nullum agnoſcunt ſuperiorem, in gratiam, & favorem cauſæ publicæ utriuſque Regni, & in hoc aſſentientes deſiderio, & communibus ſubditorum, Vaſſallorum, ac incolarum votis, volunt, quod prædictum pactum vim habeat, & vigorem legis, pragmaticæque ſanctionis, & pro tali accipiatur, ac obſervetur, quapropter ad ejus firmitatem nulla alia ſolemnitas requirebatur: Nihilominus placuit utrique Regi, quod ſi aliquam ob conſiderationem conveniens poſſet eſſe approbatio mea, eam facerem, quando jam jam matrimonium contraheretur per verba de præſenti, & ante ejus celebrationem, & contractionem.

poſorio, y caſamiento para el dicho Rey Chriſtianiſſimo mi Primo, al Rey Catolico mi Señor. Y ſu Mageſtad Catolica con la juſta eſtimacion de eſte oficio, y propoſicion, y con la devida atencion à los reſpetos de decoro, igualdad, y conveniencias publicas, que en tal Matrimonio concurren, le otorgò, y vino en èl, aviendo de preceder diſpenſacion de ſu Santidad para los parenteſcos de conſanguinidad, en que eſtoy con el Rey Chriſtianiſſimo mi Primo. Y deſpues en conformidad de eſte otorgamiento, y acuerdo, y con poderes de ambas Mageſtades Catolica, y Chriſtianiſſima, ſe capitulò, y firmò nueſtro Tratado Matrimonial en ſiete de Noviembre del año paſſado de mil y ſeiſcientos y cinquenta y nueve, en la Iſla llamada de los Fayſanes, ſobre el rio Vidaſao, del diſtrito de la Provincia de Guipuzcoa, y confin de eſtos Reynos con el de Francia. Y en los Capitulos 5. y 6. del dicho Tratado, quedò reſuelto, y aſſentado de comun acuerdo, y de una voluntad, y como coſa convenientiſſima, deſpues de averla conſiderado atentamento, y con madura deliberacion: que yo, y los hijos, y deſcendientes que Dios nos diere deſte Matrimonio, ſeamos, y quedemos inhabiles, è incapazes, y abſolutamente excluidos del derecho, y eſperança de ſuceder en alguno de los Reynos, Eſtados, y Señorios, de que ſe compone eſta Corona, y Monarquia de Eſpaña, y en los que adelante ſe agregaren à ella por ſu Mageſtad Catolica, y deſpues de ſus largos, y felizes dias, por los Reyes ſus ſucceſſores: Y como quiera que por averſe deducido à pacto convencional, por Principes, y Reyes ſoberanos, que en lo temporal no reconocen ſuperior, en gracia, y favor de la cauſa publica de ambos Reynos; y condeſcendiendo en eſto con el deſeo, y voto comun de ſus ſubditos, Vaſſallos, y naturales, quieran tenga fuerça, y vigor de ley, y Pragmatica ſancional, y que como tal ſea recibida, y obſervada en ellos. Y por eſto parecia, que para ſu firmeza no era neceſſario otra ſolemnidad: Pero todavia quieſieron ſus Mageſtades, que ſi por alguna conſideracion

Necnon quod talis mea approbatio cum solemnitatibus, ac clausulis necessariis fieret, sicuti expressiùs declaratur in scriptis prædictorum capitum. Tenor autem quinti, & sexti ex prototypo fuit exemptus, & de verbo ad verbum hic adscriptus.

pudiesse ser conveniente mi aprobacion, la huviesse de hazer luego que llegasse el caso de aver de celebrarse, y contraerse por palabras de presente el Matrimonio capitulado, y antes de celebrarle, y contraerle; y que mi aprobacion fuesse con todas las clausulas, y solemnidades necessarias, segun, y como mas particularmente se expressa, y declara por la escritura de los dichos capitulos, cuyo tenor del 5. y 6. sacado de su original, y puesto aqui à la letra.

Justitiæ, & charitatis positiones in pace necessariæ, (13.) ex quibus testamentum Dei dicitur, quod rumpi ab homine non debet, (a) ex quo promissa fœcialiter, immutabilia habentur inter Principes, obstrictos coactivè vi publicæ fidei, ad illorum immutabilitatem, (14.) elucent in antenuptiali pacto renuntiationis Reginæ Christianissimæ. Sed antequam ad illarum elucidationem ingrediamur, notandum: Antenuptiale pactum jurisjurandi Sacramento, Sacrum inveniri, cujus Religio (15.) sic prima, præcipuaque inter Supremos, ut tanquam ens agens, primaque causa habenda sit, & suprà humanas res, parum æstimatis, quin & omissis quibuslibet aliis formulis, modis, speciebus, constitutionibus, juribus, sive privatis, sive publicis; scaturiente ex his fontibus axiomate supremo, quod fœdera, pax promissa, juramento firmata, inviolabilis, ac firma sit absolutè, satis Deum in violatores ultorem habitura. Ex quo sacrilegum habendum quidquid in renuntiationem declametur, decanteturque contrarium Religioni, juri Publico, Gentium, Politico, & Majestatis maximo.

Fines ergò, motivi, aut causæ, propter quas Hispani Ministri consuluerunt Regi stipulandam renuntiationem in pacto antenuptiali filiæ (in quos Gallici tractatus invehuntur, quasi in molitores fraudis contrà decus Reginæ Christianissimæ debitum, quam non modo læsam curarunt, sed illusam) ex publica charitate

(13.) Andr. de Iser. *cap. 2. de Pace tenen.* Iul. Ferret. *de re milit. tract. de feriis seu induc. num.* 75. 81. & 201.

(a) *Ex cap. Nisi* 23. *q.* 1. Iul. Ferret. *de re milit. tit. de feriis, nu.* 58.

(14.) Petr. Greg. *lib.* 8. *de Republ. cap.* 8. *nu. fin.* Ant. Fab. *in Cod. lib.* 3. *tit.* 22. *dif.* 12. Henric. Brunnincks. *de var. univers. specieb. thes.* 4. *lit.* B. Ant. Coler. *sect. de jur. Imper. thes.* 18. Richard. Dieter. *concl. de sum. Imper. potest. cõc.* 46. Joachim. Cluten. *Syllog. rer. quotid. cap.* 8.

(15.) Sil. Ital. *lib.* 13. *Fœdera mortales sævo, non rumpite ferro, Sed castam servate fidem.* Bodin. *de Republ. lib.* 5. *cap.* 6. Mart. Scock. *tract. de Pace, cap.* 8. Besold. *dissert. de fœder. jur. cap.* 6. *à num.* 5.

tate pendent, juri, arcano ſupremoque innituntur. Ideò neceſſariò fatendum, ſub infidelitatis, & fœdifragii crimine, ſervandas. Idque non fuiſſe ignotum Gallis invenio, cùm ab illis hæc effutiantur : (16.) *Quò itaque illud renuntiationis, & excluſionis pactum ſpeciem aliquam haberet juſtitiæ, quatuor id potiſſimum rationibus Hiſpani firmare, & ſtabilire conati ſunt. Primam cauſam poſuere ſalutem, & pacem publicam; quæ quidem, ſi illos audiamus, excluſionis clauſulâ maximè continetur; alteram quæ in tam illuſtri conjugio futura eſſet æqualitas; tertiam duxerunt ex magnitudine commodorum, quæ ex ea renuntiatione cùm Galliæ, tùm Hiſpaniæ Regna conſequentur. Quartam denique hanc addidêre, nè tot Principatus, & Regna aliquando in unum coaleſcerent; cum ea latius pateant, quàm ut unius Regis poſſint Imperio gubernari. Earum quidem cauſarum quantum quæque valeat, quamque ſit juſta videamus.*

(16.) *Manif. Hiſpan. fol. 117. Tract. Regin. Chriſt. jus in Braban. fol. 81. num. 16.*

In primam igitur, ſic declamant : (17.) *Ac prima quidem cauſa ſi vera eſſet, gravis omninò videretur. Quod enim pacis ſtabiliendæ, & ſanciendi fœderis fundamentum fuit, id minimè violandum arbitramur. Verùm illud cùm leve, tùm etiam falſum eſt. Quis enim credat tàm præclarum munus ab iniquiſſima conventione eſſe profectum? Nihil contra eſt, ſi verè judicare volumus, quod potentiſſimis Regnis majorem perniciem afferat, quàm illa ordinis à natura conſtituti perturbatio; quàm legitimi in Regnum, vel Principatum ſucceſſoris dejectio. Hinc bellorum in longum ævum ſparguntur ſemina, quibus ſæpè magna evertuntur Imperia. Et certè, qui tantam accipit injuriam, & meminit, & præſefert dolorem ſuum, pluſque valent apud eum jura ſanguinis, & patriæ leges, quàm ulla conventio, aut renuntiatio, vel exquiſitis fucata coloribus. Hinc adeò bella oriuntur, cùm externa, tùm Civilia, quibus, ut dictum eſt, permagna plerumque Regna quatiuntur.*

(17.) *Manif. Hiſp. fol. 118. Tract. Reg. Chriſtian. fol. 82. num. 1.*

Sed cùm, ni Nos tantæ rei reſpectus contineret, ſuper qualis eſt, magnus pateſceret campus movendi juris aciem in tàm effrontem declamationis pompam, accinctique ratione, & æquitate publicâ, certamen poſſemus inire, ut profligatis improbabilium, ac ſicophanticarum doctrinarum cuneis (quibus hypocriticam mentem tutantur actores Gallici) eos arcta-

remus ad ignorantiæ juris publici confeſſionem, acclamatâque nobis victoriâ, erigeremus trophæum in laudem juſtitiæ, & actionum Regis Catholici : Ne verò prolixo orationis apparatu faſtidioſi cenſeamur, intra contentionis caſtra metati, relinquimus ſenſui, menti, ac doctrinæ ſapientium criſim, & cenſuram turpis ſacrilegii molientium novas ſectas juſtitiæ, Gentium juri, politicæ, ac æquitati publicæ contrarias, contentique erimus, ſi dumtaxat quæramus à tam doctis viris, à quibus pax, in cujus conſpectu concepta etiam fuit, & pacta renuntiatio, (traducitur titulo injuſtitiæ, & aſſeritur injuriarum origo) num etiam eodem fomite violentiæ, ac iniquitatis appellent celebre illud fœdus cognitum, natum, nutritum, ac receptum inter antiquos Francos, quod vocant *Carnotenſe*, inter duos Eduardos, alterum Regem Anglorum, alterum filium etiam minorem, ſubque patris poteſtate, paciſcentes cum Joanne Gallorum Rege ; in quo cautum, (18.) ut Angli remitterent Regi Franco, ſi quid juris in Andes, Turones, Cœnomanos, Normandiamque prætenderent, exuerentque ſe Sacramento ſolemni jure, ſi quod eſſet illis in Regnum Francorum, ſummumque Dominatum, & ſpem hæreditarii Diadematis abieciſſent ?

(18.) Paul Æmil. *in geſt. Franc. Joan. I. Ut duo Eduardi Rex filiuſque remitterent Regi Franco, ſi quid Juris in Andes, Turones, Cœnomanos, Normandiamque haberent*, Haræus *Annal. Fland. in VVenceſlao ann.* 1360.

Haud credimus, Galliam hoc pactum illegitimum dicturam, nec dixiſſe unquam, etſi à minore in poteſtate patris, intra paternos lares, in Regia Domo conſtituto ; nec injuſtum, quamvis in tutamen Eduardi filii, utque injurioſum æſtimaretur, poſſet allegari ætas, tempus, locus, patris pudor, Regis majeſtas, cùm præcipuum, firmiuſque jus, quo coaleſcunt Gallicanæ Majeſtatis lilia, & ſubſiſtunt faſces Dominationis, hac renuntiatione firmentur.

Paul. Æmil. *de reb. geſt. Francor. in Joan. I. Jurejurando itidem ſolemni Anglus exueret ſe jure, ſi quod illi in Regnum Franciæ, ſummumque dominatum, ſpemque hæreditarii Diadematis extitiſſet.*

Quo principio muniti ingredimur ad demonſtrandam injuſtitiam (quâ contra renuntiationem noſtram vano vocis ſtrepitu fremunt) ineſſe tantum in ſenſu, mente, ac ſententia dicentium juſtam eſſe violationem Sacramenti, æquam vim, conculcantem immunitatem fœderis.

De-

Declamant igitur Galli in renuntiationem, asserentes illam, non causam fuisse, ut ea mediante, pax inter Reges firmaretur : (19.) *Nihil igitur absurdius dici potuit, quàm pacem ex injusta conventione, quæ institutum à Deo perturbat ordinem, fluxisse : Cum sacrarum Scripturarum authoritate constet, justitiam paci esse conjunctam maximè ; atque ut Sorores, sic in mutuos amplexus ruere ; nec demum unam ab altera posse divelli. Meminerint Hispani nullam in iis mandatis, quæ de pace concilianda habuerunt Legati, aut futuri matrimonii, aut renuntiationis, aut exclusionis factam esse mentionem. Jam suprà innuimus, quòd de pace componenda mandatum accepit Cardinalis Mazarinus, id die decimo Maii datum fuisse : cum die vicesimo mensis Junii alias subindè litteras de ineundo fœdere nuptiarum Rex Christianissimus ad Cardinalem miserit ; sed ad pacis effectum : Ex quibus efficitur pacis, & connubii duo esse distincta fœdera, neque ullo pacto ea confundi oportere. Utrique* (20.) *etiam fœderi diversa est subjecta materia, diversi sunt propositi fines. Pax inita grave bellum inter duo Regna potentissima restinxit, ut splendor, aut Majestas personarum magnam ipsi connubio dignitatem attulerit, privatus tamen is contractus fuit eodem cum cæteris ritu celebratus, iisdem omninò formulis à jure præscriptis illigatus. Uno quippè, & eodem cum reliquis jure, & vinculo, iisdem legibus ea societas continetur. Interfit inter summorum, atque infimorum dignitatem ; non alio tamen Sacramento Principes, & privati conjunguntur. Sic undique omni ratione concludimus, aliud esse pacis, aliud nuptiarum fœdus. Rex Christianissimus cum Rege Catholico pace composita utrique Regno consuluit ; sibi duxit uxorem ; hoc domesticum, & privatum, illud publicum fœdus fuit, hoc inter personas initum, illud inter Regna sancitum, hoc ad jus Civile, illud ad jus Gentium pertinet.*

(19.) *Manif. Hisp. fol. 116. Tract. Reg. Christian. jus in Braban. fol. 83. num. 2.*

(20.) *Eod. tract. fol. 84. num. 3.*

Et ut uno objectu expendantur omnia, addo reliqua : (a) *Sed quocumque modo illud sese habeat, id unum meritò contendimus, pacem à nuptiis omninò esse disjunctam. Ea quippè in pacis fœdere versantur, de quibus bello antè dimicatum fuit. Hic de Provinciis, & urbibus, quas jure belli Rex Christianissimus detinebat, de regundis utriusque Imperii finibus transactum ; aliæ itidem, quæ inter utramque Coronam motæ fuerant controversiæ, sunt compositæ, jure sociorum, Principum, Magnatum eo quoque fœdere comprehensa. Instrumenti vero dotalis alia longè*

(a) *Dict. tract. fol. 86. num. 5.*

ratio est : Quæ ad dotis constitutionem, quæ ad solutionis tempora, quæ ad doarium pertinent, quæque à conditionibus pacis sunt remotissima, id complectitur.

Novum enim, prætextum tamen sub pallio justitiæ, & æquitatis mangonicatum axioma, edidisse Gallum inveniet, qui attentè tractatûs declamationem perlustrabit, pugnansque cum justitia, ac æquitate, quâ ut sorores in mutuos amplexus ruere, nec demum unam ab altera divelli posse fatetur. Cùm indubium sit, nec aliquem lateat, non modò Hispanorum, & Gallorum, sed reliquorum Europæ Regum, aut Rerumpublicarum, quòd pax erat in votis Regum Catholici, & Christianissimi, ut grave bellum inter duo Regna, jam diu grassans restringeretur, utilitas communis subditorum unione reciprocâ, & amicitiæ vinculo coalesceret.

Prima, præcipuaque causa ad colloquii fœcialium Sacerdotum admissionem, fuit propositio tendens ad conjugalis societatis unitatem, vinculum nempè matrimonialis Serenissimæ Infantis, à Rege Christianissimo diu desideratum, concupitum, optatum, ac petitum; eamque unionem, nec iniri, nec stipulari valuisse, nec voluisse Patrem Regem, ni stipulata renuntiatione, (21.) certum est, cùm aliter, nec decens, nec æqua stipulatio foret, (22.) utpotè ex qua orirentur subditorum damna, Regisque, & Regni nota. Quòd ad hanc pacem consequendam renuntiatio necessaria fuerit, quòd eam lubens concesserit Christianissimus Rex futurus sponsus, cujus emologatæ voluntatis virtute stipulata, ac executa sit, cùm aliter pacem iniri non posset, haud negandum. Nonnè, illa voluntate informante pactum, iniqua conventio dicenda, injustavè renuntiatio? Diversa, ac distincta matrimonii, ac pacis fœdera, in diversosque tendentia fines? Cùm ni interveniente renuntiatione, nec sponsalia, matrimonium, pax, nec concordia ulla conciliari potuisset? Nullo modo, immò Civiliter turpe, & infandum aliud dicere, aut asserere.

Nam etsi verum sit connubium, absque conventione, immò etsi abfuisset renuntiatio, omni esse ex parte per-

(21.) Ant. Faber. *consultat. de Montisfer. Ducat. part. 2. fol. 339. vers. Sed si : Alioqui nulla pax, tàm firma, & sancta esset, quæ non hac ratione subverteretur.* Et post : *Non etiam, ut à Pacis conditionibus ob id solum resistere quis possit, quod eas minus æquas, sibique damnosas esse existimet. Itaque Pacis conditiones omnimodò servandæ sunt.* Clapm. relatus, *num.* 26.

(22.) Cicer. *Philip.* 13. *Tu verò ita vitam, corpusque servato, ita fortunas, ita rem familiarem, ut hæc posteriora libertate ducas, itaque his uti velis, si liberare Rempublicam possis, nec pro his libertatem, sed pro libertate hæc proicias, tamquam pignora injuriæ.*

perfectum, fateri tamen opportet, quod omni jure, Publico præcipuè attento, per Reges, ac ſupremos receptо, & laudato, (23.) cum pax abſque matrimonio, ex voluntate paciſcentium iniri non potuerit, nec connubium abſque renuntiationis executione, erit, eſtque legitima Reginæ excluſio, juſta conventio, intercluſo filiæ omni reclamationis aditu, adhuc ſi coacta renuntiaſſet, & non audens Regi ſuo, & Patri obſiſtere.

(23.) Hieron. Oſor. *de Reg. Inſt. lib. 4. Deinde obligata fides, quam non poteſt, ſine infando ſcelere & flagitio violare; fidem autem violat, quoties aliquid commodis publicis anteponit.*

Fatemur equidem ſumma cura Nos egiſſe ad dignoſcendum, an juris, æquitatiſvè poſitiones, quibus ſuam fulciunt mentem Scriptores Gallicani, ſic juſtæ, ſic æquæ ſint, ut declamant; ſed in eis haud invenimus juſtitiæ virtutem, nec æquitatis vim, nam etſi pręcipua, ac primęva Regalis muneris, ac officii cura ſit ſatagere, & providere in Regni, & ſuorum utilitatem, Dominiorum conſervationem, juriumque ſupremorum, tàm pręſentium, quàm futurorum, utque omnia Regalia individua inviolabilitate, ſacraque civili immunitate fruantur, & ex eo capite Chriſtianiſſimus Rex adſtrictus eſſet ad eam providentiam pro commodis, fortuniſque futuræ ſponſæ, ne ea denudata juribus præſentibus, aut in eam competentibus, privati illorum utilitate naſcerentur filii. Hoc equidem curandum, providendumque, ſi re integra abſque renuntiatione conſequi fas foret, ſi fœdus inire conjugale, omiſſa executione renuntiationis, integriſque juribus, ac ſucceſſionibus ſponſæ competentibus (24.) concederetur.

(24.) Cicer. *d. Philipp. 13.*

Cum verò nuptiæ interceſſæ, ni præcedente renuntiatione, nec pax ulla ſine nuptiis firmari valeret, ad illamque ardenti bello præcluſa via, ni reſeratis correſpondentiæ, & amoris mutui foribus ex renuntiationis clave; pactum inde ortum, pollicitatio, quidquidque ad id ordinatum, vel executum fuit, prælato, ut decet, communi bono utilitati privatæ (ut exemplo Romanorum edocemur in illo fœdere cum Antonio Senatui Romano à Lepido (25.) propoſito. Nec dividuum à pace, ac fœdere ſeparatum, ac injuſtum dicendum, nec reclamationi obnoxium, ni ſub flagitio violatæ

(25.) Idem *d. Philip. 13. Ad quod id optimum judicandum, quod ſit ſapientiſſimè conſtitutum.*

tæ fidei, infandique (26.) sceleris.

Ex quibus sic justitiæ consona renuntiatio dicenda, sicque pactum optimum, (27.) tanquam executum in viam virtutis, & æquitatis habendum, ut ingenuum omni secluſa nullitatis, & calumniæ nota (etiamsi directè violarentur jura Reginæ Christianissimæ, denudareturque omnibus bonis præsentibus, ac futuris competentibus, non Civili tantum constitutione, sed lege naturæ, jureque sanguinis.) Ut si Reges aliter agerent, Catholicus tradendo filiam in matrimonium, omissa, seu non petita, & stipulata renuntiatione, cum in ea utilitas versaretur boni publici, subditorum commodum, Regnorum honor; Christianissimus verò, si renuisset pacto, cum aliter pax iniri non posset, [28.] nec matrimonium; nemo duorum Regum suo muneri satisfaceret, immò potius præexcelsa Majestatis nomina non solum ea actione fœdarent, sed, & occiderent. [29.]

Ex hac exercendi Regalis officii necessitate, ac quod in pactis fœderalibus Principum æquali Regia Majestate pollentium [30.] ad bellum restringendum, pacem ineundam, diversa sit ratio ab ea, quæ in Civilibus contractibus interiacet, (31.) diversam sic naturam, diversamque sortiuntur conditionem in se, in forma, ac solemnitate, receptum est, ut quidquid flagitante Reipublicæ salute statuatur, aut renuntietur, etsi contra filios, immò & contra jura naturalia, justum, ac legitimum, (32.) nec nullitati, ac reclamationi obnoxium sit,

(26.) Arnold. Clapm. *de Arcan. rer. public. lib. 4. cap. 16. Ita certè in primis, si aliter pax fieri nequit: adeòque cives ab omni actione excludantur.*

(27.) Hieron. Oſor. *de Reg. Inſtit. lib. 4. Vndè concluditur, cum Regis nomine, neque familiaris, neque domeſtici, nec amici, nec affinis, neque cognati, neque parentis, denique nomen conjungi poſſe. Si enim caſus interveniat, in quo Regis officium deferendum ſit, ſi ratio neceſſitudinis, aut propinquitatis habita fuerit: contemnendæ ſunt omnes neceſſitudines, omneſque ſanguinis conventiones aſpernendæ, naturæque ſenſus repudiandi, aliter enim Regis nomen occiderit.*

(28.) Liv. *Alterum cum pares bello æquo fœdere in pacem, & amicitiam venirent*, Bodin. *de Republ. lib. 5. cap. 18.*

(29.) Ex Valer. Maxim. Henric. Bruninckſ *de var. univerſ. ſpecieb. theſ. 4. Alia belli alea; alia contractuum civilium conditio.*

(30.) Hieron. Oſor. *d. lib. 4. Cogunt leges, & flagitat Reipublicæ ſalus, ut contrà domeſticos, & propinquos, aut filios aliquid ſtatuas, atque adeò alicui eorum necem inferas; ſi familiaritatis, aut naturæ illecebris emollitus, de recta ſententia depulſus es, jus humanum perfregiſti, fidem, & officium prodidiſti, ſocietatem humanam diremiſti, numen poſtremò divinum impiè, atque nefariè violaſti.*

(31.) *Cap. 2. de Deſponſat. Impuber.* ubi Gloſ. & DD. Mier. *de majorat. part. 4. quæſt. 22. num. 24.* Baſil. *de Matrim. lib. 10. cap. 5. num. 4.* Jul. Ferret. *de re milit. tract. de Feriis, & induc. num. 8.*

(32.) Oldrad. *conſ. 95.* Arias Pinell. *in l. 1. C. de bon. matern.* Jaſ. *conſ. 236. lib. 2.* Dec. *conſ. 269.* Pariſ. *conſ. 16. num. 35. & conſ. 118. num. 24. & 25. lib. 1.* Cacialup. *de tranſact. q. 81.* latè Mier. *de major. 4. p. q. 22. à num. 20.* Beroi. *conſ. 76.* Laderch. Imol. *conſ. 21. num. 9.* Fulv. Pacian. *conſ. 29. à num. 3.* Menoch. *conſ. 703. num. 63.* Jul. Ferret. *de re milit. cap. de Feriis, n. 24. & ſeq.* Corſet. *de Privil. Pac. privil. 60.* Hug. Grot. *de jur. belli, lib. 3. cap. 20. num. 10. Verùm ob gentium jus, quod bona ſubditorum obligari ex facto Regis patitur.* Petr. Gudelin. *de jur. Pac. cap. 6. Et quidem propter commodum Pacis, poſſe Principe auctore, etiam privatorum non conſententium bona alienari, actiones remitti; omnium ſententia eſt Doctorum, non modò noſtræ profeſſionis; ſed Theologorum*, Menchac. *controv. illuſtr. lib. 1. cap. 4.* Theod. Reinſing. *de Regim. ſæcular. lib. 2. clauſ. 3. cap. 3. num. 15.* Maximil. Fauſt. *conſ. pro Ærar. conſ. 594.* Arnol. Clapm. *de Arcan. Rer. public. lib. 4. cap. 16.* ex Feſch. Borſio, Thitelm. Mantica, & aliis Beſold. *de Pace, cap. 5. num. 2.*

sit, aut remediis aliàs fragilitati humanæ concessis pateat locus, prævalente publica re præ omni privata qualitate: Quarè etsi constitutum Civili jure, ut in privatorum contractibus, ætatis, sexus, temporis, loci, & conditionis qualitas attendatur ad valorem, vel nullitatem; in publicis verò, ac supremis, efformatis, ac initis, & in rebus spectantibus ad Regna, & populos cùm agatur de communi salute, jus Civile abrogatum est, illiusque formulæ, & solemnitates; & quæ iniqua, & injusta illo attento, belli jure, ac Dominationis honore, ut justa, ac legitima laudantur, & id æquum, quod ad magnitudinem rei spectat, nihilque attendendum aliud, nec pensandum, quàm quod necessarium appareat, inspecto Dominationis jure supremo, etiamsi alterius juris præcepta constringant, cum in Republica, ac Regnis civile jus sibi, veluti frænum injici patiatur à jure Dominationis.

Sunt enim (ut notavimus) jure belli, ac illo Dominationis attento, justa, quæ aliàs prohibita; quarè etiam, si injusta pacta aliqua ob inhabilitatem personarum, attamen legitima habentur pacis ineundæ causa, ut in matrimonio impuberum declaravit Pontifex (33.) suspensa, seu abolita inhabilitate ex boni publici commodo. (a) Ex quo laudatum, ut quidquid propter pacem, eamque firmandam stipulantur, pollicenturque Reges vi fœderalis, Dominationis, ac belli juris, gaudeat legitimitate, ac inviolabilitate, permaneatque Sacrum, etiamsi subditis publicum præjudicium inferatur, translatis in alienum Domanium; sivè privatus maneat aliquis avito jure competenti, tàm de præsenti, quàm de futuro successionibus, hæreditatibusque, etiam iis, quæ superiorem non agnoscunt. Cum in publico negotio (ut diximus) ad pacemque consequendam, licita habeantur, quę aliàs iniqua ac injusta.

Quod sic innatum gentibus, sic belli, & pacis jus supremum, inviolabileque, ac quidquid in Regnorum tuitionem districto gladio Rex stipulatur, ac pollicetur, immutabile sit, etiamsi naturę jura, civilesque dispositiones in contrarium mutentur, aut violentur; (b) ut si historias, sæculaque recolimus, haud inve-

(33.) Paul. Oros. *lib.* 7. *cap.* 43. *Vt obliterata Romano nomine, Romanum omne solum Gothorum Imperium faceret, & vocaret, esset que, ut vulgariter loquar, Gothia, quod Roma fuisset, fieretque, nunc Athaulphus, quod quondam Cæsar Augustus.*

(a) Arnold. Clapm. *de Arcan. rer. public. lib* 4. *cap.* 1.

(b) *Ex Q. Curt. de reb.* Alex. *lib.* 9. Chop. *dict. cap.* 1.

nien-

nientur Regna, Imperiaque alio firmata jure, quàm ex hac origine, ex qua descendit renuntiatio Reginæ Christianissimæ. Et quamvis nostram sententiam tutari possemus exemplis Sacræ, & Civilis historiæ, recolitis Imperiis Ægyptiorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Israëlitarum, Athenienſium, Laconum, Græcorum, Latinorum, Cartaginenſium, Romanorum, Orientalium, Occidentaliumque. His prętermissis perstringemus brevi stylo, nè molesti videamur, aliqua tantum in commendationem justitiæ, quæ assidet actionibus Catholici nostri Regis.

Principem ergò locum teneat renuntiatio Honorii Imperatoris, in favorem Athaulphi sponsi Placidiæ sororis, ex qua ortum Hispanum Visogothorum Regnum, obliterato illius virtute Romano nomine, & Imperio.

Decantent Galli, quo jure, quibus mediis, accreverint Gallicani Regni fines? Nonnè, si tantæ potentiæ auctuaria suæ Dominationis recolant, invenient ex alio coaluisse tam ingentem molem Provinciarum, Domaniorum, Statuum Liliorum folia constituentium, quam ex titulis unionum, donationum, renuntiationumque ex fœderalibus pactis? Et si id verùm, ut notum; quo ore, qua fronte mussant, inibi fuisse justitiæ candorem, & æquitatem, dum ea pacta cederent in Gallici Regni incrementum, possessionemque Domaniorum latè patentium, sine labe ulla, aut injustitiæ stigmate, etiamsi cum præjudicio tertii possessoris, aut possessuri? Et injustitiæ notam in renuntiatione, de qua agimus, cùm ex ea pependit bonum publicum, & gentium quies, pace expetita indè parta.

Dominationem enim Galliæ Narbonenſis, quo alio titulo, jureque Franci possident, quàm nato, & producto ex renuntiatione Amalasunthæ Regis Athalarici filii tutricis in levamen vassallorum, ab eadem Regina tutorio nomine percussa, in lucrum Theodoberti Francorum Regis arma intentantis (34.) etsi cum præjudicio pupilli Regis?

Quis enim negaret justa, aut diceret illegitima renuntionis pacta inita, inter Gunthroannum, & Childebertum Reges, Brunechildemque Sigeberti Regis vi-

(34.) Carol. Sigon *de Occident. Imperator. lib.* 16. Marc. Ant. Sabellic. *Ænead.* 8. *lib.* 2. *Narbonenſis Gallia quod ſatis conſtat in fœdere, quod Amalaſintha, & filius cum Theodoberto Clodovæi propinquo percuſſerunt, ab Oſtrogothis alienata eſt.*

viduam, ad reſtringendam contentionem ortam de diviſione Regnorum Pariſienſis Civitatis cum terminis, & populo ſuo, Pago Stampenſi, ac Charnoteno, aliiſque Domaniis, quæ unuſquiſque, ut propria ſibi vindicabat, & aſſerebat jure diverſo: in quibus non attenta, nec æſtimata minoritate filiorum Sigeberti tutoria matris authoritate ad contrahendum, & alienandum, vindicatæ, ac conceſſæ Cheriberto fuere Civitates, & Pagi Melrienſis, Turonenſis, Pictaviæ: Gunthroanno verò Stampenſis, & Charnotenſis Ditiones, cum cæteris, quæ ſuperſtite Sigeberto de Regno Cheriberti tenuit; filiis autem Sigeberti, & Brunechildis à patre retenta, & poſſeſſa, (35.) etiamſi minores denudarentur jure proprio competenti ex natalibus ſucceſſione ſangninis, & poſſeſſione ſubnixo.

(35.) Greg. Turonenſ. *Hiſtor. Franc. lib. 9. cap. 20.*

Sed omiſſis quamplurimis in hac re Gallicanis exemplis, fœderibuſque Theodoberti Auſtraſiorum, Theodorici Burgundiorum Regibus, cum Childeberto Francorum, in quibus circuli, termini, ac limites conſtituti, ac præfixi fuere Regnis, etiamſi privatorum jura violarentur, traderenturque hoſtibus, (36.) in paleſtram ingrediamur ſummo ſacro fœdere, pactoque præcipuo ornatam, aut armatam, quo innititur tota excelſa moles Gallicani Imperii. Mortuo enim Carolo Magno Romanorum Imperatore, Galliarum Rege, ſceptrum Gallicanum devolutum eſt ad Ludovicum Pium, qui morti proximus, tribus ſuperſtitibus filiis Lothario, Ludovico, & Carolo, violata individua immunitate nativa Regni, hereditariis portionibus illud diviſit inter filios, relicta Ludovico Bavaria, Auſtria Carolo minori. Ex qua diviſione Lotharius indignatus, quia minuebatur debita Majeſtate, & bonis ſibi jure publico, voluntate ſubditorum, prerogativaque nativitatis competentibus, ob inviolatæ primogenituræ vindictam, ad arma confugit: indè atrox motum bellum, tantò acrius, quantò fraternalibus odiis patratum. Uſquequò calamitates, ac ſubditorum pericula pertęſis Regibus authoritate Summi Antiſtitis Leonis pax conſtituta, Regnaque diviſa: etſi in ea diviſione narranda varii ſint Scriptores

(36.) Paul. Æmil. *in Clothard II.*

(volente Guagino) præscriptam Ludovico Italiam, Lothario Austriam, Carolo Galliam: Aliis, Lothario Imperatoriam Majestatem cum Regno Italiæ, Proenzam, & Lotharingiam. Ex communi verò assensu, legimus, Galliam sorte datam Carolo, (37.) quam sub titulo Calvi tenuit, & transmisit ad filios.

(37.) Guagin. *Compend. Reg Franc. lib. 5.* Paul. Æmil. *de reb. gest. Franc in Carol. Calv.* Sabellic. *Ænead. 9. lib. 1.* Tarcanot *Histor. del Mund. par. 2. lib. 10.* Petr. Mexia, *Cæsar in Lothar. 1.*

Edoceamur à Gallis: Quæ injustitiæ, iniquitatis, lęsionisvè causa inest in renuntiatione Reginæ Christianissimæ, quæ in pacto, per quod traditum Galliarum Regnum Carolo, non inveniatur? Et si causa pacis ineundæ justa fuit, ac legitima fraternalis conventio omni jure Naturæ, Gentium, ac Civili correcto; quarè non erit justum, & æquum ad ineundam pacem, inter Catholicum, & Christianissimum Reges, stipulatum, pollicitum, & conventum renuntiationis fœdus?

Si autem hæc sunt recepta Gentium moribus, usuque Majestatico ad inviolabilitatem sacram fœderum, fœcialiumque pactorum; haud silentio derelinquenda, quæ intra Brabantiæ circulos à Francis laudatum, notamus. Invenimus Lotharium Imperatorem ex more Gallo-Franco hæreditariis portionibus Dominia inter filios testamentariè divisisse, designata Lothario Burgundia, & Brabantia; (38.) à quo ortus titulus, & nomen Regni Lotharingiæ. Defuncto verò absque liberis Lothario, cujus morte Lotharingiæ Regnum competebat Ludovico Imperatori Lotharii fratri, Carolus Calvus Gallorum Rex, patruus Ludovici, & Lotharii, jure Naturæ, Sanguinis, & Civili, hæreditarięque successionis violato, manu armata Regnum Lotharii invasit, & retinuit. De qua violenta usurpatione offensus Imperator, Pontificem Adrianum adiit, perturbatum Naturæ, ac Gentium jus à patruo referens; Dominia sibi hæreditaria, sanguinis principio, & origine obvenientia, armorum potentia ablata. Et quamvis à Patre Patrum optatum, & præceptum, ut per justitiæ tramites contentio verteretur de hæreditate, seu jure delato morte Lotharii; renuit Gallus, & aperto Marte possessionem Regni, ac Dominationem tenuit, usquequò fœdus initum fuit, pactumque inter patruum, & nepotem (39.) diviso nempè Lotharingiæ Circulo; ex quo titulo Gallia nacta est pos-

(38.) Paul. Æmil. in Ludovic. Balb. *Fœdus cum Germanis Regibus fuit his legibus ut Lotharingia inter Francos, Germanosque æquis partibus dividiretur*, Guagin. *dict. lib. 5. in Ludovic. Balb.*

(39.) *Vide, quæ notantur Tract. 2. §. 1. in 2. ætate Brabant. à num. 3.* Chiflet. *vindic Gall lumin.* Salic. *Lumin 14.* Petr. Deutrem *in not. Constantinop. Belgic. li. 1. cap. 1. num. 9.*

ses-

ſeſſionem Civitatum, Ditionum, & Territoriorum Lotharingiæ, à Carolo Calvo, uſque ad ſceptrum Lotharii Regis Francorum ex ſanguine Carolingia ultimi, Carolique Primi Ducis Brabantinorum.

Nec abſconditæ Gentibus variæ familiarum, ac ſucceſſionum mutationes Gallicanæ Dominationis, juraque, quibus ad ſceptrum Francorum deventum (omnia verò ſi veritati non eatur inficias, innixa pactorum fœderalium poſitionibus, ut aliis rejectis de Lotharingica contentione notum) tàm ſub Imperatore Henrico II. quàm ſub Othone II. de eo ſtatu contendentibus, cui controverſæ tamdiu liti finem impoſuit matrimonium Othonis cum ſorore Regis Galliarum, vidua Sigeberti Ducis Lotharingiæ. 40.)

(40.) Paul. Æmil. in Lothar. Tharcan. *d. par. 2. lib.* 10.

Extincta fuit Carolina ſtirps morte Ludovici (41.) V. arrepta ab Hugone Capeto violenter Gallicana Dominatione. Et quamvis ſanguini ſuo ſceptrum firmaſſe ſategerit, lata in ſceptrum ſucceſſionis lege, (42.) nihilominus ſpreta illius propria conſtitutione ſtipulationum fœderalium, ſuſtinuit leges: Mortuo enim Hugone ſucceſſit Robertus filius, cui ſuperſtites fuerunt duo filii Robertus primogenitus, Henricus ſecundus; rejecta verò primogenituræ prærogativa, Hugoniſque Parentis ſuccedendi prolata lege, teſtamento Robertus Pater prętulit in Regno Roberto filio majori Henricum ſecundum. De qua prælatione, commota Conſtanza Mater bellum cruentum in tutamen filii ſuſcepit, quo turbata fuit Gallorum quies, uſque ad fœdus, & pacem inter fratres; ex qua conceſſum fuit Regnum Henrico, & ſucceſſoribus, renuntiato, ac remiſſo à Roberto ſibi competenti jure naturæ, nativitatis, & legis: eodemque pacto conceſſus Roberto Burgundiæ Ducatus, (43.) illoque titulo firmatus ſibi, & ſucceſſoribus; ſicuti, & ipſa Burgundiæ Dignitas in Roberto Ambuenſi, ſponſo Eliſabethæ filiæ Caroli Ducis Lotharingiæ, contendente de ſucceſſione cum Antonio Caroli Ducis filio, conante ſucceſſionem agnationis ex qualitate maſculinitatis, excludente fœminam, etſi ultimi poſſeſſoris filiam. (44.)

(41.) Paul. Æmil. *in Ludovic. V.*

(42.) Arn. Englebert. *de ſucceſſ. in elect. theſ.* 71. Beſold. *diſp.* 1. *diſp. de Reg. ſucceſſ. theſ.* 15. Joan. Lym. *not. Gall. li.* 1. *cap.* 8. *intellig. lit KK. lib.* 2. *cap.* 2. *lit. N.* Vincent. Cabot. *lib.* 1. *diſp. cap.* 13.

(43.) Paul. Æmil. *in Henric. I.*

Noſtris quoque ſæculis (omiſſa antiquorum ſenten-

(44.) Idem Æmil. *in Carol. VII.*

tia, in fœdere Matritenſi Caroli V. (45.) & Franciſci I. Gallorum Regis) notantur ſuprema jura, & Dominationes in commercium productæ, remiſſæ, & renuntiatæ. Et quamvis injuſta pacta decantata, & declamata à Gallis, jure tamen Gentium valente, juſta, ac legitima laudata ſunt. (46.) Quarè in fœdere Creſpenſi ab ipſis Imperatore, & Rege inito, pollicitum, conſtitutum, ac laudatum fuit abſque injuſtitiæ labe, iniquitatis nota, & læſionis incommodo, dummodò Imperator in matrimonium traderet unam ex filiabus Carolo Primogenito Franciſci, daretque in dotem filiæ Status Belgicos: (47.) Si verò Caroli ſponſalia cum filia Imperatoris executionem non ſortirentur, traderetur Carolo filia Archiducis Ferdinandi, Imperatoris fratris, dato in dotem nepti Mediolanenſi Ducatu. Quod pactum executioni mandatum eſſet, doſque tradita, etſi denudatis filiis maſculis jure nativo, ni immatura Caroli morte turbaretur ordo voluntatis; illud verò injuſtum, ac illegitimum fuiſſe, nec auſam dicere Galliam, nec aſſerturam credimus, cum nec juſtior, attento jure publico, ac æquior fuerit diviſio Lotharingiæ inter Carolum Craſſum, & Ludovicum Balbum: Aut donatio Regni Italiæ facta in favorem Lotharii, filii Ducis Hugonis Arelatenſis ab Othone Imperatore II. ad reſtringendas contentiones ortas ex jure materno Aleidis filiæ Arnulphi Burgundiæ Ducis: Aut pactum Lotharii II. Gallorum Regis, inter Theodoretum, & Theodobaldum, in quo ad reſtringendum bellum promiſſi, ac dati ſunt Theodobaldo Comitatus Campaniæ, & Turonenſis. (48.)

(45.) Sandov. *Hiſtor. Carol. V. lib.* 14. §. 4. Pont. Heuth. *rer. Belgicar. lib.* 9.

(46.) Henric. Bruning. *de var. univerſ. ſpecieb. theſ.* 4. *lit. A.*

(47.) Sandov. *Hiſtor. Caroli V. lib.* 26. §. 27. Franciſc. Hareus, *Ann. Brab. in Carol. V. ann.* 1544. Pont. Heuth. *rer. Belgic. lib.* 12.

(48.) Guagin. *in Clozard. II. lib.* 2.

Si enim ex his habitum jus fundamentale Regnorum, & Imperiorum, receptumque ad Majeſtatis ſplendorem, & authoritatem, ut ſtipulata, promiſſa, renuntiataque in pactis Regum virtutem, legitimitatem, vim, firmitatemque recipiant, nuda ex pollicitatione, rejectis, ac reſtrictis Naturæ, Gentium, Civilique juribus, denegatis etiam filiis, quidquid naturæ dictamine obventurum erat: ac etiam ſi publica ſalus exegerit, conceſſa Patribus vitæ, & necis poteſtate. [49.]

Quo principio, quo dictamine juris, rationis, aut

(49.) *L* 8. *tit.* 17. *par.* 4. *Siendo el padre cercado en algun Caſtillo, que tuvieſſe de ſu Señor, ſi fueſſe tan cuytado de fambre, que no ovieſſe al que comer, puede comer al fijo, ſin mal eſtança, antes que dieſſe el Caſtillo.*

æqui-

æquitatis, dicendum, promissa, ac constituta ex fœdere fore illegitima, injusta, & iniqua, ni calcato jure Dominationis, violata Majestatis fide, denigrato veritatis candore, subversoque omni humanæ naturæ ordine, pudorisque velamine disrupto? (50.)

(50.) Sen. *Tyest. act.* 2. ... *Ubi non est pudor, Nec cura juris.*

§. VI.

QUOD CUM MATRIMONIUM CHRIstianissimi Regis, & Serenissimæ Hispaniarum Infantis Mariæ Tharasiæ fuerit præcipuus finis; impulsiva, & efficiens causa fœderis initi, inter Catholicum, & Christianissimum Reges, pignusque inviolabilitatis, tan ex quæsito honore Regis sponsi, quam decore Stirpis Regiæ, & Regni, ob quæsitam diù, appetitam, optatamque pacem, renuntiatio antenuptialis, illius connubii causa, promissa, & executa, legitima, justaque habenda.

AXioma firmum, & inviolabile habitum ex communi assensu Gentium receptum, ac firmatum fuit, ut pax inter Supremos discussa, ac firmata, justa, ac legitima laudetur: (1.) Cum, etsi indè oriantur damna, & incommoda in privatos, utilitate publica rependantur. [2.] Ob id, dum de pace ferienda agitur, contrahentium animos à Divina Themesi directos creditur, omniaque collimata ad tranquillitatem communem consequendam, salutem publicam tutandam, unitatem hominum, ac Gentium societatem naturalem conciliandam, injuriarum remissionem, correlationemque commerciorum, humanæ Civilis vitæ spiritum, ex quo semper, & ubique egreditur pax munita inexpugnabilibus fidei castris, speciosa, & suavis charitatis delitiis, justitiæ radiis, & splendore pulchra.

(1.) Æneas Sylv. *lib.* 2. *de reb gest.* Ildephons. Scokier. *aphor. Politic. lib.* 2. *cap.* 12. *in not. nu.* 13. *Poteras negare cum peterem, nunc autem sine turpitudine, quod promissum est, rescindere non potes.*

(2.) Tacit. *Habet aliquod ex iniquo omne malum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur*, Arnold. Clamp. *de Arcan. rer. public. lib.* 4. *c.* 4. Martin. Schoc. *tra. de Pace, cap.* 8.

Quarè in demonstrationem Religionis, veritatis, puritatisque necessariæ inter pacem ferientes, constituentes, & firmantes, titulo, & nomine fœderis (4.) ornatur.

(3.) Jul. Ferret. *de re milit. tract. de Feriis. nu.* 124.

Hujus politici, & sacrosancti pacis Sacramenti virtus haud abscondita Gallis (nec loquimur de Divi-

(4.) Latè Petr. Fab. *Semestr. lib.* 1. *cap.* 7.

no præcepto pacem inter Gentes declamante) quarè ad inurendam renuntiationi injuſtitiæ notam, eam non pacis origine decorant, etſi eo nomine concepta, & nata verè fuit, & ut pignus immutabilitatis, ſed vafrè contendunt, diſtinctum, ac ſeparatum eſſe pactum antenuptiale à fœderali: [5.) *In pacis enim fœdere verſantur, de quibus bello antè dimicatum fuit. Hic de Provinciis, & urbibus, quas jure belli Rex Chriſtianiſſimus detinebat; de regundis utriuſque Imperii finibus tranſactum, aliæ itidem quæ inter utramque Coronam motæ fuerant controverſiæ, ſunt compoſitæ, jura Sociorum, Principum, Magnatum eo quoque fœdere comprehenſa. Inſtrumenti verò dotalis alia longè ratio eſt. Quæ ad dotis conſtitutionem, quæ ad ſolutionis tempora, quæ ad Doarium pertinent, quæque à conditionibus pacis ſunt remotiſsima, id complectitur. Niſi ſi quis velit de Sereniſsimæ Infantis dote collocanda tum inter Gallos, Hiſpanoſque bello, & armis certatum fuiſſe. Id videlicet tum in contentionem veniebat, utrum Sereniſsima Hiſpaniæ Princeps incolumia, & ſalva ſua retineret jura, an Principatus omnes, & ſpem ſuccedendi abjiceret? Qui ergo potuit ad pacis conditiones id pertinere, de quo nulla tum erat controverſia? Pax quidem publica ex uſu, & re fuerit Sereniſs. Infantis; ſed ea communis genti, & Regno univerſo fuit utilitas: nec propterea bonis ſuis, & fortunis Principem ſpoliatam opportuit, aut illi detrimento eſſe, quod ad ſalutem Hiſpaniarum pertinebat. An illa pax, quæ Galliæ decora fuit, quæ partas ejus victorias ornavit, uni Galliarum Reginæ infeſta eſſe poteſt? Quid eſt, cur in illius perniciem cedat, cui maximo ornamento eſſe debet? Sed quid ego pluribus? Id ſatis eſt argumenti, Reginæ excluſionem à pacis negotio prorſus eſſe ſejunctam, quòd in eo fœdere ſit omninò prætermiſſa. Potuitnè res tanta, tan negligenter agi, ut nulla ejus mentio fieret in ipſo fœderis inſtrumento? Non adeò leves, & inconſiderati erant Hiſpanici Conſilii Adminiſtri, qui rem maximi momenti, & in qua ſumma rerum verteretur, ſilentio prætermitterent. Nec ipſis exciderat, quid in ſancito Madriti fœdere inter Franciſcum I. Galliæ Regem, & Carolum V. Imperatorem actum eſſet; in quo quidem non pacis modo, ſed etiam initi inter Franciſcum I. & Eleonoram quondam Luſitaniæ Reginam Caroli V. ſororem, connubii leges, & conditiones diligenter præſcriptæ fuerunt. Quid igitur in cauſa eſſe potuit, cur in hoc itidem fœ-*

(5.) *Tract. Reg. Chriſtian. jus in Braban. fol. 86. num. 5. & 6. Manif. Hiſp. fol. 119.*

fœdere illa excluſio, quâ pacem maximè contineri volunt concepta non fuerit, & dilucidè explicata?

Sed etſi ſpecioſa verbis ampullatis, vermiculata vocibus, compoſitaque ad alliciendos animos inveniatur oratio Gallicana, juris, aut æquitatis principia, quibus innituntur Regis Chriſtianiſſimi prætenſa jura, ignota ruſticitati noſtræ ſunt. Cùm, ſi ut decet, jura Majeſtatica introſpicimus, non contemnuntur tantùm, ſed abſolutè ab authore violantur. Primò enim omnia ab eo decantata reſonant, tum contrà venerationem, ac reverentiam Chriſtianiſſimæ Reginæ debitam, contrà puritatem dilectionis, quâ ſponſam ardebat ſponſus, hymenæoſque gratiſſimos anhelabat, demumque contra jus Fœciale, commune Gentium, Regaleque Politicum. Cuncta cauſatur, inficit, & turbat Scriptor ille, juſque, de quo facit humana, Regalia, & Divina; tantum proficua, & lucrativa, per fas & nefas ſuſpiciens. Quod mirarer minus, ſi ſcripſiſſet, non quidem ad firmanda jura inter Chriſtianiſſimos Reges, ſed ad tutanda arcana tempeſtaticæ Dominationis inter (6.) Othomannos, aut Cacopoliticos, apud quos viget axioma illud: Tamdiu amicitiis ſtandum, quamdiu in re, & lucro ſit. (7.)

Fulcitur mens noſtra, quod nempè Scriptor Gallicanus callidis, & vafris machinationibus debitam ſuis Regibus venerationem temerè contempſit. Ex eo, quòd cum Principum præcipua ſors ſit, dirigere, & verba, & facta ad famam, (8.) & nominis celebritatem, jacturamque prius ſubire fortunarum, quàm decoris, Regiæque fidei diſcrimen, (9.) etſi utiliſſimum foret, ut ex Ariſtidis exemplo edocemur, qui indignabundus repulit conſilium Themiſtoclis ſuadentis Athenienſibus, ut violato hoſpitalitatis jure, naves Græcorum incenderent.

Aſſerit ergò callidis (ut diximus) cavillationibus, optatum, ac concupitum connubium Sereniſs. Infantis, antenuptialeque pactum neceſſarium ad illud conſequendum, in quo concepta, ac ſtipulata renuntiatio, cauſam pacis non fuiſſe, nec fœderis, ſed diverſum quid origine, fineque ob id, & diſcriminanda pacta, accidenta-

(6.) Adam Contz. *Politic. lib. 8. cap. n. §. 3. Hinc nemo Turcis amicus eſt quia fœdera ſola utilitate metitur.*

(7.) Joann. Lymn. *not. Gall li. 1. cap. 3. lit. CC. Tamdiu ſervare amicitias quamdiu ex re ſuæ Regni eſſe intelligant.*

(8.) Cornel. Tacit. *lib. 6. Annal. Cæteris mortalium in eo ſtare conſilia quod ſibi conducere arbitrantur, Principum diverſam eſſe ſortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda.*

(9.) Æneas Sylv. *lib. 2. de reb. geſt. Ildephon. Si ex duobus, alterum me facere oportet, rerum, quàm famæ jacturam ſubibo.*

leque, ac ſeparatum eſſe fœdus, & renuntiationem. Nullum latet, ex hac aſſertione injuriam irrogatam dilectioni Regis, denigratum candorem moliminum, quibus in hymenæum Regius animus ferebatur, ut omnibus poſtpoſitis humanarum rerum curis, hanc unam amplexaretur, eaque ſola principaretur in eo, utque quam optaverat, Sereniſſ. Infantem, in uxorem ſuſciperet? (10.)

(10.) *L. Si quis, de cap. & poſtlim. reverſ. Et ex indè intelligi oportet remiſſum matri pignoris vinculum, ex quo ex ea ſuſcipere liberos optaverat.*

Quis dubitet offenſam Regalis fidei authoritatem, cum adverſetur aſſertio Gallici Scriptoris charitati, amorique Regio, directo ad legitimam, & honeſtam connubii unionem, cum hæc ſit Regiis demonſtrata litteris, quibus palàm profeſſus Chriſtianiſſ. Rex, nihil aliud anxiùs concupiviſſe propter ſe, propter Regiam Majeſtatem, propter commodum pacis, & ſubditorum tranquillitatem, quam Divinam, humanamque ſocietatem matrimonii celebrandi cum Sereniſſima Maria Tharaſia. Si autem grave crimen, inhoneſtumque inter privatos habetur, aliquid aſſerere contra proprium pactum, dictumve, (11.) turpeque audere ſucceſſorem filium, aut hæredem contra ſui prędeceſſoris, cui ſucceſſit, factum venire. (12.) Quid dicendum de eo, qui contrà ſui Principis mentem; preces, profeſſionem, ſacroſanctamque jurisjurandi firmatam fidem audet, inſcio, ac ignaro Rege (quod firmiter aſſerere audemus, ac quod à Gallo exarata, ſcriptaque, ab eo nec viſa, nec audita) aſſerere matrimonium non fuiſſe principalem finem, cauſam, ac præcipuum pacis ſcopum, cum ex Regia emologata voluntate verbis, & ſcripto, nihil aliud receptum, auditum, lectum, nec firmatum ſit, quàm quòd matrimonium fuit cauſa pacis. Audiamus Regiam animi, voluntatis, & charitatis profeſſionem: (13.)

(11.) *L. Cum profitearis, C. de revoc. donat. Cum profitearis in fraudem te alterius donaſſe profeſſionem inhoneſtam contineri intelligis, l. Tranſactione finita, C de tranſact. Grave; nec non criminoſum eſt*, Accur. *in l. Si creditoribus, C. de ſerv. pign. data*; Bald. & DD. *in dict. l ſi creditoribus*, Bart. & Jaſ. *in l. Si ſervus plurium, §. Si hæreditatis, de legat. 1. l. Debitori 5. §. fin. ad S. C. Trebell.*

(12.) *L. Filios, C de revoc. qui in fraud. cred.* ubi DD. Bart. Bald. Jaſ. *dict. in locis, l. Poſt legatum acceptum, de iis quib. ut indign.*

(13.) *Supra epiſt. Regis Chriſtian. fol. 10.*

Quandoquidem Omnipotens noſtris optimis animis, & ſtudiis benedictiones de Cælo pius emiſit, ut ſecura tranquillitas Orbi Chriſtiano effundatur, ſitque inter nos animorum ſumma illa conjunctio, ad quam ſanguinis proximitas ſuaptè natura conducebat: Nil aliud ad horum integram plenitudinem deſit, quam pacis perpetuam durationem firmiſsimè annectere, noſtræque neceſsitudinis, ac conſanguinitatis vincula validiſsimè coarc-

tare

tare nova alia unione, quàm diutissimè appetivimus: Horum ad effectum nuptias contrahere excogitavimus cum Serenissima Infante Domina Maria Theresia, &c.

Contra hanc Sacram publicè testatam Regiam professionem, cur non sacrilega dicatur, & inhonesta, Gallicani Scriptoris assertio? Quis enim, ni qui aulica aura agitatus, & affectandi studio delibutus, turpiter audebit dicere, Matrimonium non fuisse causam Pacis? Quis objcere Regi suo in fraudem Regis Catholici Patris (aliàs ni per matrimonium, & per renuntiationem tradituri filiam) Majestaticam petitionem dedisse, & Epistolam scripsisse prædatoriè? Nemo sanè, ni qui diuturna servitute ad nimiam adulationem eruditus conatur speciositatem charitatis turpi nota deformare.

Adversatur etiam declamatio Gallicana Majestaticæ authoritati, dum negat verbo, promissionique Regali Sacram fidem, quâ firmantur Suprema Majestatis Regalia: Nudo enim Regis verbo (14.) inesse voluere Gentes inviolabilitatem, firmitatem, ac fidem sic Sacram, ut etiam civiliter jurisjurandum [15.] superaret.

(14.) Besold. *de fœder. jur. cap. 6. ex Gunther. .... Nudo jus & reverentia verbo Regis inesse solet, quovis juramento major.*

Credimus certè Scriptorem Punicam exsuperasse fidem, natumque in Græcia: & in ejus impudentiam, insurrecturam indignationem Regis Christianissimi, quem depingit bifrontem, aliudque asserentem ore, quam quod haberet in corde. Si enim hostis aliquis publicus eam calumniam Regi tanto imposuisset, non quidem scripto, sed mussitatione labiorum, nonnè ira Regia excanduisset, & usque ad necem truculentam fatigasset? Rex Christianissimus optat, petit, scriptisque cupidinem testatur, Procumque se profitetur tantæ agnatæ: & coram ipso Rege, & Mundo hic Scriptor asserit, omne fucatum, & Regem Christianissimum id tantum egisse, eoque se armasse connubio, ut Catholicum Regem Parentem sponsæ, & Carolum fratrem vafrè sub eo titulo Pacis, & connubii, summis Domaniis denudaret, vilipensa fide data, bono publico calcato, subditorumque utilitate contempta. Demùmque Regem suum coæquat Antonio simi-

(15.) *Clement. 1. de probatio.* Larrea, *alleg. 60. per tot.* Dian. *Instit. Moral. par. 2. tit. 3. resol. 11.* Francis. Censal. *Addit. ad* Peregr. *de fideicom. art. 52. vers. Ex dictis. fol. 353.* Summa juris, ac veritatis notitia Excell. Dom. Christophor. Crespi, *Observ. in decis. Valent. observ. 1. ex nu. 57.* Thom. Lans. *disp. de leg. Reg. thes. 92.*

simili fraude expoſcenti filio ſuo in uxorem Regis Armeniæ filiam. (16.)

(16.) Dion. Caſ. *lib.* 49. *Hiſtor Roman. Porro autem quærens rationem qua minimo labore Regem Armeniæ viciſci poſſet. Miſſo ad eum Q. quodam Devio exoleto ſuo filiam ejus filio ſuo Alexandro videlicet, eam Matrimonio conjuncturus, multis eam policitationibus poposcit.*

Nemo enim eſt tam ſtupidæ mentis, quem non ſuboleat, fidem (17.) eſſe prçcipuum, maximumque Sacramentum, per quod ſtabilia, æternaque reddantur Imperia; ſanctiſſimum humani pectoris ſacrarium, certiſſimum humanæ ſalutis pignus, nihilque quod magis Regem deceat, quàm ut verbis ſuis ſtet fidelis; eamque reverentiam præſeferat, ut eis, prçcipuè fœderalibus, inviolabilitas, conſtantiaque executionis (18.) firmior, ac certior aſſiſtat, quàm in aliorum juramentis.

(17.) L. *In bello de capt. Niſi fœdere cautum fuerat.*

Nec modò ſacrum id fidei jus inter amicos, ſed apud Reges, inter inimicos etiam, in veneratione habitum, habendumque, nè ex illius, vel minutula violatione famæ periculum ſubeant. Id exemplar cum Pyrrho à Romanis actum legitur; nàm cùm Nicias Regis familiaris offerret Senatui Romano Pyrrhum eorum hoſtem ſemet clàm interfecturum, repulſa fœda oblatione, Niciaque contempto, certiorem Regem Romani fecerunt, jactantes non placere Patribus, dolis pugnare, honeſtatem triumpho præferentes, turpemque pronunciantes, etiam ab hoſte, partam dolo victoriam: Si ergo ſic à Regibus culta fides, & fidei honor, quam laudem inveniet ille nebuloſus Scriptor, qui conatur denigrare Chriſtianiſſimi Regis fidem, nec id in fraudem hoſtium, ſed Regis ſoceri piiſſimi, Catholiciſſimi, agentis bona fide, cum Rege Genero, nec aliud ſuſpicantis de filii Regia fide? Credo equidem, ſi Rex Chriſtianiſſimus legiſſet exarata ab eo, dicturum, quod decebat ipſum, decuitque Alexandrum qui Parmenioni neſcio quid indignum ſuadenti reſpondit: *Facerem id quidem, ſi Parmenio eſſem, verùm Alexandro neutiquam licet.*

(18.) Arnold. Clapm. *de Arcan. rer. public. lib. 5. cap. 8.* Schonborn. *Politic. lib. 4. cap. 26. & 36.* Pert. Greg. *de Republ. lib. 11. cap. 11. n. 13.* Petr. Gudelin. *de jur. Pacis, cap. 10.*

Hæc igitur, cum fidei Regiæ virtute vera ſint, authoritateque antenuptialis, ac fœderalis pacti immutabilia, cum in eo cap. 33. expreſsè profeſſum habeatur; Matrimonium Regis Chriſtianiſſimi, & Sereniſſimæ Infantis optatum fuiſſe, deſideratum, & petitum, ut illo medio feriretur fœdus, pax ſtabiliretur, reſ-

reſtringereturque bellum tamdiu atrox inter Hiſpana, & Gallicana Regna; nunc aſſerentes diverſum fuiſſe pactum fœderis à pacto antenuptiali, (19.) diverſiſque poſitionibus diſtinguenda, in nihil aliud collimant, quàm dolo parare victoriam, injuſtèque agere ad violandam fidem, qua virtute naturali firmantur pacta.

(19.) *L. Sicut*, C. *de obligat. & actionib.*

Nec facit aſſertio illa: *Utrique* (a) *etiam fœderi diverſa eſt ſubjecta materia, diverſi ſunt propoſiti fines. Reges quippè, ut ſui quiſque Imperii perſonam ſuſtinentes, de pace tranſigunt. Rex verò Chriſtianiſſimus Ludovicus XIV. & Sereniſſima Maria Theraſia Auſtriaca, ſoli inter ſe contrahunt, atque huic contractui Rex Catholicus, non alio quam Patris, & legitimi tutoris nomine intervenit: Ea quippe* (b) *in pacis fœdere verſantur, de quibus bello antè dimicatum eſt. Inſtrumenti verò dotalis alia longè ratio eſt, quæ ad dotis conſtitutionem, quæ ad ſolutionis tempora, quæ ad doarium pertinent, quæque à conditionibus pacis ſunt remotiſſima.*

(a) *Tract. Regin. Chriſtian. jus in Braban. fol. 84 num. 3.*

(b) *Eod. Tract fol. 87. num. 5. Manif. fol. 121. Las perſonas que tratare.*

Nam cùm juris ratio perpetua ſemper ſit, ac ſibi conſtans, Authoris Gallicani infeſtatio non obſtruet viam defenſioni, veritati, juſtitiæque, ad quam æquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes, ſimulatam Scriptoris Philoſophiam detegere conabimur, ut dignoſcatur pacis, & antenuptialis fœderalia pacta, nec diverſa habenda ratione materiæ, & finis, nec attenta perſonarum diverſitate.

Non enim diverſitatem verſari in pactis dicendum, quia in fœderali Reges ſui Imperii perſonam ſuſtinebant; in antenuptiali verò privatè ſolum Rex Chriſtianiſſimus, & Sereniſſima Infans contrahebant. Quidquid enim declamet Gallicana Rethorica, attentis juris poſitionibus, diverſitatem, aut individuitatem in pactis antenuptialibus non induci verum eſt ex rebus, exque perſonarum diverſitate, ſed ex cauſa inducente ad pactum, & ex voluntate contrahentium.

In cujus aſſertionis elucidationem, notandum primò: Quod etſi Scriptores defendentes prætenſa jura Regis Chriſtianiſſimi producta, conentur ex vi maritalis poteſtatis, matrimonialis ſocietatis, communioniſque bonorum inducere diverſitatem inter pactum fœderale, & antenuptiale; attamen omnia reſtringuntur,

tur, ſubjectaque ſunt moderamini legum, voluntati parentum, [a] ſtipulantiumque ſponſorum, (21.) politicis conſtitutionibus, ac pactis antenuptialibus. [b] Inſunt autem, ſuntque in matrimonio diverſi fines, intrinſecùs, & extrinſecùs: (22.) Extrinſecùs enim, legitimus, ac honeſtus habitus, [25.] ex qualitate ſponſæ, cum qua contrahitur, attentâ nobilitate generis, [c] ut ab Abrahamo edocemur jubente ſervo Eliacero, ne traderet uxorem filio ſuo Iſaac de Gente Cananæorum: cui mandato ſtetit, electa Rebecca, [23.] filia Bathuelis ex illuſtri progenie Sem, de qua aſcendentes Abrahami; item inſpecta pulchritudine, (24.) ut etiam habemus ex Sacra hiſtoria in Jacob, & Rachele. Addenda divitiarum, & fortunarum conſideratione teſte Baldo, (26.) aſſerente, contrahentem ſub pacto expreſſo certæ quantitatis in dotem tradendæ, ſi tradita non ſit, recuſare poſſe receptionem uxoris.

Pertinent enim teſte Paulo, (20.) in pactis antenuptialibus celebrandis, alia ad voluntatem, alia ad jus. Jus enim, & ab eo producta voluntati Parentum tradentium filias ſubſunt, ſatiſque eſt ad virtutem legalem Parentis voluntatem innotuiſſe filiæ; (d) prçcipuè, ſi aliàs non ſequeretur matrimonium. (e) Et tunc nec diverſitas perſonarum connubentium, & Parentis pactantis, diverſum, ac diſcretum pactum conſtituunt.

Cum ergo Pater Rex (non curatoris nomine, cujus officium non eſt nuptui tradere pupillam) (f) antenuptiali fœderali pacto, cum Genero futuro conveniſſet de renuntiatione, qua executa, & non aliàs, ſequeretur matrimonium; Quo jure, quo principio, dicendum diſtincta, dividua, diſcretaque pacta nuptialia, diverſæ qualitatis, ac naturæ, diſſimileſque illorum fines fuiſſe? Præcipuè attento Scriptorum ſenſu, qui quærentes, quando dicendum matrimonium fuiſſe cauſam, finemque potiſſimum pacti? Aſſerunt, cum aliàs connubium non ſequeretur, ni donatione, aut renuntiatione antenup-

(a) Anton. Fab. *in Cod. de pact. convent. diffic. 11. num. 9.*

(20.) *L. Si pater, §. ex pactis, de pact. dotal.*

(21.) *L Liberorum, §. ult. de verbor. ſignific.* Hothom & Harprec. *§. Jus naturale, Inſt. de jur. nat.*

(b) Corn. Noeſtadius, *de pact. antenupt. obſervat rer. jud. c. obſer. 2. in not verſ. Sed cum,* Anton. Fab. *dict. tit. de pact. convent. diffic. 1. num 8.*

(22.) *L. Si de dote, de jur. dot.* Soto *in 4. diſt. 3. 20. quæſt. 1. art. 2. concl. 3.* Sanch. *de Matrim. lib. 2. diſput. 29. num. 17.* Guillielm. Bened. *cap. Raynutius, verbo Cuidam Petro, à num. 23. & 24.*

(23.) Geneſ. *cap. 24.* Div. Chryſoſt. *homil. 48 in Geneſ.* Pereyt. *in Geneſ. dict cap. 24 diſp. 3. num. 29.*

(24.) *Cap. 2. de ſponſal.* ubi Abb. *num. 3. gloſ. 27 quæſt. 1. Pulchritudo fœminæ.*

(25.) Sot. Sanch. *dict. in locis,* Baſil. *de Matr. lib. 1. cap. 21. num. 13.*

(26.) Bald. *Cap Quemadmodum num. 8. de jure jurando.*

(c) Guillelm. Bened. *cap. Raynutius, verb. Cuidam Petro, num. 23. & ſequentib.*
(d) Ant. Fab. *Cod de pact. convent. diffic. 11. num. 8 & 9.*
(e) Idem Fab. *diffic 7.*
(f) *L. Sciendum, de rit. nuptiar.*

nup-

nuptiali pollicita, ac executa, (27.) vel cùm inter contrahentes expresè cautum, matrimonium causam dedisse pacto.

Nec facit etiam temporaria declamatio, asserens renuntiationem pactorum antenuptialium fuisse eversionem : *Illud* (*a*) *conjugium, ex arctissima, & individua societate constare, non ex iniqua conventione, aut renunciatione : quæ si abfuerit, connubium nihilominus erit omni ex parte perfectum.* Fatemur equidem, matrimonium absque dote, pactoque perfectum. Sed quærimus, nonnè imperfectum, injustum pactum, contrariumque juri publico antenuptiale, Parentum, connubentiumque voto contractum (*b*) de dote, aut de donatione ? Haud esse ullum credimus asserentem Doctorem initio, anteque matrimonium publico bono non interesse, (*c*) dotalibus pactis legem dari, etiamque citra mulieris personam non posse : (*d*) fatentemque versari discrimen inter pacta pacis, & antenuptiale, cùm ex quo in tabulis matrimonialibus actum fuit à Regibus de renuntiatione ad bonum pacis consequendum, illamque firmandam ob Regni Hispani decus, & familiæ, indiscriminatim standum pacto, habendaque individùa fœderale, & matrimoniale ; etsi discriminatim exarata tàm jure communi, (*e*) quàm Ripuario, (*f*) Gallo-Franco inspecto. Præcipuè cum solemni formula moderata fuerint, maturo consilio, prudentia Legatorum, authoritateque Regum, (*g*) firmata, sine tædio, sine molestia, inconcusso amicitiæ, & affectus vinculo ; tunc enim, ut leges, contractus servandæ sunt : Præsertim cùm aliter matrimonium non fuisset secutum, asserente Ludovico ab Haro, ni pacta renuntiatione, se fœdus inire nequiisse : Audite modulatum : *Negare* (28.) *tamen summo Regis Consilio persuaderi posse, ut ab ea conditione discederet, idque si ipse tentaret, nihil promoturum ; ac fore, ut in omnium reprehensiones incurreret, quòd contra recentis memoriæ testatissimum exemplum obniti auderet. Cùm itaque Cardinalis Mazarinus Hispanos ita obfirmatos cerneret, ut ab ea sententia deduci non possent, ac subindè vereretur, nè si re infecta discederet, invidia omnis penes Galliam esset, quòd vanum terrorem prætexens, omnem ineundæ concordiæ spem incidis-*

(27.) *L. Damus, l. In summa, §. Id quodque, de cond. indeb.* Bart. *in l. Si cum te n.* 3. ubi Paul. de Castr. *de pact.* Steph. Gratian. *discept. cap.* 96. *n.* 41. Larrea *alleg.* 46. *n.* 24. Molin. *de Primog. lib.* 1. *cap.* 5. *à n.* 1. Castillo, referens innumeros DD. *lib.* 4. *controv. cap.* 47. *à n.* 17. Molin. *de ritu. nuptiar. lib.* 3. *q.* 12. *à n.* 14. ex Paul. de Castr. Panormit. & aliis Monter. *decis.* 10. *n.* 11. Fontan. *de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 1. *n.* 16. *p.* 1. Mastrill. *decis.* 30. *n.* 10.

(*a*) *Tract. Regin. Christian. succeff. in Braban. fol.* 85. *num.* 4.

(*b*) *L.* 1. *de jur. dot.*

(*c*) Vacun. à Vacun. *declarat. lib.* 1. *declar.* 21. *n.* 15. Fontanel. *de pact. nuptial. claus.* 5. *glos.* 1. *part.* 1. *n.* 6.

(*d*) *L. cum dos, de pact. nuptial.*

(*e*) *L.* 1. §. *Illud, C. de rei uxor. act.*

(*f*) *L. Ripuar. tit.* 39. *de dot. mulier. Si quis mulierem desponsaverit, quidquid per Tabulas, seu cartharum instrumenta conscripserit, perpetualiter inconvulsum permaneat.*

(*g*) Ann. Robert. *rer. judic. lib.* 4. *cap.* 1. Fontanel. *de pact. nuptial. part.* 2. *claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 12. *num.* 55.

(28.) *Tract. Reg. Christian. fol.* 13. *n.* 4. & *fol.* 14. *n.* 5.

cidiſſet, omninò ex fide ſua, & prudentia eſſe duxit, neglecta inutili clauſula, quæ nec Regi obeſſe poſſet, nec executioni mandari, niſi omnia violarentur jura, paci, & tranquillitati Orbis Chriſtiani conſulere, neque id committere, ut ſua culpa totius Europæ ſpes in irritum caderent.

Quis enim hac rejecta profeſſione Cardinalis Mazarini Chriſtianiſſimi Regis Legati, aſſertione ipſius pacti fœderalis cap. 33. obliteratiſque antenuptialis fœderis verbis, aſſerere auſus diſcrimen verſari in pactis, cùm matrimonium pacem pepererit, & pax matrimonium, ob quod lucrandum fores patuiſſent fœderi, ipſumque fuiſſet, quaſi aurea clavis, qua reſerarentur portæ ferreæ ad commune bonum pacis antea præcluſæ belli ſtrage, armorum immanitate, cruentaque militum manu; & ut illo placido libertatis uſu, medio connubio conſecuto, (29.) Chriſtianiſſimi Regis Regnum fruereturAuguſtiſſima Regalis conjugii dulcedine, ſolatium fidele ex honoratiſſimo Regalis ſtemmatis augmento, (30.) decore, utilitate, fructibuſque amicitiæ à matrimonio productis. Quis etiam dicere auſit in pacto antenuptiali, non de Provinciis actum, de utriuſque Imperii finibus, de juribus Sociorum, de tranſigendis inter utramque Coronam controverſiis; ſed de dotis conſtitutione, ſolutione, doario, aliiſque rebus à pace remotiſſimis: cum ſi denegata fuiſſet in antenuptiali pacto renuntiatio, nec feriretur fœdus, firmaretur pax, nec conſuleretur tranquillitati Chriſtianiſſimi Regni, immò ſpes totius Europæ in irritum caderet. (31.)

Sunt enim matrimonia, ex communi Gentium placito, media præcipua, cauſæ principes, quibus ad pacem, ac amicitias decurritur. Præſtat exemplum Sacra hiſtoria, & teneat Principatum, quòd ex prima periodo Mundi narratur, de Hemer Sichimitarum Principe. Petiit enim in uxorem filio ſuo Sichem Dinam, unicam Jacob filiam, reponens ex eo connubio pacem oriundam inter filios Jacob, & Sichimitas, habitationem, poſſeſſionem terræ, amicitiam, negotiationem, correlationem, tranquillitatemque communem in utriuſque Gentis commodum. (32.) Quæ ſumma ratio

im-

(29.) *Cap. 2. de deſponſ. impuber.* ubi Abb. *nu.* 3.

(30.) Caſſiodor. *lib.* 4. *Epiſt.* 1. *Mittimus ad vos oriundum aulicæ domus, augmenta generis, ſolatia fidelis Conſilii, dulcedinem ſuaviſſimam conjugalem: Quæ & dominatûm jure vobiſcum impleat, & rationem veſtram meliore inſtitutione componat.*

(31.) Don Rodrigo de Meneſes *juizio Hiſtorico ſobre à Paz, celebrada entre las Coronas de Francia, & Caſtella, anno de* 1660. *fol.* 245. *Hachaſe en tanto França pacifica, logrando, à fertilidad de ſeus Paiſes, à utilidade de ſuas Artes, à franqueza de ſeus comercios, à comodidade de ſeus portos.*

(32.) *Geneſ. cap.* 34.

impulit Jacob tradere filiam in matrimonium Sichem, à quo oblita injuria publica, pax, & amicitia orta fuit inter Sichimitas, & filios Jacob; fortaſſè negari poſſet matrimonium fuiſſe cauſam, ac originem fœderis? Virtus ex illo producta ignota eſt alicui? Illius violatio cauſam præbuit, ut furor Simeonis, & Levi (33.) maledicerētur, illique, tamquam pertinaces, & vaſa iniquitatis, ac crudelitatis à patre (34.) benedictione, ac Primogenitura privarentur.

(33.) *Geneſ. cap.* 49.

(34.) Diu. Thom. *in Geneſ. dict. cap.* 34. Pereyr. *in Geneſ. diſp.* 2. *per tot.* ex Carthuſian. Cajetan. & aliis.

Nec alia expectanda minor vindicta in fide, & pietate Catholicorum Regum in violatores pacis, authoreſque tot cædum, calamitatum, incendiorum, pullulantium ex violatione pacis celebratæ, pacti initi, ſacroſancti juramenti, Religione, Fideque publica emologati; Inque impulſores, qui negata juſtitiæ virtute aſſentatorio ſtylo tutantur injuſtitiam, Fidemque publicam, ac Regalem contemnunt.

Nec faciunt, quæ repetunt: *Aliud eſſe pacis, aliud nuptiarum fœdus. Rex Chriſtianiſſimus cum Rege Catholico, pace compoſita, utrique Regno conſuluit, ſibi duxit uxorem: hoc domeſticum, & privatum, illud publicum fœdus fecit.* Nec unita, ac correlativa dicenda: *Niſi* (a) *ſi quis velit de Sereniſſimæ Infantis dote collocanda tùm inter Gallos, Hiſpanoſque bello, & armis certatum fuiſſe. Id videlicet tùm in contentionem veniebat, utrùm Sereniſſima Hiſpaniæ Princeps incolumia, & ſalva ſua retineret jura; an Principatus omnes, & ſpem ſuccedendi abiiceret? Qui ergo potuit ad pacis conditiones id pertinere, de quo nulla tùm erat controverſia? Pax quidem publica ex uſu, & re fuerit Sereniſſimæ Infantis; ſed ea communis genti, & Regno univerſo fuit utilitas: nec propterea bonis ſuis, & fortunis Principem ſpoliatam oportuit, aut illi detrimento eſſe, quod ad ſalutem Hiſpaniarum pertinebat.*

(a) *Dict. Tractat. fol.* 87. *num.* 5.

Cum hæc omnia ad nimiam adulationem directa, collectaneo vitio aſſentationem levem præſeferant; Fatemur enim matrimonia mutua voluntate contrahentium firmari. Ex quo Regium Chriſtianiſſimorum connubium, & ſi abfuiſſet pactum, fuit, & eſt ex omni parte perfectum, cum jam jam antiquatæ ſint Romanorum formulæ, civiles conſtitutiones, Provincia-

ciarum mores, neceſſariò in matrimoniis requirentes Parentum conſenſum, vel illorum ſub quorum erant poteſtate, aut authoritate (35.) contrahentes.

Sed cum contentio non ſit (ut notamus ſuprà) circa virtutem matrimonii, ſed circa legitimitatem, juſtitiam, cauſam, finemque antenuptialis pacti, initi inter Principes, Catholicum Regem, Patrem ſponſæ, Chriſtianiſſimum Ludovicum Regem, & ſponſum futurum, ex correlativa, & expreſſa voluntate illorum contrahentium, indiviſibiliter circumferendæ ſunt ad vim pacti qualitates omnes eis inhærentes. Rex enim noſter, utique & Rex Chriſtianiſſimus, ad pactum antenuptiale neceſſariam, & legitimam perſonam utrique pacto ſuſtinebat, (36. (nec naturalem tantùm, ſed politicam. (37.) Ex quibus nec dubitandum pacta diverſo jure, diverſiſque qualitatibus attentis, verſari potuiſſe; ſed id ante promiſſum, non poſt. (38.) Innegabile enim aſſeritur, Regem noſtrum potuiſſe attenta naturali charitate, ſeu obligatione locare filiam ſimplici antenuptiali pacto, ſub nuda dotis conſtitutione; ſed cùm proſpecta præexcellentiori qualitate Regia, ex qua tenebatur præferre commodo filiæ utilitatem publicam, communemque Regnorum, renuit, quaſi Rex, petito connubio concurrere, fœderique pacis, ni ſtipulatione, & renuntiatione prævia, ſubque conditionibus, nec privatis tantùm, ſed publicis, quibus annuit Rex Chriſtianiſſimus, ut Sponſus, etiam & Rex, (39.) nec inſcius, nec dubius, nota enim ei fuit renuntiationis ſtipulatio, nec inſidiosè, aut inſimulatè petita; ſed palàm, talique ſub neceſſitate renuntiandi, ut aliàs nec matrimonium, nec pax ferienda foret.

Ex quo ſic individua, ſic connexa, ſic unita pacis, & antenuptialia fœdera, ſic quaſi à Regibus acta, non quaſi à Patre, & ſponſo (40.) tantùm, ſicque in re publica, non privata, (41.) filiæ & ſponſæ, ut quod pollicitum, &

(35.) L. 2 *l. Oratione, de rit. nupt. l. 2. C. de nupt. §. 1. Inſt. eod. l. Paulus, de ſtat homin. cap. Aliter.* 30. *q.* 5. Ex Conc. Moguntin. Toletan. & aliis latè Baſil. *de Matrim. lib. 2. cap. 1.* Alciat. *lib. 4. Parergon. cap. 22.* Cujac. *lib. 3. obſervat, cap. 5.*

(36.) *L. Cum dos, l. cum pater, l. ſi pater, de pact. dotal. l. Quodcumque §. 1. l. quod dicitur,* ubi Bart. Jat. Alex. *de verb. oblig.* Covarru. *cap. quamvis pactum, 3. p. in init. n. 6.* Surd. *deciſ. 322.* Menoch. *conſ. 371. nu. 9 & conſ. 489. num. 8.* Peregr. *conſ. 8. num. 42.* Molin. *de rit. nupt. lib. 3. q. 83. num. 22.*

(37.) *L. ſi de dote, de jur. dot.*

(38.) Æneas Sylu. *lib. 2. de reb. geſt. Ildephon. Poteras negare, cum peterem, nunc autem ſine turpitudine, quod promiſſum eſt, reſcindere non potes.* Kokier, *Aphoriſm. Politic. in not. lib. 2. cap. 12. num. 13.*

(39.) *Cap. cum inter 5. de elect. l. ſi Pater, §. Qui duos, de adoption. Facit enim hoc, quaſi quilibet, non quaſi avus, l. Item, quod cujuſque unius nom. Quaſi decurio enim hoc dedit, non quaſi domeſtica perſona.*

(40.) *L. Profectitia, §. Papinianus, de jur. dot. Magis eum, quaſi patrem, quam ſi curatorem id feciſſe videri.*

(41.) *Cap. ſi Eccleſ. 23. quæſt. 4. Aliter enim ſervit, quia homo eſt: aliter etiam, quia & Rex eſt: quia homo eſt, ei ſervit vivendo fideliter; quia etiam verò Rex eſt, ſervit leges juſta præcipientes, & contraria prohibentes, convenienti vigore ſanciendo.*

& ſtipulatum fuit, individuum à pacis fœdere habendum ſit, & tàm firmiter promiſſum, ut abſque turpitudine renuentis reſcindi non poſſit.

Sanè, etſi nec moleſti eſſe deſideramus, cumulantes communia juris axiomata; cum tamen neceſſe ſit principia illius recolere, ut evincatur Gallicanos Scriptores verſatos, non contra Majeſtatica juris principia tantùm, quibus trutinanda contentio, ſed contra communia Ordinarii, ac Privati. Notandum eſt, attentis fœderalis, & antenuptialis actus verbis illius, & cap. 33. Pacis, Regem noſtrum Catholicum, ejuſque mandato Ludovicum de Haro egiſſe cum Cardinali Mazarino, de connubio Regis Chriſtianiſſimi, Sereniſſimæque Infantis, propoſito in primo ſtatim congreſſu ſtipulandum, ſponſam futuram renuntiaturam omne jus in omnes hæreditates, quæcumque illæ eſſent, ſimulque, & jus ſuccedendi in Regna, & Principatus Hiſpanicæ Dominationis, taliter, ut ab eis unà cum ſuis liberis denudaretur.

Cum ergò propoſita, acta, & ſtipulata tàm in antenuptiali, quàm fœderali pacto verſentur in rempublicam, nec pax ferienda, ni antecedente renuntiationis ſtipulatione, nec connubium, nec individua dicenda fœdera, quoad virtutem, etſi ſeparatim exarata, nec diſcriminatim (42.) referenda Catholici Regis noſtri perſona, attenta paternæ poteſtatis qualitate in eo, (43.) & charitate naturali in filia elocanda. Ex quo etſi Galli aſſertores diſcreta eſſe jura voluerunt in fœderibus verſata, ſed ſemper, & ubique fatendum, non egiſſe quaſi Patrem ſolùm, ſed quaſi Regem in re communi, & in tutelam boni publici, quo caſu à Regia Majeſtate, & poteſtate inſeparabilis eſt, ac individua ad virtutem actûs quæcumque alia conſideratio perſonæ. (44.)

Neque etiam diſcrimen, ac diviſibilitas pactorum verſatur ex interventione filiæ elocandæ, nec jurium diverſitas eam comitantium inducere valuit voluntatis, & fœderis diviſionem: (45.) Sereniſſima enim Maria Thereſia in renuntiatione jurium in ſpe competentium, non intervenit quatenus filia, ſed quatenus pars politici corporis (46.) Regni. Quæ qualitas

(42.) *L. Tutorem, quib. ut in ign. Diſcreta ſunt enim jura, quamvis plura in eandem perſonam devenerint. Aliud Tutoris, aliud Legatarii.*

(43.) *Manif. fol.* 123. & 125.

(44.) *Dict. l. Qui pater, §. Qui alios, de adoptio. l. Item eorum,* ubi DD. Præcipuè Fab. *quod cujuſ. univerſ. nom. l. Nam quod l. Debitor §. Ea ad Trebel.* hic Faber: *Frater hoc Fratri ſuffragium dedit, non quaſi Frater, aut quaſi domeſtica perſona, ſed quaſi Decurio, id eſt tamquam publica perſona, & in ea re, in qua nulla prorſus habebatur ratio familiæ, & Patriæ poteſtatis, cap. Cum inter,* ubi Abb. *nu.* 6. & Scribent. *de elect.* Barthol. Kellemb. *de renunt. illuſtr. fœmin. quæſt.* 14. *num.* 16.

(45.) *Eum, qui, §. Pro patre, quib. ut indign. Neque enim rationem juris ac poſſeſſionis varietatem inducere diviſionem voluntatis,*

(46.) *L.* 1. *tit.* 7. *par.* 2. *l.* 2. & 3. *tit.* 15. *part.* 3.

tas sic nativa, sicque inseparabilis, ut nullus sit sic Civiliter sacrilegus, qui ausus fuerit vassallos pura voce dicere Regum filios, immò ad designandam nativam illorum Majestatem augebantur (47.) Imperialibus nominibus, ex quo dicebantur: *Adminicula* (48.) *Augusti*, *subsidia Imperii*, *Dominationis monumenta*; à quo nec dissensit Scriptor illos nuncupans *Sceptrorum subsidia*. (49.)

(47.) Petr. Greg. *de Republ. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 7. Tacit. *lib.* 1. *Annal.*

(48.) Ex Senec. Tacit. Sueton. Arnol. Clapmar. *de Arcan. rer. public. lib.* 2. *cap.* 21.

(49.) *Manif. fol.* 203.

Quæ nativa qualitas suprema sic concupita, ut Imperatores, quibus Majestas non nativitate, sed electione tradebatur, quæsierint fictionem, quâ innata liberis Majestas crederetur, quare formulis à legibus Julia, & Papia inductis, quibus, ut filius patris sui hæres haberetur, necesse inductum, (50.) ut parentes liberos terra impositos levarent, susciperent, (51.) foverent, & sinu suo superimponerent. (52.) Quo ritu, Pharaonis filia Moysem in filium suscepit, Herculem Juno: (53.) ab Imperatoribus verò addita fuit cæremonia, ex qua nativitate quæsitam Majestatem quasi haurirent, statuentes, ut ad puerperium Tyrius thorus erigeretur (54.) matri parituræ, filiique Tyria sub chlamyde susciperentur, (55.) exceptique ibi in signum Majestatis, (56.) verè Imperii liberi dicerentur; ex quo sic nati vocabantur: *Nati in purpura*. (57.)

(50.) Cujac. *lib.* 13. *observat. cap.* 25. Demster ad Rosin. *antiquit. lib.* 2. *cap.* 19. Carranza, *de partu. cap.* 4. *n.* 33. Pineda *in Job, cap.* 1. *vers.* 21. *n.* 3. Galp. Sanch. *Comment. in Cantic. cap.* 8. *num.* 29.

(51.) *L. Quod certum, C. de liber. & posthum.* Plin. *lib.* 2. *cap.* 25. *& lib.* 7. Cujac. *lib.* 11. *observ. cap.* 30.

(52.) Stat. Papin. *lib.* 1. *Sylv.*

..... *Tellure cadentem*
Excepi, fovique sinu.

Sydon. Apollin. *carm.* 23. ubi Joan. Harpret. Demster ad Rosin. *lib.* 2. *cap.* 19. Tiraquel. *l. Si unquam, n.* 154. *verb. Susceperit.*

Nec hac jam inter Imperatores communi cæremonia contentus Constantinus, quasi antecessores præcederet Majestate, domum integram ex Porfido à fundamentis erexit, nominatam Porphyreticam, in quam migrasset Imperatrix prægnans, illic editura liberos

(53.) Joseph. *antiq. lib.* 2. *cap.* 5.

Au-

(54.) Dodor. Sycul. *antiquit. lib.* 4. *cap.* 3. Petr. Fabr. *lib.* 3. *semestr. cap.* 1.

(55.) Claud. *de tert. Honorii. Consulatu.*

..... *Cognata potestas*
Excipiet Tyrio venerabile pignus in ostro.
Acclinis genitrix auro, circumflua gemmis
In Tyrios enixa thoros, ululata verendis,
Aula puerperiis.

Et de quarto Consul.

(56.) Tert. *de Idolatr. cap.* 18. *Igitur purpura illa insignia dignitatis*, Cassiod. *lib.* 6. *cap.* 21. Bullenger. *de Imper. Roman. lib.* 2. *cap.* 4. Lorin. *comment. in Psal.* 98. *vers.* 5. Theod. Hoeping. *de jur. insign. cap.* 2. *num.* 707. & 844. Arnold. Clapm. *de Arcan. rer. publ. lib.* 3. *cap.* 9.

(57.) Zonar. *tom.* 3. *Annal. in Alex. Comnen. Quem ducem Michaëli in Purpura pepererat*, Luitprand. *in Chron. lib.* 1. *cap.* 2. & *lib.* 3. *cap.* 8. Bulenger. *de Imper. Rom. cap.* 9. & *lib.* 3. *cap.* 47. Theophyl. Symoc. *not. in Protovest. lib.* 1. *cap.* 6.

Augustales, qui Porphyrogeniti dicerentur, (58.) seu vir, seu fœmina, (59.) pariter, ut ex occidentali historia satis liquet, in qua etiam invenimus, quamplures Imperatores hoc titulo honoris, etiam post Imperium, nuncupatos. Tanti semper habita fuit filiorum inter supremos ratio, quâ exuere conantur Reginam Christianissimam Galli Scriptores.

Sed conveniamus Gallum, Sereniſſimæque Infantis jus cum communi Gentis Hispanicæ, & Gallicanæ confundamus, spoliatamque fuisse dicamus suis juribus, successionibus illi Regio juri, ac publico annexis, domesticisque, & privatis (liceat Hispanis, quorum in Regis filios obsequia sacra, hoc abuti Helleboro, (60.) quo Gallos tinxisse sagittas in venatu traditur, ut circumciso vulnere tenerior manderetur caro, ne violata debita reverentia Sereniſſimæ Infanti ab Hispano declametur, sed sciant omnes beneficii vi raptam mentem, quò non vult.) Nonnè Rex Catholicus pacis bono, ad illamque feriendam, potuit denudare filiam commodis, juribus, spe, successione, rerum omnium, sive præsentium, sive futurarum, etsi suprema essent? Quis Regi potestatem denegare ausus? Quo principio innixa contraria assertio, cùm juris sit votum, & scribentium, absolutè posse Reges Dominia, juraque subvertere, transferreque, nec dato cambio. (61.) Ex quo laudata ab Oldrado (62.) donatio Regis Aragoniæ, in pacto antenuptiali filiæ, ad pacem, & matrimonium cum Rege Castellæ, rejecto, nec attento jure filiis ex nativitate competenti.

Hæc omnia cum suprema sint, sacraque juris axiomata, adulatoriè magis, quam jurisprudenter credimus processisse Scriptorem discernentem à fœdere nuptiarum utilitatem publicam, asserentemque, illam ad conditiones antenuptiales non pertinere, immò privatum hoc fœdus, etsi ex publico manasset, ejusque esse fructum, nequaquam tamen pacis fœdere continendum, tàm (ut diximus) attentis bonis, & rebus, ex quibus actum; quàm qualitate personali Sereniſſimæ Infantis diversa ab ea, quam Reges sustinebant ad pacem feriendam. Cùm si Gentium jus, & Ar-

(58.) Luitprand. *in Chronic. lib. 1. cap. 7.* Zonar. *Annal. tom. 3.* Gretser. *in Codin. lib. 3. cap. 17. nu. 7.* Buleng. *de Imper. Roman. lib. 2. cap. 9.* Theophyl. Symoc. *in not. lib. 1. proto-veſt.* Georg. Franc. *cap. 6.*

(59.) Luitprand. *legat. ad Nicephor. Phoc. Ut porphyrogeniti, porphyrogenita, hoc eſt, in purpura nati, filia in purpura nata Gentibus miſceatur.*

(60.) Plin. *lib. 25. cap. 5. Gallos olim tinxiſſe ſagittas in venatu Helleboro, circumciſoque vulnere, teneriorem ſentiri carnem.*

(61.) L. Lucius, *de evictionib.* ubi DD. *l. Item ſi verberatum* §. 1. *de rei vind. l. Venditor,* §. *ſi conſtat, commun. præd. cap. Niſi eſſent, de Præbend.* Bart. *l. Quæcumque, C. de fid. inſtrument, & jur. haſt. Fiſcal. lib. 10.* Bald. *l. Conventionum, de pact.* Angel. *l. Benè à Zenone, C. de quadrien. præſcript.* Alex. *conſ. 94. num. 18. lib. 5.* Jaſ. *l. Gallus,* §. *Et quid ſi tantum, lect. 2. de liber. & poſthum.* Felin. & Ancharan. adducti à Capit. *deciſ. 166. n. 6.* Pariſ. *conſ. 10. n. 26. lib. 2.* Menoch. *conſ. 307. n. 40. & 41.* Beroi. *conſ. 76. n. 32.* Guilielm. Bened. latè in locis adductis à Mier *de majorat. 4. par. q. 22. n. 25. & 26.*

(62.) Oldrad. *conſ. 95. à num. 7.*

cana Majeſtatis recolimus, paſſim inveniamus, maximum, & præcipuum fuiſſe matrimonii fœdus Supremorum Regum inimicorum inter ſe ad feriendam pacem, amicorum, ad conſervandam, firmandamque, tradito invicem proprio ſanguine conjugio filiorum. (63.) Ex quo quoties in pacis fœdere connubia tractantur inter fœderatorum filias, quidquid ad id actum, & ſtipulatum ſit, individuum ab ipſa pace habitum, una voce prolatum, una fide. Nec ex quo ſoli ſponſi inter ſe matrimonium contrahant, diſcreta pacis fœdera, & antenuptialia ad connubium credita, ac dividua; cùm dividuitas, aut individuitas actus ex conventione, & intentione publica emologata, ac voluntate ſimultanea contrahentium, ex jureque ab illa producto conſtituatur, exque fine, ad quem tendit executio, non ex contrahentium corporum diverſitate, nec ex eo, quod quiſque fingit animo. (*a*)

(63.) Caſſiod. *dict. lib. 4. Epiſt. 1. Ut qui de Regia ſtirpe deſcenditis, nunc etiam Longius claritate Imperialis ſanguinis fulgeatis.*

(*a*) *L. Mevius, §. Sed ſi, de legat. 2. l. Servus, de ſtipulat. ſervor.* Oſſual. *lib. 15. comment. cap. 6.*

Princeps (ut diximus) arcanum illud notatur ex Sacra Hiſtoria. Etſi enim ſuperſtite adhuc Davide Patre, unctus fuit Salomon in Regem Iſraël, mortuoque illo, ſedit in throno; Regnum tamen auctum, confirmatumque dicitur à Sacris litteris in manu Salomonis, ex affinitate Regis Ægypti, accepta filia Pharaonis in matrimonium. (64.) In quo mirabile non ſcriptum, vel firmatum in throno Salomonem, ſed confirmatum fuiſſe Regnum ex affinitate, exque pace, ac amicitia ex illo producta, & nata connubio. Nàm cùm ab exitu Iſraël de Ægypto, bellis, & hoſtili manu, inimicitiiſque publicè digladiarentur Iſraëlitæ, & Ægyptii, illo matrimoniali vinculo firmata fuit pax, (65.) confirmatum Regnum, effectumque illuſtre, & excelſum ſuper omnes Gentes, Rexque cumulatus divitiis, negotiationibus, commerciis, & toto terrarum Orbe celebratus.

(64.) 3. *Reg. cap. 3. Confirmatum eſt igitur Regnum in manu Salomonis, & affinitate conjunctus eſt Pharaoni Regi Ægypti, accepit namque filiam ejus.*

(65.) Pined. *de reb. Salomon. lib. 5. cap. 2.* Cornel. à Lapid. *comment. in dict. cap. 3. Reg.* Gaſp. Sanch. *verſ. 1. num. B.*

Ex hoc ſupremitatis Sacro arcano, quo Reges collimant ad decorem Majeſtatis, confirmationem Regnorum, ſimulque ad ſubditorum tranquillitatem, & bonum orta ſunt axiomata, etiam Sacroſanctè politicè venerata, & recepta inter Gentes. Primum tendens indiſtinctè individua qualitate in Principes, & ſub-

ſubditos. Secundùm dividuum directè tantum in utile bonum ſubditorum.

Primum equidem eſt, ut Supremi connubia feriant, (66.) matrimoniis jungantur cum fœminis Majeſtaticæ Hierarchiæ, intraque ſupremitatis chariſmata natis, nè extra ordinem copulati contemnantur à ſuis (ut exemplo edocemur Alexandri, (67.) qui etſi gloria, & triumphis plenus fuit, & ad cujus conſpectum ſiluit terra, tamen quia repulſa filia Darii, Regiſque Scytharum, nupſit Roxanæ filiæ Cohortani Satrapæ, (68.) illum Regem agnoſcere pudebat amicos, mortuoque illo controverſia orta fuit, an ſuſcipiendus eſſet à Macedonibus in Regem filius Roxanæ) honorque Regis, & Regni abiiciatur, vel traducatur ab exteris Regibus, contemnentibus vilitatem ejus, qui inæquali conjugio ſibi placeret; ut de Agrammene Gangaridarum Rege ſcribitur. Nam cum incredibilia dicerentur Alexandro de hujus Regni Majeſtate, militum numero, divitiiſque, rogavit à Poro Rege, an ea vera eſſent: Ille vires, Gentes quidem, & Regni fines, haud falsò jactari affirmavit: Cæterùm, qui regnaret, non modo ignobilem eſſe, ſed etiam ultimæ ſortis, quippè à patre tonſore natum. (69.)

Sic ſummè habita hæc matrimonialis ratio intrà ordinem nubendi, ſicque Supremis neceſſaria, ut Cæſar ad ſummam rerum authoritatem, adque fovendam, evehendamque Majeſtatem, quam flagrantiſſimè concupiverat, non extulit victorias, triumphos, non meminit virtutes, laboreſque in ſubjugando Orbe non jactavit; ſed ad gloriam maternum genus à Regibus ortum protulit, paternum cum Diis conjunctum: ab Anco enim Marcio deſcendiſſe Marcos Reges, à quibus illi contigit mater: à Venere Julios, à quibus paterna ſeries. 70.)

In quam etiam gloriam collimaſſe invenimus primæ claſſis ſubditos, immò egiſſe, de conſtituendo, & conſervando inviolabili connubiorum jure, abſque alterius ordinis communione; ſed ſatis, nè in hoc immoremur, quod ex hac violatione paſſa fuerit Roma, ut narrat Livius: (71.) *Ob certamen in Sacello pudicitiæ Pa-*

(66.) Arnol. Clapm. *lib. 3. de Arcan. rer. public. cap. 21.* Adam. Contz. *Politic. lib. 8. cap. fin.* Beſold. *de fœder. jur. c. 5. n. 5.* Philip. Knipſchilt. *de fideicom. famil. cap. 7. à nu. 54.* Jacob. Drac. *de jur. patric. lib. 1. cap. 7.* Infra. §. 7. *à num. 15.*

(67.) Quint. Curt. *de reb. Alex. lib. 9. cap. 4. Certum, qui regnaret, non modo ignobilem eſſe; ſed etiam ultimæ ſortis: quippè patrem ejus tonſorem.*

(68.) Quint. Curt. *lib. 8. cap. 2. & c. 9. & 10. Pudebat amicos.*

(69.) Quint. Curt. *lib. 10. cap. 11.*

(70.) Sueton. *in Cæſar. cap. 6.*

(71.) Liv. *lib. 10.*

Patritiæ ad Ædem Rotundam Herculis inter matronas ort^um, Virgineam Auli filiam Patritiam Plebeio nuptam Volumnio Conſ. Matronæ, quod è patribus enupſiſſet, ſacris averterant. Quodque declamant Scriptores in Theodoram Juſtiniani Imperatoris uxorem, deturbantem propriæ conditionis cauſa connubiorum jura, communicata plebi (72.) nobilitate Patritia.

(72.) Procop. *Hiſtor. Arcan.*

Hæc doctrina maxima Regum, & Regnorum tranſlata unà cum ſpiritu Cardinalis de Richelieu in Mazarinum, dignoſcentem nullum illuſtrius, nobiliuſque ſtemma Regi ſuo conciliari poſſe, perſonali decore, virtutumque cumulo, attento ſanguinis, & faſcium Regiorum honore. (73.) Quo candor Gallicanorum liliorum candidior evaderet, multoque plus diſtaret à nota, qua M. Antonius inuſſit Auguſtum, maternam originem trahentem ab unguentario, aut tabernario avo; (74.) Quæ eadem inuſta eſt filiis Chilperici Regis Francorum, qui impares ad gubernaculi clavum æſtimati ſunt, eo quod ex materno latere nobilitate claudicarent. (75.) Conſuluit Reginam Matrem, Regemque de connubio Sereniſſimæ Infantis, optavit, & conciliavit. Quo Principio illuminatus Rex, nativaque materni ſanguinis vi ductus, credens, nullam poſſe illuſtriorem gloriam, & ſuis, & ſibi adquirere, petiit à patre Rege filiam in uxorem, eo affectu, iiſque amoris, & deſiderii demonſtrationibus, quas elicere licet ex Regiæ Epiſtolæ verbis, quæ ſubdo: *Horum ad effectum nuptias contrahere excogitavimus cum Sereniſſima Infante Domina Maria Thereſia Veſtræ Majeſtatis filia natu majore, quam pro certo habeat Majeſtas veſtra à Nobis tam expeti, quam appeti: non minus ob excelſum ſui generis ſplendorem, quam ob eximias, & præilluſtres dotes, quibus abundè cumulatur, &c.*

(73.) Caſſiod. *lib. 4. Epiſtol. 1. Deſtinavimus, & nos quidem, quæ principalis ordo poſcebat: ſed nihil majus perſolvimus, quam quod vos tantæ fœminæ decori copulavimus.*

(74.) Sueton. *in Auguſt. cap. 4.*

(75.) Aymon. *de Geſtis Francor. lib. 4. c. 1. Sed quia erant materno latere minus nobiles, Regni quoque gubernaculis æſtimabantur fore impares.*

Mens fuit hæc tàm verè Regia, ut ex ea inductus fuerit Salomon, ad cogitandum de ducenda uxore ex Regio genere, inducendamque in Regium thalamum filiam Regis Ægypti, (76.) cùm id maximè ſpectare fas ſit Reges ad Regni, & Regiæ Majeſtatis decus; Chriſtianiſſimum præcipuè, qui ex illo connubio, & Auſtriacæ ſanguinis ſplendore ad Generationem quæ-

(76.) Gaſp. Sanch. *Comment. in 3. Reg. cap. 3. n. 2. Atque ideò de uxore ducenda cogitavit, quam ex Regio genere; in Regium etiam thalamum induxit.*

quæsitos filios undequaque illustrissimos producturus erat.

Juxta quæ prę fata (ut diximus) Axioma secundum, receptum per Gentes ad commune commodum fuit, scilicèt, ut ad unitatem firmandam, politicamque tuendam incumbant Principes, cogitentque de reciprocis conjugiorum vinculis inter filios, & filias, modo amicorum, ut amantiores fiant, inimicorum, modo Regum, ut transeant ad amicos, qua affinitatis charitate, sacraque inviolabilitate, volente Deo, proveniat, coalescatque optata quies populorum, (77.) sicuti obuenisse Israëlitis notamus suprà ex connubio Salomonis, & filiæ Regis Ægyptiorum. Quo medio, pace, unitateque ejus virtute parta floruit Israëliticum Regnum commerciis, navigationibus, liberumque mansit ab incursibus Assyriorum, Chaldęorum, Medorum, & aliorum inimicorum potentia. (78.) Et cogitatum summo arcano, tentatumque à Scythis invenimus, qui ad effugiendam Macedonum manum, utque pax inter eos oriretur, etsi Barbari, incultique, ratione tamen naturali ducti, ab Alexandro petierunt, ut Regis sui filiam in matrimonium sibi jungeret. (79.)

(77.) Cassiod. *lib. 3. Epist. 4.*

(78.) Cornel. à Lapid. *Comment. dict. c. 3. Reg.*

(79.) Quint. Curt. *lib. 8. cap. 2. Scythæ petebant, ut Regis sui filiam matrimonio sibi jungeret.*

Ex his evincitur non temporariè tantùm dictum, sed turpiter (quia contra Regis Christianissimi mentem) ex stipulationis antenuptialis fide : (80.) *Nec aliud quiddam colligi potest ex iis verbis articuli 33. quæ innuunt pacem nuptiarum fœdere, tanquam sacro pignore roborari, & stabiliri; quem enim fallit tàm illustre connubium pacis esse firmamentum, atque initam inter Regna concordiam his nuptiis velut conglutinari? Neque id etiam quisquam negaverit privatum hoc fœdus ex publico manasse, ejusque esse fructum multò uberrimum. Sed dabunt id quoque Hispani, illud conjugium ex arctissima, & individua societate constare, non ex iniqua conventione, aut renuntiatione; quæ si abfuerit, connubium nihilominus erit omni ex parte perfectum.*

(80.) *Tract. Reg. Christian. jus in Braban. fol. 85. num. 4.*

Cum contraria sint hæc omnia ipsius rei veritati, voluntati Legatorum stipulantium, animo, ac charitati ipsus Regis emologatæ verbis, & scripto : Miramur enim antenuptiale fœdus privatum dici, ex publicoque emanasse pacis, & ex iniqua conventione natam re-

renuntiationem, connubiumque, cum etsi abfuisset renuntiatio, fuisset perfectum omni ex parte. Quo jure privatum, si ob publicam utilitatem executum? Qua origine à publico pacis non derivatum, si pax à conventione renuntiationis pendebat? Quo principio iniqua conventio, si proposita, & voluntariè stipulata? Quomodò connubium absque renuntiatione, si denegata in fœdere matrimoniali, nec pacis fœdus feriretur, ut ipse assertor sibi inconstans, victus veritatis virtute fatetur? *Cum* (a) *itaque Cardinalis Mazarinus Hispanos ita obfirmatos cerneret, ut ab ea sententia deduci non possent, ac subindè vereretur, nè si re infecta discederet, invidia omnis penes Galliam esset, quod vanum terrorem prætexens, omnem ineundæ concordiæ spem incidisset, omninò ex fide sua & prudentia esse duxit, neglecta inutili clausula, quæ nec Regi obesse posset, nec executioni mandari, nisi omnia violarentur jura, paci, & tranquillitati Orbis Christiani consulere; neque id committere, ut suâ culpâ totius Europæ spes in irritum caderent.*

(a) *Dict. Tract. fol. 14. num. 5.*

Quis etiam dicet, antenuptiale fœdus fuisse fructum pacis, cum pax genita, & nata, uberrimusque fructus stipulati connubii fuerit? Ut emologata charitas Christianissimi sponsi asserit, evinciens temporarium Scriptorem. (b)

(b) *Supra Epist. Regis Christianiss. fol. 10.*

Altissime, Excellentissime, ac Potentissime Princeps, noster Charissime, & Dilectissime bone frater, & avuncule. Quandoquidem Omnipotens nostris optimis animis, & studiis benedictiones de Cœlo pius emisit, ut secura tranquillitas Orbi Christiano effundatur, sitque inter Nos animorum summa illa conjunctio, ad quam sanguinis proximitas suaptè natura conducebat: Nil aliud ad horum integram plenitudinem defit, quam pacis perpetuam durationem firmissimè annectere, nostræque necessitudinis, ac consanguinitatis vincula validissimè coarctare, nova alia unione, quam diutissimè appetivimus, &c.

Ex his nunc demonstratur antenuptiale fœdus privatum non fuisse, sed publicum, Principemque, & à quibus justa in eo stipulata renuntiatio. Nàm cùm Regum vota versarentur ad agendum de communi bono, paceque ferienda, cui præclusus aditus, ni

ni medio connubio; finis, causaque causarum habita fuit matrimonialis conventio, legitima renuntiatio stipulata, quia necessaria (ut infrà notatur) & taliter proposita, ut si abfuissent, evanescerent communia pacis consequendæ desideria.

Nec contrarium id rationi, & juri (quidquid decantet assertor Gallicanus) immò, & consonum publico, ac Majestatico, ut connubia filiarum Principum non tantùm sint pignus, quo roborantur fœdera, sed causa causarum, efficiensque reconciliationum, ac amicitiarum à prima mundi periodo; qualiter invenimus à Lydiis, & Medis executum, quorum belli finis fuit conciliatio per connubium, datâ ab Halyate Lydorum Rege Hariennâ filiâ, Astyagi Ciaxaris filio: (81.) à Latinis, & Troianis nupta Æneæ Laviniâ Latini. (82.)

(81.) Herodot *lib.* 1. *Reconciliatio affinitate fieret properarunt, decernentes ab Halyate Hariennam filiam Astyagi Cyaxaris filio nuptam dandam.*

Sed etsi hoc Majestatis arcanum firmare possemus exemplo Ptolomæi Philadelphi, Magnique Antiochi, qui, ut bello finem imponerent, conciliarent Syras, & Ægyptias Gentes, paxque inter eas feriretur, id affinitatis tantum medium invenêre, nuptâ Beronice Cleopatrâ Ptolomæi filiâ Antiocho. (83.) Quod connubium adeò illustre fuit, ut non modò ex illo pax oriretur, illiusque fructus germinaret, non è converso, ut materia fuerit prophetiæ decantatæ à Daniele Propheta, tanquam maximum boni publici donum: *Filiaque Regis Austri veniet ad Regem Aquilonis facere amicitiam.* Nuptiisque Cleopatræ, & Ptolomæi junioris, ex quibus nata pax Ægyptiaca cum Cæsare. (84.) His utimur tantùm in repulsam sententiæ Scriptoris asserentis, matrimonium fuisse pacis fructum, non ut illas laudamus nuptias, quibus præcessit injusta repudiatio Laodiceæ uxoris primæ Regis Antiochi; Cæsaris, & Cleopatræ nefarius incestus.

(82.) Virgil. *Æneid. lib.* 11.
— *Simul pacis solum inviolabile pignus.*
Ubi Cerda.

(83.) Joseph. *antiq. lib.* 12. *cap.* 13. D. Hieron. *in Daniel. cap.* 11.

(84.) Dion. Cas. *lib.* 42.

Quare sequimur sententiam dicentium, (85.) Danielem prædixisse matrimonium Placidiæ Honorii Imperatoris sororem, & Ataulphi Gothorum Regis, Romanorumque, & Gothorum pacem ab eo productam illius fuisse fructum. Ex quo, ut nobiliori origine, & excellentiori stemmate natum Hispanum Gothorum Regnum.

(85.) Roderic. Tolet. *de reb. Hispan. lib.* 2. *ca.* 6. Saaved. *Histor. Goth. cap.* 2. *num.* 5.

Mos hic ex natura Majeſtatis Regibus omnibus inclytus, & apud omnes Gentes in manu, & in confeſſo eſt, ſed præſertim laudatus apud Francos; in quorum Regni crepundiis invenimus; quòd cùm Clodovæus novum Regnum efferre, & confirmare concupiret, egit de danda in connubium Audefleda ſorore Theodorico Italiæ Regi, quo affinitatis vinculo conciliavit Regni firmitatem, quam ſortitus eſt à pace orta ex matrimonio Clodoſindæ ſororis Childeberti Metenſium Regis cum Recaredo Viſogothorum, repulſo Anthero Longobardorum Principe, cui promiſſa priùs.

Deindè verò, in ſecundaque periodo inteſtinum bellum, quo ſatis laboravit Gallia ſub Imperio Ludovici VIII. extinctum fuit nuptiis Ludovici, filii Philippi Auguſti, & filiæ Regis Caſtellæ, ſtipulatis cum pace ad Butaventum: Sicuti & accidit ſub Ludovico VII. internis armis Raymundi Comitis Tholoſæ, Roberti, & Hugonis Marchiæ, externis, Regis Anglorum depoſitis connubiorum virtute, ex qua producta pax relata ab Æmilio. (86.)

(86.) Paul. Æmil. *in Ludovic. XI.*

Imperiale bellum, quo ingemuit omnium ſupremorum Europæorum Majeſtas, & in quo actum de imperio, manu, & potentia Philippi Ducis Sueviæ, & Othonis Brucemburgenſis, filii Henrici ſuperbi Saxoniæ, depoſitum fuit nuptiis filiæ Philippi, & Othonis, ex quibus germinata concordia, ſacrata authoritate Cardinalium Legatorum Pontificis Innocentii III.

(87.) Guiliel. Bened. *cap. Raynutius, verbo Cuidam Petro, nu. 24.*

Audiamus Gallicanum Guilielmum, (87.) de fœdere, quo relevatum, notatur Francorum Regnum poſt cruenta Caroli VIII. bella: *Cauſa inſtitutionis matrimonii, pacis reformatio, ut præ oculis nunc factum videmus, quod Rex noſter Francorum Chriſtianiſsimus Carolus VIII. poſt multa bellorum diſcrimina Illuſtriſsimam Dominam Annam Duciſſam Britaniæ, de Illuſtriſsima Fugenſi Domo, quæ ſemper Tholoſanorum tutrix extitit matris ex parte ortam in dulcis pacis reformationem, feliciter duxit uxorem.*

Ex eodem fonte ſcaturiit concordia Francorum, & Anglorum, nuptâ filiâ Regis Henrici II. Regi Anglicano.

Bel-

Bellum Hungaricum inter Henricum Imperatorem, & Andream Regem extinctum fuit connubio Regis, & Sophiæ, filiæ Imperatoris: Quod arcanum ab Hungaris, Bohemis, & Germanis executum notatur bello Hungarico ſopito morte Sigiſmundi, ſubque minoritate Vladislâi, cui finem poſuêre correlativæ nuptiæ Vladislâi, & Mariæ Caſtellæ Infantis, Philippi Primi filiæ, Ferdinandi fratris ſponſæ, & Annæ Vladislâi filiæ. Connubio Maximiliani Romanorum Regis, Frederici Imperatoris filii, & Mariæ filiæ Caroli Burgundiæ, colligata fuit arctiſſimo vinculo, inductaque pax inter Auſtriacam, & Burgundicam familiam. (88.)

Haud oblita erit Gallia, quibus calamitatibus, ſtrage, diſcriminibus, facta eſt ſub Martis tributo, regnante Ludovico XII. ad quorum evaſionem non alia via inventa, ni optato, & petito connubio Claudiæ filiæ Ludovici, & Caroli Hiſpaniarum tunc Principis.

Franciſcus I. Francorum pacavit ſibi Regnum, dum tractat cum Rege Carolo I. Hiſpaniarum, poſt Imperatore V. matrimonium Luiſæ filiæ ſuæ, ex quo producta Noyonienſis pax, qui ſic affinitatem neceſſariam ad fructum pacis conſequendum credidit, ut eodem fœdere ſtipulatum fuerit, quòd ſi fato cederet ſponſa promiſſa antè conſummationem matrimonii, contraheretur cum filia ipſius Regis, vel cum Rennata fratria Chriſtianiſſimi.

Sub ſceptro Philipi II. Hiſpaniarum Regis, & Henrici Francorum, fœdus Cameracenſe genitum, natum, & perfectum fuit, connubio ipſius Philippi, & Eliſabethæ Henrici filiæ, ex quo luſtrale nomen Regina ſuſcepit *Eliſabethæ Pacis*, ut illo deſignaretur Regalia matrimonia cauſam cauſarum pacis, fœderumque eſſe, illiſque generari, naſci, ac coaleſcere.

Quod à Gallis cognitum, utque Majeſtatis thronum ebore candidiſſimo ſtruerent, concordiaque, & pax ſe oſcularentur inter Hiſpanos, & Gallos, nativa puritate, chariſſima correlatione, Regina Mater optavit, & propoſuit connubia Chriſtianiſſimi Regis filii, & Annæ

(88.) Beſold. *de fœder. jur. cap. 6. n. 3. Tandem, ut utrimque coaleſceret pax, tradidit Carolus filiam unicam Maximiliano filio Imperatoris: eoque Matrimonio Burgundica, cum Auſtriaca familia arctiſſimo vinculo colligata.* Barthol. Gramont. *Hiſtor. Gallic. lib. 4.*

næ Sereniſſimæ Infantis Caſtellæ: Catholici Regis noſtri Philippi, & Eliſabethæ Borboniæ, in felix totius Orbis Chriſtiani bonum inita, & conſummata. [89.]

(89.) Barth. Gram. *Hiſtor. Gallic. lib.* 1.

Floruit rore connubiorum tranquillitatis amœnitas, requievit Leo Hiſpanus inter lilia pacis, uſquequò dominationis ambitio ſuperſeminavit zizaniam, bellumque atrox vario Marte ortum, & actum inter Hiſpanos, & Francos. Deſiderante verò Regina Matre Anna Auſtriaca, calamitatibus, quibus conturbata Gallia, obviam ire, quærereque filio paritatem conjugii neceſſariam Majeſtati, quam inconſequibilem rata (prudentis Rebeccæ animum imitata,) ni accipiens filio ſuo uxorem de Domo patris ſui, & de cognatione ſua, fudit preces, & rogavit fratrem Regem, ut gnatam [a] dignis hymeneis filio Chriſtianiſſimo locaret, quibus bello finem, ſolatium miſeris, pacemque æterno fœdere jungerent Hiſpania, & Gallia, nempè utraque natione obſtricta cognationis charitate, & Majeſtatis vinculo.

(a) Virgil *lib.* 11. *Æneid.*

Hæc fuit cauſa cauſarum; finis maritalis ſocietatis Chriſtianiſſimi Regis, & Sereniſſimæ Infantis; connubium fons aſcendens ad irrigandum pacis rore Hiſpanum, & Gallicanum Imperium; matrimonium fluvius fuit etiam, ex quo egreſſi alvei fœderis antenuptialis, & pacis, individui origine, & nativitate, extrinſeca exaratione tantum diſcreti, nulla verò ex cauſa, fine, aut principio diſperſi, nec conſtituti ſub poſitionibus juris privati, ni turbato illius, & Scriptorum ſenſu conferentium pactis antenuptialibus Regum, non naturam pacti publici, ſed fœcialis. [90.]

(90.) Adam. Contz. *lib.* 8. *de Repub. cap. ult.* Beſold. *de fœder. jur. c.* 5. *n.* 5. *& cap.* 6. *n.* 3. Guilielm. Bened. *cap. Raynutius. verbo Cuidam Petro, num.* 24.

Ex quo Sacro jure, laudato, & firmato Sacro ſupremorum Gentium more, ut nugacia rejicienda præfata deliramenta, ex quibus diſcreta fœdera fuiſſe contenditur: (91.) *Sed quid ego pluribus? Id ſatis eſt argumenti, Reginæ excluſionem à pacis negotio prorſus eſſe ſejunctam, quod in eo fœdere ſit omninò prætermiſſa. Potuitnè res tanta tam negligenter agi, ut nulla ejus mentio fieret in ipſo fœderis inſtrumento? Non adeò leves, & inconſiderati erant Hiſpanici Conſilii Adminiſtri, qui rem maximi momenti, & in qua ſumma rerum verteretur, ſilentio præterirent. Nec ipſis exciderat quid*

(91.) *Manif. fol.* 112. *dict. Tract. fol.* 88. *n.* 6.

in

in ſancito Madriti fœdere inter Franciſcum I. Galliæ Regem, & Carolum V. Imperatorem actum eſſet, in quo quidem non pacis modo; ſed etiam initi inter Franciſcum I. & Eleonoram quondàm Luſitaniæ Reginam Caroli V. Sororem connubii leges, & conditiones diligenter præſcriptæ fuerunt. Quid igitur in cauſa eſſe potuit, cur in hoc itidem fœdere illa excluſio, qua pacem maximè contineri volunt, concepta non fuerit, & dilucidè explicata?

Cùm ad illius repulſam lucem veritatis denuntient verba cap. 33. fœderis, in quo Legati Regum, virtute mandatorum Regiorum conſtituiſſe, conſtat: (92.)

(92.) *Tract. Pacis, ubi ſupra.*

Alius etiam fuit Tractatus privatus ſuper prædictarum nuptiarum conditionibus, earumque celebratione, ad quem ſe remittunt: Qui quamvis ſeparatus eandem habet vim, & vigorem, quo præſens hic Pacis tractatus fungitur, uti præcipua pars, & pignus pretioſius ad horum majorem ſecuritatem ac durationem, &c.

(93.) *L. ſi ventri §. ult. cum gloſ. de privil. cred.* Bald. Alexand. & aliis Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 50.

Hujus clauſulæ vis (etſi voluntas contrahentium verbis non exprimeretur) exarata ipſo in fœdere Pacis, antenuptialeque renuntiationis ſtipulatum ipſa die, hora, ipſiſquemet teſtibus ad fidem in utroque adhibitis, [93.] ſic conſtituunt fœdera individua, ſic indiſcreta, ut nullus ſcribentium ſit, attentis juris principiis, [94.] auſus aſſerere, talia inita fœdera dividua eſſe, diſcretaque dicenda. Præſertim in re publica, in qua fœciali jure attento, communique Gentium, quidquid in fœderibus ſtipulatur, promittitur, ac firmatur cum relatione ad capitula tractatus, individuum, ac indiſcretum cenſetur à Pace, gaudenſque privilegiis, immunitate, ac excellentia fœcialis, & legationis jure. In quo immorari plus quam utile, futile fuiſſet. Quarè, ſi publica fœdera recolimus in hiſtoriarum monumentis relata, inveniemus quamplura ſeparato inſtrumento exarata, vel quia exarari in ipſo fœdere, nec decens eſt Majeſtati contrahentium, nec poſſibile rationi rerum, nec conveniens arcanis maximis publiciſque, vel quia tunc, cum firmatur Pax, nec diſcuſſa, nec acta illa res eſt: [95.] quarè in ipſo fœderali prototypo, ſeu prothocolo notatur, quod quidquid in alio inſtrumento eodem die, vel alio firmatum publi-

(94.) *L. Fundi partem, de contrab. empt. l. Aſſe toto, de hæred. inſtit. & Si ita ſcripſero, de condit. & demonſtr. l. 1. C. de Codic.*

(95 Bart. & Bald. *in d. l. Aſſe toto*, & Scribent. *in dict. legib.* Dec. *conſ.* 63. *nu.* 4. Andr. Gayl. *lib.* 1. *obſerv.* 82. *nu.* 26. Guid. Pap. *deciſ.* 335. Tiraq. *in leg. connub. gloſ.* 7. *à num.* 182. Menoch. *in conceſ. Imperial. conſ.* 191. *n.* 47. Matienç. *l.* 2. *gloſ.* 9. *nu.* 11. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recop.* Honuph. Donad. *de renuntiat. cap.* 12. *n.* 16. Seſſe. *deciſ.* 202. *n.* 32. Maſtrill. *deciſ.* 190. plures referens Giurb. *obſer.* 85. *n.* 20. Harm. Piſtor. *obſerv. lib.* 3. *q.* 39. *per tot.* Oſſuald. *lib.* 17. *commet. c.* 6. *lit. M.*

cè, aut palam ſtipulatum, habeatur tanquam ipſius pacis pars, in quo fides publica, ac fœderalis nativa ineſt abſolutè, abſque objectionis, aut diviſibilitatis nota ſervetur. [96.]

(69.) L. *in bello*, ibi. *Niſi in fœdere cautum fuerit, l. ſi captivus: De quo in Pace cautum fuerat, de capt. & poſtlim. reverſ.* Extravag. *de Pac. conſt. capit. Pactiones*, Hug. Grot. *de jur. bell. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 24. Petr. Gudelin. *de jur. Pac. cap.* 8.

Nec diſſonat huic juri, in ipſo Pacis Matritenſi fœdere ſtipulatum fuiſſe futurum matrimonium Reginæ Eleonoræ ſororis Imperatoris, & Franciſci Regis, ut inde illud fuiſſe dicamus partem fœderis, cum verſanda ſit cauſa, ex qua de connubio Regis actum fuit in ipſo tractatu pacis: Agebatur enim illo in fœdere de liberando Rege à captivitate; (97.) qua detentus erat. Deſiderante verò Imperatore Carolo proſpicere Majeſtati Regiæ, & quod crederentur oblitæ calamitates præteritæ, abolitæ inimicitiæ, bello ortæ, (98.) catenaque ſervitutis non formata ferro odii, ſed charitatis auro, ex quo etiam ſtructus annulus unitatis maritalis promiſſæ, neceſſe fuit ad ingenuitatem Regis exarare ipſo in fœdere pacis connubium à Rege optatum, & promiſſum.

(67.) Lymn. *not. Franc. lib.* 2. *cap.* 19. *in teſtim. lit. G. Franciſcus I. promiſit ſe uxorem ducturum Eleonoram, Sororem Caroli V. Imper. ut liberaretur à captivitate.*

(98.) Pont. Heuther. *rer. Belgic. lib.* 9. *ann.* 1526. *Præteritæque bellorum calamitates, odia, ac inimicitiæ abolentur, oblivi ſcunturque.*

Cùm verò illa libertatis, & ingenuitatis ratio penitus abfuerit à connubio Sereniſſimæ Infantis, potiſſimaque, & Princeps cauſa in eo fuerit, optatam, & diù deſideratam ferire pacem, concordiam conglutinare Hiſpanorum, & Francorum medio affinitatis, etſi actum de antenuptiali pacto, & pace ſimultanea tractatione fuerit, arcano venerationis, ac debitæ reverentiæ, (99.) Legati formularunt privato in Majeſtatico inſtrumento antenuptialem ſtipulationem; ne tàm ſacra res Divinis dicata hymenæis, aureis ſculpenda laminis, privato, communique, etſi ſummo ſculperetur ſtylo, laudata Majeſtatica Romanorum formula, ex qua Auguſtales litteræ, Divina placita, Imperialiaque inſtrumenta non communi atramento, nec ordinariis papyri philaris exarabantur, ſed Hyëroticis, Auguſtalibus, Libicis, Sacroque Encauſto. (100.)

(99.) L. *Si quis*, *de capt. & poſtlim. reverſ.*

(100.) Plin. *lib.* 13. *cap.* 11. & 12. D. Iſidor. *lib.* 6. *Ethymolog. cap.* 10. Adrian. Turneb *adverſ. lib.* 7. *cap.* 2. Henric. Salmaſ. *in Guilland. comment. de Papyro, memb.* 11. 12. & *ſeqq.* Joan. Corraſ. *rubr. ad tit. de offic. Præf. Auguſt. n.* 4.

§. VII.

§. VII.

AD STIPULATIONEM IN TABULIS antenuptialibus celebrandam à Regina Chriſtianiſsima, in qua renuntiaſſet omni juri, & actioni, quæ ullo modo, aut caſu ſibi poſſet obtingere in Regna, Ditiones, aut Status Hiſpanicæ Monarchiæ, cauſa fuit legitima, & juſtiſsima, obviam ire, & aditum occludere unioni contingenti Hiſpanicæ cum Gallica Monarchia.

NOtat Tertullianus, [1.] illos, qui ambiunt Magiſtratus, non erubeſcere, nec pigere, dùm aucupent, animæ, & corporis detrimenta impingere, neque pudoris, aut honeſtatis rationem habere. [2.] Hanc notam inveniet inuſtam Gallicano Authori quiſquis luſtraverit tractatûs verba, cum in eo calcata naturali æquitate, puritate nativa juris Gentium, turbatiſque præceptis naturalibus de non inferendo alteri, quod ſibi quiſque non vult inferri, aſpernetur Gallia ſibi jus dicere, ex ipſo quod ipſa aliis dicit, vel dici efficit. [3.] Acriter enim in Regem noſtrum invehitur, eò quod filiam violenter (ut aſſerit) coëgiſſet ad renuntiationem jurium, ac ſucceſſionum ſpe competentium in Dominia Hiſpanica, ex qua ratam deſignat in æqualitatem contrariam æqualitati neceſſariæ ad conjugium: Immemor, quod in renuntiatione potius elucet æqualitas neceſſaria ad honorem Majeſtatis, ac ad bonum commune Hiſpanici Regni, & Gallicani.

(1.) Tertul. *de pœnitent. cap.* 11. *Sed enim illos, qui ambitu obeunt capeſſendi Magiſtratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ, & corporis.*

(2.) Diu. Cypr. adverſ. Demetr. *Neque pudoris rationem aliquam, neque honeſtatis habeant.*

(3.) L. 1. *Quod quiſque juris.*

Vulgata enim eſt paræmia, vel lex (ſi magis, quam, ut quid Sacrum reverentur Galli) qua aditus præcluditur cuicumque fœminæ, aut ex ea deſcendenti maſculo ineundi Gallicanum ſceptrum. Quo ergò jure, aut æqualitate (potius iniqua lance) ſe metiuntur, ut ex connubiorum jure poſſint Reges Regna extera adquirere; illi verò exteris denegent jura ſanguinis? Si enim illis licuit ex propria utilitate, nulla præeunte lege, nullo edicente Imperatore, ſibi eam legem, aut effingere, aut ſancire, non eodem jure Majeſtatis licebit pro æquitate ſervanda Regibus Catholicis ſimilem legem

ex pacto fœderali ſancire ad integritatem propriæ Monarchiæ, tuendam imminutionem, & dedecus abutendum? (4.) Et undè id, quod fecit, pro æquali bono utriuſque Regni, notandum injuſtum? Nonnè ex ſequentibus? (5.) *Ac de prima quidem cauſa, quæ excluſioni, aut renuntiationi prætexitur, ſatis, ut putamus, diligenter dictum eſt. Nunc de ipſa æqualitate, quam ſecundo loco poſuerunt, ſtrictim, breviterque dicendum. Et certè in quo poſita ſit illa æqualitas, quam ſummo ſtudio Hiſpani quærere videntur, nè conjectura quidem ſuſpicari poſſumus. Regina quippe Chriſtianiſſima, quod ſæpè dicendum eſt, paternis cogitur bonis renuntiare; Caſtellæ Regno cùm illa, tùm poſteri excluduntur; omni demum ſucceſſione pellitur, omni Principatu ejicitur; ſpes omnes cum fortunis amittit; atque huic injuriæ, quà major nulla eſſe poteſt, falſa æqualitatis ſpecies objicitur. Id profectò juris æquabilitas omninò exigebat, ut quam Rex Chriſtianiſſimus tàm potentis, & latè fuſi Imperii efficeret participem, ea viciſſim quoddam Imperii genus, ſi contingeret; ſin minus, ſpem alicujus ſaltem Coronæ in dotem afferret. Æquum id quoquè videbatur, ut liberi, qui ex tam illuſtri naſcerentur conjugio, ab avitis Regnis penitùs non excluderentur. Quod ſi enim potuit Regius utrinque ſanguis miſceri, cur in communes liberos coaleſcere non poſſint Imperia? Nihil quidem erat huic, quam præ ſe ferunt Hiſpani, æquabilitati magis conſentaneum, quam ut liberi, qui ex utraque ſtirpe genus trahent, & in quos Rex Chriſtianiſſimus ſceptrum, Coronamque tranſmittet, maternæ quoquè hæreditatis non eſſent exortes. Cum denique arctiſſima ſit in conjugio, & fortunarum, & liberorum ſocietas, id æquum fuit, ut liberis, & poſteris quam optimè conſuleretur, & quibus Rex Galliarum Regnum ſuum relinqueret, ad eos ſaltem jura ſucceſsionum à matre pervenirent. Hanc videlicet juris æquitatem ſequi oportuit. Verum ubi illa eſt æqualitas, cum Rex potentiſsimus, præter cæteros Principes Dei muneribus ornatus, ſummo quidem genere, & omni laude excellentem duxit uxorem, ſed eandem omni dominio, Principatu, jure, omni denique re familiari per ſummam injuriam Conſilii Hiſpanici ſpoliatam? Quæ major poteſt eſſe rerum confuſio? Quid minus par, aut æquabile? An non id prodigio ſimile, Principem cum liberis ſuis avito Regno expelli, quò alieni in eorum locum ſuccedant? Quid magis ab omni æquitate alienum, quàm illuſtri Principi jura eripere, quæ-*

(4.) *L. fin. C. de fructib. & lit. expenſ. Quoniam non eſt ferendum eos, qui præfatas prærogativas prætendunt, aliquid plus ab adverſariis ſuis quærere, quam ipſi ab aliis pulſati facere patiantur.*

(5.) Manif. Hiſp. à fol. 127. Tract. Reg. Chriſtian. jus in Braban. fol. 89. num. 8.

quæque ex patriis legibus ad eam pertinent, distrahere? Profectò id tantùm ab æquabilitate juris abest, ut nihil magis possit esse contrarium.

(6.) Cap. fin. de condit. appos. cap. solent 32. q. 2. l 5. tit. 4. p. 4. Covarr. in 4. p. 2. cap. 3. §. 5. à n. 1. Sotus in 4. disp. 29. q. 2. art. 11. & 12. Basil. de Matrim. lib. 5. cap. 9. & seqq. Sanchez. de Matrim. lib. 5. disp. 9.

Totum ergò, quod tempori servientes, & gratiam aucupantes declamant Galli, justum fateremur, si antenuptiales conditiones pactum informantes essent inhonestæ, turpes, impossibiles, contraque substantiam conjugii; (b) sed in fœdere matrimoniali, attento tantum fine, ad quem collimarunt Reges, insertæ fuerunt necessariæ ex communi bono, & ex Regnorum Majestate, quæ si abfuissent, nec connubium, nec concordia, nec pax locum tenerent; ut ex ipso antenuptiali fœdere evincitur, cap. 5.

(a) Cap. 5. Tract. Matrim. supr. pag. 84.

Quod si quidem (a) à Regibus Catholico, & Christianissimo conventum fuit, & pactum super hoc connubio, ut ejus vinculo diuturnior sit, ac firmior Orbis Christiani publica pax, & inter utrumque Regem amor, & amicitia apprimè expetita: Attentis etiam justis causis, quæ urgenter demonstrant commoda dicti matrimonii, quo mediante, Deique favore, ac gratia, felices indies possunt eventus sperari in fidei, ac Religionis Christianæ summum bonum, ac incrementum; nec non & in beneficium subditorum utriusque Coronæ: Et quia summoperè status publici conservationi conducit, quod earum magnitudo non simul uniatur, & etiam occasionibus occurratur, quæ ex hac conjunctione oriri possunt, nec non ob æqualitatem, & alias justissimas causas, pacto conventionali, cui, &c.

(7.) L. 1. de ritu nupt. l. Adversus, C. de crimin. expilat. hæredit. cap. illud, de præsumpt. cap. 2. de sponsalib. Adducti infr. n. 18.

(b) Guilielm. Bened. cap. Raymutius, verb. Cuidam Petro, à n. 22.

Qua ratione, qua æquitate, quo jure, aut pudore appellatur injustum, & inæquale fœdus istud, (7.) præcipuè attenta scribentium sententia (Gallicanorum (b) maximè) asserentium, æqualitatem necessariam ad matrimonia inter privatos versandam ex conditione, ætate, genere, seu ordine, non verò ex bonis (8.) au di-

(8.) P. Matthieu, liv. 1. de l'Histoire de Louys XI. pag. 60. Joann. Lymn. not. Franc. lib. 2. cap. 19. Præsertim verò inter Reges, & Principes absolutos ordo rerum plerumque observatur, ut ratio status etiam in eligenda uxore primas teneat. Et in testim. lit. H. Quoniam in contrahendis Matrimoniis Principum, magis respicitur ad id quod populi interest, & status, quam ad contrahentium voluntatem. Et ex Silhon au Ministre, d'Estat p. 1. liv. 3. disc. 4. pag. 169. &

573. litt. G. Id quod sperandum in contrahendis Matrimoniis, ac quod Principes, qui ea contrahunt & ministri eorum, qui ad hæc contrahenda adhibentur, pro scopo principali habere debent, est utilitas quædam præsens, aut bonum propinquum, interea temporis, dum animi eorum, qui hoc nexu conjunguntur, fervent ac benevolentia abundant erga illos, cum quibus hanc societatem ineunt. Franciscus I. promisit se uxorem ducturum Eleonoram, Sororem Caroli V. Imperatoris ut liberaretur à captivitate. Philippus II. filiam suam, secundoque genitam dedit in Matrimonium Duci Sabaudiæ, ut occupato Marchionatu Salutiarum, Gallis præcluderet aditum in Italiam ac liberaret Mediolanum metu, quo propter illam vicinitatem laborabat. Ferdinandus Castillianus duxit Germaniam neptem Ludovici XII. quo impediret fœdus, quod suum in dammum cœperat contrahi inter Ludovicum XII. & Maximilianum I. Imperatorem ac Archiducem Philippum, & dissolveret concordiam horum Principum quæ sibi nociva.

divitiis. Inter Principes verò ex utilitate populorum, ex propria præsenti convenientia, & ex ratione statûs, cæteris omissis rebus, etiam Domaniorum, bonorum, ac divitiarum cupiditatibus. Cùm ergò inter Reges Catholicum, & Christianissimum, ordine rerum attento, pro scopo principali haberetur (voluntate ad id directa) ut absolutè impediretur Monarchiarum Hispaniæ, & Gallicanæ unio, & ad id pollicita fuerit, & stipulata renuntiatio, quo ore dici potest, inæqualitatem pacto inesse, ut ex ea injusta decantetur, & contra conjugalem societatem, individuitatemque omnium rerum?

Quin etiam, si naturalia jura, Gentium, Civilia, & municipalia recolimus, dogma nullum, aut axioma, seu principium invenietur, quo quis nitatur ad dicendum, pactum antenuptiale quodcumque injustum ex inæqualitate in bonis, ac fortunis contrahentium: Immò qui id assereret, induceret dogma adversus totius juris positiones. Nam si unionem maritalem trutinamus, attentis communis societatis principiis, ut ea contrahatur, non est necessaria æqualitas bonorum inter socios, cùm coalescat ex pacto, etiamsi adsit inæqualitas in lucro, aut damno: (a) ut puta, si alter non conferat pecuniam, & tamen lucrum inter socios commune sit. (b) Quod adeò verum in societate conjugali, ut etsi mariti, & uxoris communia, seu indivisa bona sint, adhuc tamen, si antenuptiali tabula mulier bona marito nec donaverit, nec tradiderit, sed sibi reservaverit, propria mulieris remanent absolutè, [9.] cùm initio legem, quam velit is, qui dat, dicere possit, [10.] & pactum teneat absque nota inæqualitatis servandum sine injustitiæ, aut iniquitatis labe. Neque enim æqualitas in bonis, successionibus, & dotium collationibus substantialiter necessaria est ad pacta antenuptialia, aut ad connubia, cùm in illis paciscentium voluntas Principatum teneat, pro lege habeatur, & servari debeat. (c)

Sed etsi adhuc repulsa juris norma inæquale dicendum antenuptiale fœdus, eò, quòd cum Rex Christianissimus tàm potentis, & latè fusi Imperii efficeret participem Sereniſſimam conjugem, & ex ea viciſſim nullum Imperii genus sibi contingeret, aut saltem spes alicujus

Co-

(a) *L. Si non fuerit §. Ita coiri pro socio, §. De illa sanè, Instit. de societ.*

(b) *L. 1. C. pro socio.*

(9.) *L. Si ego, §. Dotis, de jur. dot. l. Maritus, ad leg. Falcid. l. fin. C. de pact. convent. l. 17. tit. 11. p. 4.* Barbos. *l. 1. p. 3. n. 67. solut. Matrim.*

(10.) *L. Cum dos, l. ob res l. si Pater, de pact. dotalib. l. 1. §. illud, C. de rei uxor. act.* Mantic. *de tacit. conven. lib. 12. tit. 32. ex num. 1.* Fontan. *de pact. nupt. cauſ. 5. gloſ. 8. p. 2. n. 54.*

(c) Bald. *conſ. 325. n. 3. volum. 3.*

Coronæ in dotis vicem affulgeret. Quæ penſanda æqualitas, quæ æquitas, quod jus verſatum dicamus, dùm Galli Eduardum Angliæ Regem, natum ex filia Regis Gallicani, proclamarunt peregrinum, incapacemque, [11.] nec tantùm ſucceſſionis Regni, in quo legem Salicam vim obtinere promulgarunt, ſed Statuum, & Domaniorum unitorum Francicæ Dominationi per fœminas, earumque ſanguinem, innixi tantùm virtute legis Unionis dictæ, arbitrio Regum latæ? [12.]

(11.) Paul. Æmil. *de geſt. Franc. in Carol. IV.* Papon. *Arreſt. lib.* 4. *tit.* 1. *art.* 1.

(12.) Renat. Chop. *Doman. Franc. lib.* 1. *tit.* 6. & 7. Joan. Lymn. *notit. Franc. lib.* 2. *cap.* 8.

Si enim juſta, & æqua connubia filiarum Regum Gallicanorum, excluſarum ex lege à ſucceſſione, ac ſpe ulla afferente Coronam in dotem, quid declamatur in renuntiationem? Et ſi præcipua in connubiis ea æqualitas, qualiſnè fuit in nuptiis Philippi noſtri Regis, & Eliſabethæ Borboniæ, dùm Rex Catholicus illam efficeret participem tàm potentis, & latè diffuſi Imperii; eaque viciſſim tantum afferret in dotem abſolutam ſibi, & generi ſuo excluſionem ab omni ſpe Gallici Regni?

Fatemur, in antenuptiali Eliſabethæ tabula correlativè renuntiatam ſucceſſionem Hiſpanici Imperii à Sereniſſima Infante Anna Auſtriaca, Chriſtianiſſimo Ludovico promiſſa, ex quo æqualitas in ſtatera. [13.] Sed qua lance perpenſa in connubio Henrietæ Mariæ, & Regis Anglorum, in quo ſtipulata fuit renuntiatio ſponſæ jurium, ac ſucceſſionum competentium Gallicano Imperio? [14.] Quæ æquitas inventa illo in pacto, quæ æquè in noſtro non verſetur? Nonnè turpis, aut illegitima habita à Rege Chriſtianiſſimo Patre, & à Cardinali Richelieu, à quo ſummo arcano excogitata, & in actum deducta? Si verò pro æqua, & legitima laudata, quid diverſum in renuntiatione petita à Rege noſtro, pollicita à Chriſtianiſſimo, & à futura ſponſa executioni mandata?

(13.) *Manif. ubi ſup.*

(14.) Barthol. Gram. *Hiſtor. Gall. lib.* 13.

Inæqualia nonnè dicenda tot connubia Regiarum filiarum, & aliorum Principum, ac Dominorum poſſidentium Regna, Dignitates, Feuda, & majoratus ex diſpoſitione fundatorum excludentes abſolutè fœminas ab illorum ſucceſſione, quot à prima mundi perio-

riodo inita, ac contracta, in quibus fœminæ nullam viri viciſſim ſpem ſuccedendi in paterna bona adferant? Matrimonia, in quibus antenuptialiter ſtipulatur excluſio ſponſæ ad patris bona ob familiæ decus, & agnationis conſervationem, quando, ut inæqualia, prohibita, ac damnata habentur? Si quis enim talia dicere audeat, turpis juris aſſertor, morum, ac conſuetudinum laudabilium uſu communi Gentium, ſacrarumque litterarum everſor clamitandus. (15.)

(15.) Dixim. §. 4. Ann. Robert. *rer. jud. lib. 2. cap. 4.* Philip. Knipſch. *tract. de fideicom. famil. per tot.* adducens omnia jure, & moribus recepta.

Æqualitas enim ſummo arcano, jure, & placito Gentium deſiderata in connubiis (ut ſuprà notavimus) non in fortunæ bonis verſatur, ſed circa conditionis ſtatus, & generis ordines. Hinc inter Romanos denegatum plebeis connubiorum jus, (16.) quod ſic ſacrum, ſic privatum Patritiorum ordini, ut illius conturbatio, extinctio Reipublicæ, ſicuti firmamentum conſervatio, habita. (17.) Hinc etiam per ſponſalia mulier, nec in familiam viri tranſibat, nec invicem in bonis, & fortunis ſuccedebat, nec antenuptialis fœderis vinculo mutuo nexu copulabatur, nec antequam ſponſione ſecutâ, ignem, & aquam in limine domus mariti appoſitam ſimul ſponſus, & ſponſa tangebant; tacta verò, & aſpergefacta nova nupta, etſi Patritia, ſic in poteſtatem viri tranſibat, ſic individua ſocietate uniebatur marito, (18.) ut mutatâ nativâ qualitate tantùm verſaretur in ea maritalis conditio, (19.) quoad lares, quoad conditionem, & quoad originem. Ex quo nupta filia Marci Fabii Ambuſti nobilis, Cajo Licinio Stoloni plebeio, privilegia, & immunitates amiſit: (20.) Sicuti Virginia Auli filia, quæ quia tradita Volumnio plebeio, ex ſacrificio Pudicitiæ fuit à Patriciis Matronis repulſa. (21.)

(16.) *L. Oratione, de rit. nupt. l. Fœminæ, l. Filiam, l. Nuptæ, de Servator.* ubi DD. præcipuè Æguin. & Joan. Corraſ. vide dicta §. 6. *à num.* 66.

(17.) Liv. *lib.* 3. *&* 4. Demſter. ad Roſin. *Paralyp. lib. 5. cap.* 37. Joan. Jacob. Draco, *de jur. Patric. lib.* 1. *cap.* 7. Philip. Knipſch. *dict. tract. cap.* 7. *n.* 54.

(18.) *L.* 1. *de rit. nupt. l. Adverſus*, C. *de crim. expil. hæred. cap. Illud, de præſumpt. cap.* 2. *de Sponſ.* §. *Nuptiæ*, ubi Scribent. *Inſt. de Patr. poteſt.* Oſſuald. *lib.* 13. *comment. cap.* 21. *lit. H.* Baſil. *de Matr. lib.* 1. *cap.* 2. *à n.* 3. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 1. *gloſ.* 6. *par.* 1. *à n.* 1.

Quare antenuptiale fœdus, quale quale ſit, à quibuſque executum, verſans circa temporalia, externaque bona, jurium, aut ſucceſſionum renuntiationes, inæquale haud dicendum. Cùm, ut ipſemet aſſertor Gallicanus, fatetur, connubia, etſi abſque pacto, aut dote, ſemper erunt omni ex parte perfecta ex ipſâ matrimonii natura, in qua nec neceſſaria bonorum tempo-

(19.) *L. Mulieres*, C. *de incol. lib.* 10. *l. Mulieres*, C. *de Dignitatib. lib.* 12. ubi Scribent.

(20.) Liv. *lib.* 6.

(21.) Idem Liv. *l.* 10. Dixim. §. 6. *à n.* 67.

poralium communitas, nec ſocietas, quoad adquiſitionem. (22.) Ideò, cùm tàm in matrimonio, quàm fœderali nuptiarum tabula Sereniſſimæ Infantis, Chriſtianiſſimique Regis verſata fuerit Reipublicæ communis utilitas, ordo generis Auguſti, (23.) qualitas ſponſæ, in ſpecioſitate, virtute, ſplendore (ut ſuprà notamus exemplis Alexandri, & Cæſaris) (24.) inæquale illud decantare, turpe equidem, & ſacrilegum eſt.

Hanc ſupremam regulam edixere Gentibus Gentes à prima illa conſtitutione mundi, quam ad rectè agendam juſtitiam, & veritatem, alumnam habuêre, & priuſquàm ambitio, ac cupiditas ex vi qualitatem inducerent, illis enim alumnis, invenimus ſacris in litteris Eliazerum (25.) Abrahæ ſervum uxorem quæſiviſſe Iſaaco, illamque elegiſſe, maximæ ſupremitati anteà, & poſt cognitæ, genus enim fuit, unde ortum Regnum, & populus Iſraël: Ille verò in electione æqualitatem in fortunæ bonis non verſavit, nec in ſucceſſione poſſeſſionum patris ſponſæ, ſed in ordine nobilitatis, decore, pulchritudine, & ſpecioſitate, quo verò ad fortunæ bona proxeneta in dotem daturus (26.) ſponſæ futuræ, tulit decem Camelos onuſtos de bonis Abrahæ ſoceri, ex auro (inquam,) gemmis pretioſis, veſtibus, aliiſque rebus.

Superfluum potius, quàm utile eſſet adducere jura, & mores laudatos ab Iſraëlitico Populo, (27.) Gentibus, Græcis, Cretenſibus, (30.) Lacedæmoniis, (31.) aliiſque, à quibus nec abfuêre Romani (28.) formulantes ſponſalia per coëmptionem, uſum, confarrationem, necnon & Germani, qui ſuis in uſaticis, ac moribus, (29.) quæſierunt in dotes uxorum, non opes, non fortunæ bona, ſed doctrinam, mores, formam, genus, dignitatem, utque pares cum paribus jungerentur.

Ex quo à principiis juris naturæ, Gentiumque ortum axioma: quòd dùm conſcius eſt vir de qualitate ſponſæ, conditione, genere, fortunæque bonis ante matrimonium, locus non eſt de nullitate agere, nec de læſione, quoad pacta extrinſeca, directa in ordinem

(22.) Alex. *conſ.* 3 *n.* 3. Ann. Robert. *rer. jud. lib.* 4. *cap.* 19. Molin. *de juſt. & jur. diſ.* 274. *num.* 5. Barb. *l.* 1. *par.* 1. *num.* 33. *ſolut. Matr.* Alvar. Valaſc. *de partition. cap.* 5. *num* 5. Latè Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. dict. gloſ.*6 *n.* 2. *&* 4. Chriſtin. *conſuet. Mechlinien tit.* 10. *art.* 14. *à num.* 1.

(23.) Petr. Broſ. *in not. ad Caſſiod. lib* 4 *& Epiſt.* 1. *Uxoris dotes, doctrina, mores, forma, genus, dignitas.*

(24.) §. 6. *n.* 69. *&* 70.

(25.) *Geneſ. cap.* 24.

(26.) §. 6. *à num.* 23.

(27.) Geneſ. *d cap.* 24. *Reg.* 1. *cap.* 18. *verſ.* 20. Pined. *de reb. Salomon. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 6.

(28.) Dion. Halic. *lib.* 1. Alex. ab Alex. *lib.* 2. *cap.* 5. Carol. Sigon. *de antiq. jur. Civil. Roma. lib.* 1. *cap.* 1.

(29.) Cornel. Tacit. *de morib. German.*

(30.) Ubo Emm. *de Republ. Creten.* Alex. ab Alex. *dier. genial. lib.* 4. *cap.* 8.

(31.) Ubo Emm. *de Republ. Lacon. Ut ſponſæ ab ſponſis, ſine dote peterentur, ut pares cum paribus ſe jungerent. Ut ſponſæ expeterentur, quæ eſſent ingenioſæ, animoſæ, pulchræ, agiles, robuſtæ.*

ad connubium. (32.) Quarè dubium non est turpiter asseri, & ex gratiæ aucupio, inæquale fuisse fœdus antenuptiale Reginæ Christianissimæ; immò fatendum, talem assertionem repugnare tàm juris naturalis dictamini, moribus Gentium, placito Doctorum, quàm fini tendenti ad executionem fœderis pacis publicæ: quo casu injustitia, & inæqualitas inadmissibilis fuit absolutè, etiamsi pactum directè tenderet in incommodum, & præjudicium tertii, jurium violationem, actionumque turbationem; præcipuè dum aliàs nec pax ferienda, nec nuptialis stipulatio concipienda foret. (33.)

(32.) Latè ex D. Thoma, & aliis quam plurimis Sanchez, *de Matrim. lib. 7. disp. 18. per tot.*

(33.) Besold. *dissert. de Pace, Pacisque jur. cap. 5. n. 2.* Ant. Fab. *cons. de Ducat. Mont. Ferrat. par. 1. fol. 161. & par. 2. fol. 340.*

Omnia equidem hactenus per nos exarata, ad rem, de qua contentio, non pertinere fatemur; sed dicta credantur ad irrisionem declamatæ inæqualitatis, utque dignoscatur, nec cogitationi illius locum esse, etiamsi ageremus inter privatos, inque privato contractu. Sed cùm æqualitas fœderis antenuptialis Sereniss imæ Infantis, ad quam collimarunt Regum stipulantium voluntas, & desideria, fuerit ad conciliandum pacis vinculo commune bonum, tranquillitatem publicam, & subditorum utilitatem, jure fœciali attento; nihil aliud quærendum, quàm coæqualis inter fœderantes suprema potestas (34.) quâ inventâ quidquid pollicitum, & stipulatum fuit, undequaque, ut firmum laudandum, & servandum.

(34.) Liv. *lib. 34.* Besold. *dissert. de fœder. jur. cap. 5. num. 6.* Pet. Gudelin. *de jur. Pac. cap. 1.* Petr. Fab. *lib. 1. Semestr. cap. 7.*

Cùm ergò in utilitatem communem collimassent Reges, hæcque fuerit causa prima fœderum antenuptialium, & pacis indè emergentis, inæquale pactum, contrariumque bono communi Hispanici Regni, tunc censendum esset, si abfuisset renuntiatio, transiretque Serenissima sponsa in potestatem viri ornata spe, & juribus succedendi in Regna paterna, uniendique Majestatem Hispanam Gallicanæ, cum tanto detrimento, & diminutione Hispani nominis, & Majestatis, præsertim cum omnimoda exclusione, (35.) & præclusione Hispana succedendi (si casus obtingeret) in Gallica Dominia: quod opus Gallis inconcussum est.

(35.) Arnold. Ferron. *de gest. Gallor. lib. 4. in Francis. I. At mihi prius omnia Deus Optimus Maximus eripuerit, quam illud judicium, quod non modò Cæsari concesserim, ut Regia aliquod Majestate indignum patrans, fasces illi submisisse videam, at nè Patri quidem meo, si reviviscat, ut patientem me Gallicam Majestatem minuat.*

Sed quamvis nuptiale fœdus renuntiationis vindicari possit à nota inæqualitatis ex principiis juris, con-

consuetudineque communi, Europæorum assensu laudata, ex qua receptæ fidei-commissorum familiarum, [36.] majoratuum [37.] constitutiones ad decus familiarum illustrium, & conditiones appositæ ferendi simpliciter, immediatèque nomen, [38.] & arma [39.] testatoris. Ex quo constitutum inter Hispanos, [40.] ut duo majoratus excedentes summam à lege constitutam non possint in unam devenire personam, nè ex tali unione testatoris, aut fundatoris memoria, & stemma aboleatur in communis boni publici, & agnationis perniciem. [41.]

Quo etiam jure, & usu legitimè fatendum, egisse Regem Catholicum ad renuntiationem stipulandam, impedita illius virtute unione Regnorum, & abolito lugubri omine imminenti Hispanicæ Majestati, si illius fasces Gallicanis postponerentur.

Adhuc tamen maximo, ac excellentiori arcano tractatio omnis antenuptialis, anteque fœderalis pacis acta fuit. Undè ingredimur Ministrorum Regis Catholici defensionem, qui actu simultaneo, nec ulla ex parte diviso, debuêre in id incumbere, Regemque suum monere de necessitate prævia renuntiationis, qua deficiente non liceret Patri Serenissimam Infantem filiam Regi Christianissimo locare, ideoque ad fœdus connubiale de renuntiatione ordiendum: Ea petenda, pactandaque primo loco, indè ad cætera procedendum. Primò, quia receptum est consuetudine, moreque Majestatico (quo obstrictus pater) [42.] ut filiæ Regum antenuptialiter remittant in Regis, & Regni utilitatem jus successionis, sicuti & in nuptiis Henrietæ Mariæ, & Regis Anglorum; Reginarum Annæ Austriacæ, & Elisabethæ Borboniæ executum constat ex relatis.

Secundò, quia etsi renuntiatio Reginæ Christianissimæ inutilis, & inefficax à Gallis declametur, quod idem conatus est Bartholomæus Gramond, [43.] de renuntiatione olim facta, stipulata, & executa fœdere nup-

(36.) Philip. Knipschilt *de fideicom. famil. per tot. præcipuè cap.* 7. Nicol. Boll. *de fideicom. famil. illustr. cap.* 6. Arnold. Clapm. *de Arcan. rer. publ. lib* 2. *cap.* 22. Molin. *de Primog. lib.* 1. *cap.* 18. *à num.* 1. ubi Addit. Castill. *controvers. lib.* 5. *cap.* 145. *&* 147. Excellent. D. Christoph. Crespi. *observ. in decis. Valen. obser.* 22. *n.* 5. Latè Heninn. Arnis *de divis. Regn à n.* 44.

(37.) Molin. *dict. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. Valenç. *cons.* 185. *n.* 31. *& cons.* 156. *num* 3. Solorç. *de Gubern. Indiar. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 17.

(38.) *L. cum filius*, §. *Pater de leg.* 2. *l. Uxorem, de manum. testam. l. Filiæ suæ* §. *Titia, de cond. & demonstr.* Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 14. *num* 3. Thesaur. *quæst. Forens. lib.* 1. *q.* 34. Fusar. *de subst. q.* 147. Castill. *controvers. cap.* 93. §. 20.

(39.) Molin. *dict. cap.* 14. *num.* 6. ex *l. Lex, quæ Tutores*, C. *de administ. tut.* Joan. Gutier. *lib.* 2. *practic. q.* 14. *nu.* 42. Pont. *cons.* 4. Castill. *cap.* 136. *n.* 74. Theod. Hoeping. *de jur. insign. cap.* 8. *à num.* 379. *&* 397.

(40.) *L.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopil.*

(41.) Dict. *l. Lex, quæ Tutores*, C. *de administr. tutor.*
(42.) *L. More majorum, de jurisd. omn. judic.* Menoch. *cons.* 126. *num.* 35.
(43.) Barthol. Gramond. *Histor. Gallic. lib.* 1.

nuptiali à Regina Anna Auſtriaca, quidquid in eas objiciatur, firmitatem, virtutem recepiſſe, tenuiſſeque, verum eſt (44.) ex duobus ſummis immutabilibus principiis Majeſtaticis, quorum primum reſpicit ad perſonale ſponſi decus, communeque individuum ipſius Regis, & Regni commodum; ſecundum ſpectat directè ad honorem Regis, & Regni Hiſpanici, nè minueretur illius Majeſtas.

Ne verò id diſſonum videatur, inque primi axiomatis probationem, notandum eſt: quòd cùm (ut ſuprà latè expenſum) nuptiæ Sereniſſimæ Infantis, non utiles tantùm, ſed neceſſariæ haberentur ad honorem Regis ſponſi, bonum Regni, & utilitatem ſubditorum, præcipua tamen pars ad executionem conjugii fuit antenuptialis renuntiatio, qua deficiente, nec matrimonium, nec pax, nec deſiderata felicitas oriretur Gallis. Audiamus Gallicos Scriptores: (45.) *Res notatu digna eſt in Regno Galliæ, quòd ab ipſius incunabulis hucuſque nullius Regis uxor illud auxerit acceſſione ulla ſtabili, neque auxilio, adjumento, & favore ſtatum firmaverit, potius autem rixis, damnis, & expenſis oneraverit. Quod ſi verò aliquando contigit tractare de matrimonio cum illis, ubi ſpes optimæ ſucceſſionis apparuit, ſemper impedimenta, & remoræ intervenerunt, vi neſcio cujus arcanæ diſpoſitionis, quæ filum tractatûs abrupit. Unde videtur, Deum Gallos docere voluiſſe, quod Regnum eorum adeò maſculum conſtituerit, ut acceſſionis reſpectu, nè filum ſexui fœminino deberet, atque nulla in parte Imperium ſuum fœminis acceptum ferret.*

Secunda ratio, & quidem ſumma ſpectans ad utilitatem Regis, & Regnorum Hiſpaniæ, eo innitur, quod cum Regiam deceat ſolertiam, ita Rempublicam gerere, ut publica utilitas incorrupta perſiſtat, (46.) jura Regni, honor Coronæ, (47.) quæque ad decus ſpectant, vel ad dignitatem, (48.) muneriſque amplitudinem (49.) illibata ſerventur, tranſlato ſceptro ſucceſſori abſque Majeſtatis, & ordinis diminutione, unioneque in decora ſupremitatis Regiæ, ac Patriæ, neceſſariò obſtrictus fuit Pater Rex antequàm Regi Chriſtianiſſimo precanti, & exoranti filiam tra-

(44.) Beſold. *diſſert. de Pace, cap. 5. num. 6. Ita eo fine tractatæ fuerunt nuptiæ Galliæ Regis cum Hiſpana: Hiſpani cum Gallia.*

(45.) Turquet. *lib. 7. de la Monarch. Ariſtodem. pag. 493.* Joan. Lymn. *not. Franc. lib. 2. cap. 19. teſtimon. lit. I.*

(46.) *Cap. Imperialem de probib. feud. alienat. per Freder. Imperialem decet ſolertiam, ita Reip. curam gerere & ſubjectorum commoda inveſtigare, ut Regni utilitas incorrupta perſiſtat.*

(47.) Theod. Reinfin. *de Regim. ſæcul. lib. 1. claſſ. 3. cap. 10. n. 21.* Tapia, *l. fin. C. de conſt. Princip. cap. 9. n. 33.* Henric. Bruning. *de var. univerſ. ſpecieb. theſ. 6.*

(48.) Bodin. *de Repub. lib. 1. cap. 10. Quæ propria ducunt, vel ad decus, vel ad dignitatem.*

(49.) Hieron. Oſor *de Regni ſtat. lib. 4. Primum quidem muneris amplitudo.* Petr. Crin. *de honeſt. diſcipl. lib. 2. cap. 4.* Matth. Steph. *de unic. Relig. cap. 1.* Menchac. *contr. lib. 2. cap. 4. n. 10.* Phil. Camer. *oper. ſucceſſ. par. 2. cap. 45.* Mendoc. *virid. lib. 5. Problem. 33.* Beſo. *de præced. cap 3. n. 8.* Beroi. *conſ. 165. num. 19. lib. 3.* Donad. *de renunt. cap. 26. n. 2.* Henr. Kell. *de Reg. Roman. elect. concl. 16.* Guerrer. *Syllog. rer. quotid. concl. 17. lit. B.*

traderet, (50.) renuntiationem petere, ut illo arcano, unione Regnorum impedita, Hiſpani faſces aliis exteris non ſubmitterentur.

Hæc ſumma rerum ratio induxit inter ſupremos receptum morem renuntiationum antenuptialium, in parentum, & Regnorum commoda excluſa illorum ſummiſſione, poſtpoſitione, aut extinctione honoris illuſtriſſimi; ut exemplis Anglorum, & Aragonenſium notavit Cabotius, (51.) qui mos non natus, nec ſuſceptus fuit ex mero placito ipſorum Regum, & ſtipulantium voluntate, ſed injunctus Majeſtati à crepundiis juris Publici, & Gentium. Conſtatque ex prima antiquitate exemplo à Poëta expreſſo; Poëta, inquam, illo totius antiquitatis theſauro, Regumque Magiſtro Marone, referente bellum diuturnum, & atrox Æneæ cum Latinis, in quo vis æqualis, & diſcrimen mutuum, finem non tenuiſſe notat, ni pacta pace, initiſque fœderibus nuptialibus (52.) locata Lavinia Æneæ, ſed ea cautione, quam Drances Conſiliariorum Præſes Turno ſuggeſſit, tradendam enim monuit Infantem Laviniam [53.] egregio, & æquali Genero, digniſque elocandam hymenæis, dùm tamen cederet jure hæreditario in favorem Patris Regis, Patriæque jus omne remitteret. [54.]

Si verò quæras, qua ductus mente Drances, hanc remiſſionem conſuluit? In confeſſo eſt, aliàs non æquis legibus, ſed iniquis conciliandam concordiam. Nam cùm ſumma Regum, & Regnorum ratio, & ad quam collimant Gentium mentes, ſit, nè vetus nomen Regni mutetur, ſintque proprii per ſæcula Reges, [55.] extingueretur Latinorum Majeſtas, cum nominis olim celeberrimi abolitione, ſi tranſiret ad Laviniam extero Herôi nuptam, cui damno, ut occurreret, arcano ſummo præcavit Drances, dùm neceſſariam renuntiationem conſuluit in fœdere pacis aliundè æquis legibus, & æqua utilitate ſancito. Nec renuit Æneas, immò petitioni conceſſit, nec ſibi, nec Teucris Regnum voluit, [56.] ſed arma, & Imperium ſocero remiſit ſtipulatione, & jurejurando. [57.] Quo vinculo obſtrictus nomen Latinum, recepta in uxo-

(50.) Ex Pereg. *de fideicommiſ. art.* 10. *num.* 28. Craver. Tiraq. Petr. *eod. tract. q.* 15. *n.* 189. Theod. Reinfing. *de Regimin. ſæcul dict. lib.* 1. *claſ.* 3. *cap* 10. *n.* 24.

(51.) Vincent. Cabot. *lib.* 1. *diſp. cap.* 17.

(52.) Virg. 11. Æneid.

Conſulite in medium, & rebus ſuccurrite feſſis.

(53.) Idem. Virgil. *Tum Drances, idem infenſus, quem gloria Turni:*
Surgit & his onerat dictis.

(54.) *Cedat jus proprium Regi, Patriæque remittat.*

(55.) Idem Virg. *lib.* 12.

Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri jubeas, Teucroſque vocari,
Aut vocem mutare viros, aut vertere veſtes.
Sit Latium, ſint Albani per ſæcula Reges.

(56.) Virg. *dict. lib.* 12.

Non ego, nec Teucris Italos parêre jubebo,
Nec mihi Regna peto.

(57.) *Sacra, Deoſque dabo: Socer arma Latinus habeto,*
Imperium ſolemne ſocer.

rem Lavinia, adeo non ſuſtulit, ſed & Troianis impoſuit. [58.]

(58.) Virgil. *lib. Æneidos* 1.

Inferretque Deos Latio, genus unde Latinum.

Horum jurium, & politicæ ſupremæ apprimè gnari Catholici noſtri Regis Miniſtri, nativæque obligationis, & ſui muneris memores ad conſervandam incorruptæ Majeſtatis perſiſtentiam, conſuluerunt Regi renuntiationem, ut ſub juſtis, & æquis legibus pax feriretur. Quod neceſſariò exequi debuit Rex petita renuntiatione, nè unito Hiſpano Imperio cum Gallicano, gravioribus ambo exponerentur incommodis. [59.]

Ubi Cerda: *Potuit igitur victore Ænea perire nomen Latinum. Sed volens ſibi favorem Latii conciliare, nomen Latinum, non ſolum illis non ſuſtulit, ſed Troianis impoſuit.*

Ne verò temerè dictum videatur, iniquam pacem fore, & iniquum fœdus, ſi abfuiſſet renuntiatio, notandum eſt, quòd iniqua pax habètur, dùm utilitas, & honor Regni incorruptus non perſiſtit: æqua verò, dum comiter, & remota jurgiorum cauſa inter amicos Reges Majeſtas conſervatur. Notum quidem eſt Hiſpanos inter, & Gallos, non bene convenire Majeſtatem, & amorem, undè ſi ſub uno ſceptro agerent, nec æquam ſocietatem, nec tranquillitatem neceſſariam ad commune bonum ſervaturos, nec ſine dedecore Hiſpanos poſſe regi, alienam Majeſtatem agnoſcentes, ſi alienis ſubmitterentur faſcibus, [a] ob ingenitam illorum, & Francorum antipatiam, excluſa à Gallis alienorum faſcium prælatione, [60.] & inadmiſſibili ab Hiſpanis æqualitate in Majeſtate.

(59.) Hening. Arniſ. *Politic. lib. 2. ſect. 12. num. 170. Si verò peregrinum Principem Regina præferat, multò gravioribus incommodis exponitur Reſpublica.*

(a) Virgil. *lib.* 11.

Sin alios fines, aliamque capeſſere Gentem
Eſt animus, poſſuntque ſolo decedere noſtro.

Quæ diſcordia ſic innata eſt cordibus Francorum, & adeò inimica Hiſpanis gens Gallica, ut nec in propriam utilitatem toleraſſe potuerit Hiſpanum Imperium, nomen, & arma, ut expendit, & protulit in medium Humeniæ Dux, (61.) ex primoribus fœderis Catholici, recuſans opem oblatam à Philippo II. contra Hugonotas: Mens hæc infixa fuit Francorum cordibus (etiam oblitis, & conculcatis vi nativi odii, juribus naturæ, & ſanguinis, privatiſque Gallicanis.) Defuncto enim Sancto Rege Ludovico, minore filio ſuperſtite, cujus minoritatis tempore Regni regimen Blancæ matri competebat jure Francico, exuere illam regimine conati ſunt Galli, illo principio tantùm, quod natura, & origine eſſet Hiſpana. [62.]

(60.) Ex Bald. *ad tit. de prohib. feudi alienat. §. penult & conſ. 1. & 216.* Joan. Lymn. *not. Franc. lib. 2. cap. 6. lit. TTTT.* Thom. Lanſ. *diſc. de leg. Reg. theſ. 49.*

(61.) Buſieres *in Hiſtor. Franc. lib. 22.*

(62.) Paul. Æmil. *de rebus geſt. Franc. in Diu. Ludov.* Turquet. *Hiſt. Franc. lib.* 11.

Sub

Sub bello Gallo-Catholico ſatis importuno, defuncto Henrico III. Francorum, flagrantiſſimè concupivit Catholicus Rex Philippus II. Gallicanam Eccleſiam armis Hugonotarum oppreſſam liberare, Regnumque Chriſtianiſſimum manui orthodoxæ tradere; in quem finem medio Præſide Janino apud Hiſpanos agente, propoſuit Catholicis Gallis, quòd, cùm Gallicanum Regnum competeret Sereniſſimæ Infanti Eliſabethæ, filiæ Reginæ Eliſabethæ, item filiæ Regis Henrici II. Galliarum, nuptiis traderetur Archiduci Erneſto Auſtriaco, fruerenturque vi maritalis ſocietatis Gallicana Regna, quo unirentur ex Catholici Regis patrimonio Belgicæ Provinciæ. Quod votum injuſtam paſſum eſt repulſam. Sed cùm Catholici Regis Philippi animus anxiè verſaretur in Eccleſiæ Catholicæ defenſionem, connubium propoſuit ipſius Iſabellæ filiæ cum Duce Guiſio, origine, & natura Gallo, quod etiam repulſam meruit ab ipſis Catholici fœderis Principibus, nullo alio ductis arcano, quàm & à prima periodo Francici Imperii orto, quòd Gallicana Regna à nullo alio principio, manu, ſanguine, quam Gallo regenda, nec ſubmittenda aliis faſcibus, ſed ex voluntate transferenda, tradendaque propria Gallorum, [63.] à ſceptro [64.] excluſis extra proprium limitem natis.

(63.) Buſieres *dict. lib.* 22. Chiflet. *vindic. Hiſpan. cap.* 7.

(64.) §. 11. *num.* 25.

Hæc quidem animorum diſcordia, illa Gallorum mens non ſubmittendi faſces, infixius inſita Hiberis à primis Hiſpanici nominis crepundiis, ut omiſſis Reipublicæ Romanæ, & Imperii Regni Gothici exemplis, evincitur exactis Ildephonſi Regis, cui cùm placuiſſet ſceptrum Hiſpanum tradere Carolo Magno, intolerabile habitum fuit Gentibus. Sic narrant Hiſtorici: [65.] *Proceres Hiſpaniæ ægrè ferre Francorum Imperio ſubdi, Gentis inſolentis, & feræ, non Maurorum ſervitutem depelli, ſed graviori propemodum ſervitute mutari. Hæc pro ſe quiſque, hæc in circulis, hæc plebs, & optimates conquerebantur.*

(65.) Marian. *hiſt. Hiſp. lib.* 7. *cap.* 11. Vincent. Cabot. *diſp. lib.* 1. *cap.* 10. infra §. 9. *num.* 23.

Addat Ambroſius de Morales: [66.] *Supoſe acà à lo que avian ido, y traian concertado, y tomando grandiſſimo peſar los Grandes del Reyno ſe fueron al Rey, y con mucha in-*

(66.) Ambroſ. de Morales *Chronic. general. lib.* 13. *cap.* 48. Beſold. *diſſert. Nomocopol. de Regn. ſucceſſ. diſſert. lib.* 2. *diſſert.* 1. *n.* 5. Richard. Dicter. *concl. de ſumm. poteſt. Imper. concluſ.* 167.

dignacion le dixeron, que embiaße à deshazer el concierto, ſino que le quitarian la obediencia, y alçarian nuevo Rey à ſu contento.

Ex ipſo etiam arcano neceſſaria fuit renuntiatio ad matrimonium, alia poſitione ſuprema attenta. Nam ſi traderetur ſponſa, ſalvo ſuccedendi jure tranſmittendo in filios, & ex illius virtute uniretur Hiſpana Dominatio Gallicanæ, amitteretur (quod abſit) Majeſtas, honor Amphydromialis tot curis, tot bellis comparatus, partus, & coalitus, antepoſitis Gallicanis faſcibus Hiberis, [67.] prælatoque Galliæ titulo honori, nominique Hiſpano, vel fortaſsè abſolutè inclyto Hiſpanorum nomine abolito; ſicuti Aurelianenſe, Pariſienſe, Pictavienſe, quorum in ſtemmatibus Regiis nec memoria eſt, nec etiam in hiſtoria, decorata Majeſtate tantùm titulo Regis Galliæ, ut Franciſcum I. Regem feciſſe conſtat, unum Regis Galliæ titulum ſufficere jactitantem in ſupremitatis ſignum. [68.] Mordaciter illo dicterio invehentem in Carolum V. qui ad propriæ Majeſtatis, honoremque Regnorum, titulos Imperiales, Regios, Provinciarum, ac Dominationum præſeferebat.

(67.) Chaſſan. *Catalog. glor. mundi, part. 1. conſid. 38. concl. 44. n. 33.* Valdes *de dignit. Hiſpan. cap. 15. n. 11.* Hoeping. *de jur. inſign. cap. 6. n. 379.* Joan. Lymn. *not. Franc. lib. 2. cap. 6. lit. TTTT.*

(68.) Joan. Lymn. *dict. cap. 6. lit. LLLL.*

Quo tumore feruntur adeò Franci Galliæ Regali titulo contenti, ut quicquid aliis ſucceſſionibus, aut juribus poſſidendum acceſſit, etiam illuſtre oblitteretur, nec nomine ullo cenſeatur. [69.] Quin & ſucceſſor Primogenitus Delphinus ſolummodo adeatur, aut Primogenitus Gallorum Regis, violatis ſacris aliorum Regnorum juribus, contempta pactorum & jurisjurandi Sacroſancta Religione. Audiamus Lymneum: [70.] *Titulus Primogeniti filii Regis Franciæ anteponitur, non ſolum titulo Delphini, verum etiam titulo Regnorum, ut probant Tilletus, & Belleforeſtus, exemplis eorum, qui fuerunt Reges Navarræ, antequàm pervenerunt ad Regnum Franciæ, qui in litteris ſuis præponebant prædicatum filii Primogeniti Franciæ titulo Regis Navarræ. Idem fecit Rex Franciſcus II. poſtquam Reginam Scotiæ duxerat in uxorem, licet dictum fuerat in pactis matrimonialibus, ut uteretur titulo Regis Scotiæ. Hinc vivente patre appellatus fuit Rex Delphinus; omnes enim Franciæ Regum Primogeniti ad hoc obligati*

(69.) Beſold *diſſert. de jur. territor. cap. 2. n. 2.* Joan. Jacob. Draco, *de jur. Patric. lib. 2. cap. 2. in Append. n. 9.* Theod. Hoeping. *de jur. inſign. cap. 22. n. 160.* Joan Lymn. *not. Franc. dict. lib. 2. cap. 6. litter. OOOO. & PPPP.*

(70.) Joan. Lymn. *not. Franc. lib. 2. cap. 21. lit. S.*

gati sunt, ut utantur titulo Delphini.

Hac propriæ Majestatis Gallicanæ conservandæ libidine nota Ministris Catholici Regis nostri, cognitoque dedecore, & diminutione Majestatis, quæ Hispanis proveniret unita Hispania Gallis, quis injustitiæ notabit factam Regi consultationem de petenda, & stipulanda antenuptialiter renuntiatione? Quis ausus dicere illegitimè à Rege subditorum, & Regni Parente petitam, & stipulatam? Quid aliud petitione actum, ni gloriam Regni non extenuare, (71.) sed exornare impedita unione, (72.) utque filio transmitteretur sceptrum incolume, illoque decoratum honore, quo à Patre Philippo III. sibi transmissum absque amissione juris quæsiti Hispano Regno, (73.) Regi Patri, & Regi fratri, (74.) non tantùm ex pacto antenuptiali Reginæ Christianissimæ Annæ Austriacæ, quandò elocanda fuit Regi Ludovico XIII. sed ex renovato fœdere in novis nuptiis Sereniſſimæ Theresiæ Infantis cum Ludovico Rege XIV.

Sed etsi dicta sufficerent in repulsam inæqualitatis objectæ pacto antenuptiali renuntiationis, adhuc ad optandam, curandamque incompatibilitatem, & Regnorum impediendam unionem, necessariò obstrictus, duplicique innodatus erat vinculo Rex noster. (75.) Primò, quatenus tenebatur agere, ne fasces Majestatis manu propria erecti aliis submitterentur. Secundò, quatenus debebat curam impendere pro salute publica, agereque ad honorem subditorum, ut proprium Regem, (76.) inveteratum, ac illustrem titulum regalem conservarent, esset potens antiqua Regia propago, regerentque Hispanos per sæcula proprii Reges, lingua, veste, moribus nullatenus adulteratis. Quæ fuit mens celebris Elisæ Carthaginensium (77.) Reginæ quæ voluntariè vitam gladio finivit, nè cùm tanto dedecore cogeretur nubere extero Regi Hyarbæ Maxitanico, subditos sibi dilectissimos peregrino Principi subderet, notosque ritus, mores, & vestes in alia

(71.) *Decret. Concil. Toletan. VIII.* relatum à Loaisa. *fol.* 442. *Et quia eos gloria decorat, ipsi quoque gloriam Regni non extenuent, sed exornent.*

(72.) Ex Alber. Gentil. Besold. *de increm. Imper cap.* 5. *num.* 4.

(73.) *Dict. Decret. Concil. Tolet. Unde non personæ; sed potentiæ suæ hæc debere, non ambigit: Regem enim jura faciunt, non persona.* Post: *Et perpetuò deputentur in jure non habenda parentali successione; sed possidenda regali congressione, l.* 2. *in Prolog. del Fuero juzgo,* Bald. *cap. ult. de sent. & re jud. & conf.* 159. *lib.* 3. Theodor. Reinsin. *de Regim. sæcul. lib.* 1. *dict. clauſ.* 3. *cap.* 10.

(74.) Lex Recared. r lata *post Concil. Tolet. VIII.* Loaisa. *fol.* 445. *Quoniam pro Regni apice probantur adquisita fuisse ad successorem tantundem Regni decernimus pertinere, l.* 4. *in Prolog. del Fuero juzgo.*

(75.) *L.* 1. *& toto tit.* 10. *par.* 2.

(76.) Oldra. *conſ.* 206. *num.* 3.

(77.) *Novell. de Sanctiſ. Episcop. in princ. & cap.* 3. Justin. *lib.* 18. *Tunc à te Regina castigati, si pro salute Patriæ spernere vitam recusassem, cui etiam ipsa vita, si res exigat, debeatur.* Liv. *lib.* 3. *& lib.* 9. Cæsar, *lib.* 1. *de bell. Civil.* Veget. *lib.* 3. *cap.* 1.

alia inusitata mutaret. Et Isabella [78.] Anglorum, quæ nec admissis internorum, externorumque connubiis Ferdinando Austriaco, Regique Sueciæ repulsam dedit, nè nupta subdito violaretur Sacramentum Majestatis, exteroque admisso subditorum conditio durior constitueretur. [79.]

Huc advoco Galliam ipsam, ni fallor, non immemorem, quòd cum morte Henrici II. ad thronum Gallicanum ascenderet Henricus Polonorum Rex, intolerabile habitum fuit Polonis propriæ Majestatis fasces cum Gallicis miscere: Undè consequens erat in unione titulum, & stemmata propriæ Majestatis, aut non præferenda, aut postponenda, quarè rejecto jure Regi competenti, precesque ab eo interpositas, dum reditum offerret, despicantes, Maximilianum Austriacum elegerunt in Regem. [80.] Cui electioni, dum locus non esset, suffectus fuit Stephanus Batorius, qui vivente Henrico Galliarum III. Regnum Polonorum jure proprio, & legitimo tenuit: Tantus amor apud omnes Gentes propriæ gloriæ, nominisque efferendi, proprioque obediendi Regi, non extraneo.

Sed etsi hoc jus supremum, hæc ratio tuendi, conservandi, exornandique Majestatem, utque sint proprii per sæcula Reges, præcipua sit inter Gentes, maximaque, & supereminens inter Hispanos habita, talique ducti desiderio nativum nomen non immutandi, honorabileque titulum *Regium* supremum in propria Gente venerandi. Quòd cum in fœderis, & amicitiæ signum oblatum eis à Romanis fuisset *Imperatoris* nomen in titulum, dedere repulsam: [81.] nè Gothorum virtus, & gloria, adhùc eo nudo vocis signo misceretur cum Romana, quarè ab Ataulpho Visogothorum Hispanorum Rege, obliterato Romanorum nomine, solum Gothorum Regnum dictum, quod Romanorum fuerat, Gothicaque appellata *Regia*, quæ olim Romana. [82.]

Æquali etiam, nec præpostera ambitione, agitatos Hispanos invenimus erga stemmatum, fascium, insigniumque honorem servandum. Nec ignotum est Gentibus

(78) Justin. *dict. lib.* 18. *Atque ita ad populum respiciens, iturum se ad virum, sicut præceperant, dixit, vitamque gladio finivit.* Henning. Arnis. *lib.* 2. *Polit. cap.* 2. *sect.* 12. *num.* 146. *Honestam repulsam dedit, Reginamque esse maluit, quàm Regis uxorem.*

(79.) *Authent. de Defens. Civit.* §. *Audient: Et omnis gens sub majori constituta judice, majorem sentiant providentiam, l. Generaliter* §. *quoties, de fideicommis. libert. Contra voluntatem defuncti durior conditio constituatur.* Oldrad. *cons.* 206. *num.* 3.

(80.) *Concil. Tolet. IV. cap. ult. Concil. Tolet. V. Can.* 6. *&* 13. Molin. *de Primog. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 11.

(81.) Saaved. *Histor. Gothic. cap.* 7.

(82.) Paul. Oros. *lib.* 7. *cap.* 43.

tibus tàm Romanæ Reipublicæ, quàm Imperii ætate per ducentos annos protractum acerrimum bellum cum Cantabris, & Asturibus, propugnantibus se nomine proprio, suisque legibus usuros, [83.] nè signa Cantabra [84.] postponerentur Aquilis Romanorum in subjectionis insigne. [85.]

Hæc ingenita Hiberis honoris cupiditas, genuit fundamentalem legem, [86.] communi sensu Hispanorum laudatam, scilicèt ut nullus ad Regnum promoveatur extraneus, qui stemma Gothicæ Gentis, nobilitatisque apicem non trahat. Jure enim hoc coarctante Regem, subque illius vi constituente, quo principio, qua causa, turbata Regni lege fundamentali, danda filia absque renuntiatione extero genero, sub cujus Imperio unitus Regnis necessaria erat mutatio Hispanici nominis, Hispanique Franci vocandi, voceque mutata, corruptis vestibus Gallia fieri, quæ Hiberia dicta fuit, revulsis antiquæ Hispanicæ nobilitatis imaginibus, & stemmatibus.

Quis talia toleraturam Hispanam credat Gentem, passuramque dedecus scaturiens ex unione, si fortè accidisset, illudque Orbis nobilissimum Regnum, gloria primum, origine, antiquitate, virtute, dominatione antecedens, obliteratum, & letheo immersum, aut tacito, vel postposito honore, & prelatos bufones, apes, vel lilia Gallicana, [87.] in honoris excellentiam Syrapis Hispanorum, stolisque Castellorum, & Leonum.

Quis ergò his attentis mussitare audebit iniquam consultationem Consilii Hispani petentis renuntiationem? Quis, inquam, proferet stipulationem injustam, dùm Regii Ministri (ultra exemplum Castellanorum à Rege Ildephonso petentium, nè Regnum traderet Carolo Magno) tenebantur agere ad consulendum incorruptam persistentiam honoris Regni, coacti exemplo propositionis factæ Regi Ferdinando à Roderico Diaz Vivario, dicto *el Cid*, Castellanorum nomine, dum Imperator Henricus II. Hispanis proposuit præstandum Imperio homagium. Audiamus verba Marianæ: [88.] *Hocque ipso gladio defendam Patriæ Proditores,*

(83.) Paul. Oros. *lib. 6. cap. 21. Cæsar parùm in Hispania per ducentos annos actum intelligens, si Cantabros, atque Asturres, duas fortissimas gentes Hispaniæ, suis legibus uti sineret.*

(84.) Tertul. *Apol. lib. 2. cap. 16.* ubi Cerda. Diximus Latè *tract. de Controv. cap. 13. à n. 26.*

(85.) Wolphang. Laz. *lib. 3. de migrat. gent.* Maiol. Dier. Canic. *to. 5. col. 5.* Theod. Hoeping *de jur. insign. cap 8. num. 134. & cap. 17. num. 246.*

(86.) *L. Lex, quæ Tutores, C. de adminisst. tut.*

(87.) Theod. Hoep. *de jur. insign. cap. 6. n. 40 Fama, aiunt plurimi, vulgatum est fuisse Regibus Franciæ Bufones tres Nobilitatis Insigne.* Lym. *notit. Franc. lib. 1. cap. 10. lit. A. Sunt qui antiqua Francorum insignia, tres Bufones, vel ranas fuisse, ejusque notas adhuc in nonnullis Franciæ ædificiis publicis extare,* ex Thevet. Bouch. & Casaneo.

(88.) Marian. *Histor. Hisp. lib. 9. cap. 5.*

tores esse nequissimos, quicumque aut ineptæ religionis simulatione, aut præposteræ cautionis specie, diversum consilium dabunt. Neque majori cura statuent servitutem repudiandam, quam illi dominationem appetunt.

Servitutem esse, si Gentium animos recolimus, proprium non habere Regem, fasceſque, & insignia propriæ Majestatis alienæ submittere, exteramvè authoritatem colere, nullus dubitat. Ob id Macedones conquestos invenimus, dum habitum Regum Persarum Alexander induisset, illo facto credentes ejurasse Patriæ nomen, nativos mores, submisisseque Persicis Macedonicos fasces, & ex Macedonum Rege, habitu induto captorum, factum Satrapam Darii, data subditis mutatione ornatus, servitute in præmium victoriarum. Audiamus Curtium: [89.]

(89.) Q. Curt. *lib.* 6. *cap.* 6.

Continentiamque, & moderationem, in altissima quaque fortuna eminentia bona, in superbiam ac lasciviam vertit. Patrios mores, disciplinamque Macedonum regum salubriter temperatam, & civilem habitum, velut leviora magnitudine sua ducens, Persicæ Regiæ par Deorum potentiæ fastigium æmulabatur. Facere humi, venerabundos ipsum, paulatimque servilibus ministeriis tot victores Gentium imbuere, & captivis pares facere expetebat. Itaque purpureum diadema distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit, vestemque Persicam sumpsit; nè omen quidem veritus, quòd à victoris insignibus in devicti transiret habitum, & ille se quidem spolia Persarum gestare dicebat, sed cum illis quoque mores induerat, superbiamque habitus animi insolentia sequebatur. Litteras quoque quas in Europam mitteret veteris annuli gemma obsignabat: iis quas in Asiam scriberet, Darii annulus imprimebatur, ut appareret, unum animum duorum non capere fortunam. Amicos verò, & equites his unaque principes militum aspernantes quidem, sed recusare non ausos, Persicis ornaverat vestibus. Pellices CCC. & LX. totidem quot Darii fuerant, regiam implebant, quas spadonum greges, & ipsi muliebria pati assueti, sequebantur. Hæc luxu, & peregrinis infecta moribus, veteres Philippi milites rudis natio ad voluptates palàm aversabantur; totisque castris unus omnium sensus ac sermo erat, plus amissum victoria, quam bello esse quæsitum. Tum maximè vinci ipsos, dedique alienis moribus, & externis: tantæ moræ pretium domos quasi in captivo habitu reversuros;

pu-

pudere jam sui regem, victis, quàm victoribus similiorem, ex Macedoniæ Imperatore Darii Satrapam factum. Ille non ignarus, & Principes amicorum, & exercitum graviter offendi, gratiam liberalitate, donisque recuperare tentabat. Sed opinor, liberis pretium servitutis ingratum est.

E contra verò ingenuitatem innatam, decus, honorem, gloriam, fœlicitatemque conservari, dum Gentes ducuntur manu, & Majestate proprii Regis, cui obsequia naturalia, homagia consueta præstentur, & in quo venerentur illustre Regni nomen, & honorarios titulos, absque mutatione morum, linguæ, & vestium, quæ futura censetur, si alienigenæ Principi transferatur sceptrum, (90.) dogmate à Virgilio (91.) Regibus propalato, præceptoque (ut prima ratio illorum sit exornare Regnum, non perdere) sub precibus Junonis, quam decantat orantem Jovi pro Latio, & pro Latinorum Majestate, precantemque, nè dum feriretur pax inter Latinos, & Troas, Latinum mutaretur nomen, nec Latini Teucri vocati Troes fierent. Neque obliteraretur Albanorum Regum titulus, sed fuissent Albani per sæcula Reges; cui voto annuit Jupiter, concessa nominis, & Majestatis Albanorum immutabilitate. Nec ignotum, quot bellis actum inter Romanos, & Sabinos, ut Regno Italo lustrale nomen imponeretur, usquequò triumviralí duëllo Horatiorum, & Curiatiorum victrix Roma nomen, Imperiumque firmavit. (92.)

Hæc enim, quæ ad summam rerum recepta sunt à prophana politica, notant Sacri Scriptores laudata à Populo Israëlitico, (93.) dùm Regem sibi petierunt, sicuti habebant cæteræ Gentes, credentibus Israëliticis illa consecutione, se fruituros cœlestibus benedictionibus, (94.) & optimo regimine: (95.) Sicuti è con-

N ver-

(90.) Petr. Gregor. *de Republ. lib. 7. cap. 4. n. 13. Quare cum novus Princeps alienigena, juxta id, quod honestum videtur, & erit apud suos, voluerit mores civium novorum aptare, non emendabit, sed perdet Rempublicam.*

(91.) Virgil. *lib. 12.*

Pro Latio obtestor, pro Majestate tuorum;
Cum jam connubiis pacem felicibus (esto)
Component, cum jam leges & fœdera jungent,
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri jubeas, Teucrosque vocari,
Aut vocem mutare viros, aut vertere vestes.
Sit Latium, sint Albani per sæcula Reges;
Sit Romana potens Itala virtute propago.

Et postea:

Do quod vis: & me victusque, volensque remitto.
Sermonem Ausonii patrium, moresque tenebunt:
Utque est, nomen erit, commisti corpore tantum,
Subsident Teucri, morem, ritusque Sacrorum,
Adjiciam faciamque omnes uno ore Latinos.

(92.) Liv. *lib. 1. Ibi Imperium fore, unde victoria foret.*

(93.) Patric. *de Regn. lib. 1.* Joan. Corras. *l. Ex hoc jure, n. 4. de just. & jur.* Conan. *lib. 1. Commen. cap. 8. n. 8.* Kokier. *aphorism. Politic. lib. 1. cap. 1. in not. § ult.* Joan. Lymn. *de jur. publ. in addit. lib. 2. cap. 1. num. 40.* Renat. Chopin. *Dom. Franc. lib. 2. tit. 2. num. 6. & 7.*

(94.) Abulens. *1. Reg. cap. 8. quæst. 3. & 4. Causa autem erat, quia videbatur eis indecorum esse, quod cum ipsi essent magnus populus, non haberent Regem. Putabant enim magnum esse honorem populi, & quod ipsi prohiberentur hoc honore, erat eis grave,* Cornel. à Lapid. *eod. cap. vers. 5.*

(95.) Joseph. *antiquit. lib. 6. cap. 4.* Abulens. & Cornel. à Lapid. *dict. cap. 8. Reg.*

verso in dedecus sibi verti proprium Regem non habere, peccatique pœnam esse carere nativo Principe, translatis Gentibus in extraneam dominationem, non quidem belli jure (96.) (ut Babyloniis, Medis, Israëlitis accidit) sed successivo, aut hæreditario. (97.)

(96.) Dan. *cap.* 5. Herodot. *lib.* 1.

(97.) Latè Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 13. *cap.* 10.

Non etiam ad rem faciunt, quæ ad æqualitatem matrimonialem, adversarius congerit: (98.) *Neque enim inter Urbes, vel Provincias tam acerba potest esse dissensio. An fortè adhuc iræ in ipsis animis vivunt, nec bona fide in gratiam redîêre? Sed ea perfidiæ suspicio omninò removenda. An ignoramus, quanta olim inter utramque Gentem concordia fuerit? Quem enim fugit Gallorum auxiliis exactos Hispania fuisse Sarracenos? Quem non moveat sacrum illud, & solemne, non modò inter Carolum V. Galliæ Regem cognomine Sapientem, atque Henricum II. Castellæ Principem, cujus ex stirpe, qui nunc Hispaniæ præsunt Reges, sunt oriundi; sed etiam inter singulos Regni utriusque homines fœdus olim sancitum, quò ut frater fratrem, sic Gallus Hispanum, & vicissim adjuvare teneretur. An non hæc sunt inter eas gentes mutuæ benevolentiæ, & concordiæ clarissima monumenta? Neque id nos fallit, quàm hæc latè pateant Imperia Regionum, & Provinciarum varietate: sed ea quidem magnitudo nihil obstare posset, quo minus Divina ita moderante providentia, membra velut dissecta, sanguinis, & naturæ jure in unum corpus convenirent. Nec tùm rationes illæ, quantumvis speciosæ, quæque facillimè in contrarium duci possunt, plus essent ponderis habituræ, quàm naturæ leges omnium Gentium consensu comprobatæ. Quam enim habet rationem communis hominum vita ad augendas opes, & facultates procliviorem, aut magis usitatam, quam successionum viam, quæ ut brevissima, sic est omnium longè justissima? Aut ex quo fonte potius manant illæ successiones, quàm ex connubiis, & affinitatibus? Quòd si replicare memoriam temporum velimus, & rerum gestarum monumenta scrutari, jam diù esse, ex quo Regia utraque domus sibi mutua est affinitate conjuncta, reperiemus. Ludovicus VII. Rex Galliarum anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo uxorem duxit Isabellam Alphonsi V. Regis Castellani filiam. Cum quinquaginta interfluxissent anni, nempe anno millesimo ducentesimo primo Blanca Alphonsi VIII. Regis Castellani filia nupsit Ludovico VIII. Philippi Augusti filio, Anno itidem millesimo quingentesimo tricesimo Franciscus I. Eleonoram Caroli Quinti*

(98.) *Manif. fol.* 131. *Tract. Regin. Christian. jus in Ducat. Brabant. fol.* 92. *num.* 10. & 11.

Im-

Imperatoris ſororem in matrimonium accepit. Nullum excluſionis veſtigium in his impreſſum connubiis apparet.

Nam tot, tantaque cumulat, ut difficile ſit brevitate deſiderata reſpondere. Agere enim, ut credatur Hiſpanos, & Gallos concordi unitate vivere poſſe, idem eſt, quod ordinem velle ſubvertere naturæ, & Aſtrorum influentias: [99.] utque ab Hiſpanis obliterata nativa conditione piorum, beneficorum, religioſorum, veridicorum, [100.] glorioſorum, quas omnes laudes adquiſivit bellica, pariterque pia gens, recipiant jugum impiorum, infidelium, fallacium, ſtolidorum, & inconſtantium. [101.] Qua nota Gallos diſtinxere ab Hiſpanis Cicero, & Mamertinus, [102.] quodque natura provida tanto molimine diviſit, turbato ordine confundatur. (103.)

Sicuti & ſupervacaneum, ac inane convertere animos ad contendendum, ut Hiſpana, & Gallicana ſceptra tanta Regnorum mole una manu teneantur, & regantur abſque diſcordiarum periculo, imminentique damno, quo contritum, & deturbatum Alexandri, & Romanorum Regnum, & Imperium fuit, ſciſſa in partes ingenti Dominatione: Hoc enim tantum conceſſum Hiſpanorum animis, & fidelitati, ut cùm admiratione notavit Politicus Contzen. (104.)

Auxilia enim à Gallis Hiſpanis præbita, ex quibus antiqui amoris, & concordiæ ſigna petuntur, ſcitum eſt proveniſſe ultima in periodo Regni Gothorum, nempè cum Barbarorum irruptione premerentur Hiſpani, interque cacumina montium ſecuritatem peterent, tunc quidem Francorum armis in juvamen aſſertis, conſumpti ſunt, (105.) & in ſocios irruptum, quique Barbarorum manus fœliciter effugerant, inciderunt in Gallorum feritatem. Et tamen id vocat Scriptor Gallicam amicitiam, nunquam veriora fatus. In Noſtra verò ætate, obliteratis charitatis, & ſanguinis vinculis, diſſectiſque fœderibus, & concordiis publicis, amicitiam, & pacem cum Othomannis Galli

(99.) Bodin. *de Republ. lib. 5. cap. 1.*

(100.) Saluſt. *de bell. Catilin. Numquam Hiſpanos prætereà tale facinus feciſſe; ſed Imperia ſæva anteà perpeſſos.*

(101.) Cicer. orat. 11. pro M. Fonteio: *An verò iſtas nationes, Religione jurisjurandi, ac metu Deorum immortalium in teſtimoniis dicendis commoveri arbitramini? Quæ tantum à cæterarum gentium more, ac natura diſſentiunt, quòd cæteræ pro Religionibus ſuis bella ſuſcipiunt, illæ contra omnium Religiones. Illæ in bellis gerendis à Diis immortalibus pacem ac veniam petunt. Iſtæ cum ipſis Diis immortalibus bella geſſerunt. Hæ ſunt nationes quæ quondam tam longè ab ſuis ſedibus, Delphos uſque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum Orbis terræ vexandum, ac ſpoliandum profectæ ſunt. Ab iiſdem gentibus ſanctis & in teſtimonio Religioſis obſeſſum Capitolium eſt, atque Jupiter, cujus nomine majores noſtri ſanctam teſtimoniorum fidem eſſe voluerunt.*

(102.) Mamertin. relat. à Petr. Greg. *de Republ. lib. 4. cap. 4. n. 5. Galli ſtolidi, Hiſpani elata jactantis animoſitate præpoſiti.*

(103.) Bodin. *de Republ. lib. 5. cap. 1.*

(194.) Adam. Contz. *Politic. lib. 7. cap. 9. n. 3. & ſeqq.*

(105.) Ludov. Tudenſ. *Coron. Mundi, Era 748. Non ſolummodò in ſecurationibus Barbarorum, verum etiam Francorum armis ex parte Galliarum conſumpti ſunt.* Saaved. *Hiſtor. Gothic. cap. 30. num. 79.*

inière contra Hiſpanos, & Auſtriacos, ut à Regibus Franciſco, (106.) Henricis, & Ludovicis executum fatentur, quodque videretur incredibile, pro licito tutantur Scriptores Francici. (107.)

(106.) Martin. Mager. *advocat. arm. c. 7. nu.* 191 & 122. Georg. Schomborner. *Polit. l. 4. cap.* 36.

Nec enim loquendum de fœdere Caroli V. Francorum Regis, & Henrici Caſtellæ, cum tempeſtas ea intempeſtiva ſilentio potiùs, quàm memoria digna ſit.

(107.) Barthol. Gram. *Hiſtor. Gallic. lib.* 3.

Connubia autem inter Hiſpanorum Regum filias, & Francorum (108.) Reges, relata ab aſſertore, in quibus notat, nullum filiabus excluſionis onus impoſitum, & ex quibus colligit injuſtitiam noſtræ petitæ, & ſtipulatæ renuntiationis, trahuntur in caſum, cum pacto ſtandum ſit, tùm maximè, quòd ex non petita renuntiatione jurium, illa in ætate orta ſunt incommoda tot, tantaque, ut neceſſe fuerit occurrere præjudiciis, damniſque publicis medio ſtipulandæ renuntiationis, quare ad matrimonium Violantis filiæ Regis Aragoniæ, & Ludovici Anjouenſis, petita, & ſtipulata fuit ad impediendam unionem Regnorum, à qua ætate in connubiis idem executum, ut notamus ſuo loco, [109.] publici boni, & communis utilitatis cauſa: cum pars ſit fœlicitatis alieno periculo ſapere, experientia diſcere, & cavere, quod imminet.

(108.) *Reſp. in Hiſpan.* §. 13. *& ſeqq. à num.* 115. *fol.* 128.

(109.) §. 4. *à num.* 37. *& ſeqq.*

§. VIII.

FOEDUS ANTENUPTIALE REGINÆ Chriſtianiſſimæ, firmum, ac legitimè executum fuit, nec nullitatem recepit ex defectu mandatorum.

NIhil intactum, relictumvè fuit à Gallicanis Scriptoribus ad enervandam virtutem pacti antenuptialis Reginæ Chriſtianiſſimæ. Sed cùm natum, levatum, coalitumque ſit virtute, vi, ac ſubſtantia juris Naturalis, Gentium, & Publici, in vanum laboraverunt in illius deſtructionem. Inquit enim aſſertor Gallicanus, in ipſa forma pacti, ineſſe vitium innatum; cùm hi,

hi, qui tantæ rei confectores fuere ad ſtipulationem, & renuntiationem efformandam, poteſtatem non habuerint. Utque præcludat reſponſioni viam proprio Marte, collectaneaque inſita adulatione vitium effictum, quaſi inſitum in pacto, demonſtrat ſub his verbis: (1.) *Negamus enim illam excluſionem utriuſque Regis Imperio factam fuiſſe. Legatis quippè Reges, quòd ſæpè diximus, in mandatis dederunt, tùm ut pacem componerent, tùm ut jungerent affinitatem. Quæ Cardinalis Mazarinus à Rege Chriſtianiſſimo habuit mandata, ut rebus ipſis, ſic temporibus diviſa eſſe jam non ſemel monuimus. Diſtincta quoque, & ſeparata Ludovicus de Haro à Rege Catholico accepit diplomata, die quinto Julii anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi noni conſignata. Nihil in iis de excluſione continetur; nec Hiſpaniæ Legato imperatum, ut hanc renuntiationem exigeret; aut Cardinali permiſſum, ut ei conſentiret. Utrique data quidem eſt poteſtas, ut quæ ad pacta dotalia, quæ ad doarium ſpectabant, unà ſtatuerent; at nihil omninò de renuntiatione, vel excluſione mandatum. Cum itaque pactum illud renuntiationis ab iis, qui poteſtatem non habuere, initum fuerit in ipſa conventionis forma, id vitii hæret, quod ſanari nullo modo poteſt.*

(1.) *Manif. fol. 144. tractat. Regin. Chriſt. jus in Brab. fol. 97. nu. 1. 2. & 3.*

At enim generali illa, & ſolemni clauſula, qua Legatis, quæ ipſis è re communi, & fide ſua facienda viderentur, ampliſſima gerendi poteſtas conceſſa eſt, hoc etiam renuntiationis pactum continetur. Ne illud quidem futurum arbitramur, ut Hiſpaniæ Conſilium hac perditiſſima utatur defenſione. Quis enim eſt, niſi idem Juris Civilis expers, & legum planè ignarus, qui neſciat generales clauſulas ad ea tantum, quæ mandatum, aut procuratio expreſsis verbis complectitur, referri oportere? Hanc enim habet vim illa formula, ut qui mandata gerunt, quibus viſum fuerit conditionibus, de rebus ipſis, quas in mandatis habent, paciſci, non ut novas poſsint, & inopinatas clauſulas intexere. Quod ſi id egerint, plus ſibi tribuunt, quam leges ipſæ permittunt. Procurator enim, cui totius rei adminiſtrandæ libera, & generalis data eſt poteſtas, alienare quicquam, vel diſtrahere, niſi ſpeciale mandatum acceſſerit, legibus omninò prohibetur. Par, & una eſt ratio ejus, qui alterius negotia gerit mandato generali inſtructus: is enim non poteſt illius, qui mandavit, jura imminuere; aut ſine mandato ſpeciali jusjurandum alicui deferre, aut cum debitore ſic tranſigere, ut is, cujus vice fungitur, diſpendium aliquod patia-

tur. Id ipsum cùm ratione, tùm sua authoritate confirmat Clemens V. quod non satis æquum videatur, ut res graviores, quàm, quæ in ipso mandato sunt explicatæ, generalis clausulæ obscuritate involuantur. Eadem penè ratione utitur Felinus, cùm negat ea, quæ reticentur, plus habere momenti oportere, quam quæ disertis verbis concepta sunt. His assentitur Covarruvias, qui sapienter observat generales illas clausulas ex solemni potius, & usitata Notariorum formula, quàm ex eorum, qui mandant, voluntate depromi; neque eam vim habere, ut speciale mandatum inducant. In eadem quoque sunt opinione Montalvus, & Gregorius Lopez, qui leges Hispaniæ suis commentariis illustrarunt. Ac demum, nè in congerendis testimoniis longiores simus, constans est, & firma omnium Doctorum sententia, generales clausulas mandatis adjectas ultra res, quæ frequentiùs usurpantur, quæque naturali quadam cognatione iis, quæ mandantur, sunt conjunctæ, nequaquam excurrere. Quod cùm in omni conventionum genere, tùm maximè in pactis dotalibus, quæ & majoris sunt momenti, & magis è re communi valere debet. Quid igitur? An illa renuntiatio, de qua nunc agimus, quæque non alicujus hæreditatis cessionem, aut aliquam bonorum alienationem, sed rerum omnium, & Principatuum abdicationem, atque æternam quodammodo exclusionem complectitur, citra ullum speciale mandatum effici potuit? Et quidem hoc genus renuntiationum usitatas connubiorum pactiones, aut societatis virum inter, & uxorem jura non attingit. Aliud quiddam longè est ab iis conventionibus, quæ solent usurpari ad jura cùm quæsita, tùm futura id pertinet; ad Imperia usque, & Principatus se tollit; tantùm denique affert detrimenti, quantùm ullo æstimari pretio possit. An illud quisquam induxerit in animum, eam esse generalis, & tacitæ cujusdam clausulæ vim, ut rem adeo juri, legibus, & naturæ alienam Mandatarius posit exequi, & eum, qui mandavit in id adstringere, quod conceptis verbis in ipsa procuratione nullo modo continetur? Præsertim cum id Jure Civili sancitum, & usu publico receptum sit, mandantis causam fieri meliorem interdum posse, deteriorem non posse. Potuerint Legati, quæ ad dotem, doarium solutionis diem pertinent, quæque in dotalibus instrumentis usurpari solent, arbitratu suo cavere, augere, minuere: Sed qua illi authoritate, aut filiæ Regis jura naturæ, aut Principi delata jam Imperia, & spem omnem successionis in paterna Regna præripere, & leges quibus Hispaniæ Regnum fundatum est, potuerunt convel-

vellere? An generalis clausula constituendæ rei tam novæ, tam inusitatæ jus illis, & potestatem dedit? Quid, si alter ex Legatis, vel unam Civitatem dedere vi illius universalis clausulæ ausus esset? An Rex, cujus injussu Civitas dedita fuisset, ea sponsione Legati teneretur? Quanti verò est unius arcis, vel urbis deditio, si ad illam exclusionem, qua nulla major esse potuit, comparetur?

Verùm, nè in re tam clara, & manifesta diutius immoremur, quæque uno verbo explicari possunt, pluribus oneremus: hic distinctio quædam videtur adhibenda: mandata quippè generalia partim ejusmodi sunt, ut omninò ejus, qui mandavit negotia, sine ullo discrimine, vel exceptione complectantur; partim ad res certas, & præscriptas referuntur. Illa ut infinita quodammodo sint, tamen res dumtaxat usitatas attingunt: neque enim licet procuratori quicquam aut vendere, aut alienare, nisi speciale mandatum acceperit. Cùm enim hujus generis contractus in eorum commodum, qui suis negotiis interesse non possunt, inducti fuerint, in rem absentium, non eorum debent esse detrimento. Sed quæ ita generalia sunt mandata, ut his tamen certa sit subjecta materies, palàm fit ex ea re, quæ gerenda præcipitur, illa definiri, & circumscribi oportere. Cur alio utamur exemplo, quàm eo ipso, quod nunc nobis est in manibus? Quòd Legati ad conciliandas Regem Christianissimum inter, & Serenissimam Infantem nuptias, mandatum utrimque accepêre, perspicuum est hujus vim nuptiarum fœdere velut septam, & pactis dotalibus, quæcumque sint illa, quæ solemni usu sunt frequentata, sic coercitam fuisse, ut ad alias res huic fœderi alienas minimè pertineret. Quamobrem id maneat in causa, & fixum sit renuntiationem, quæ injussu eorum, quorum maximè intererat, facta est, non magis constare posse, quam acta quæque publica legitima authoritate destituta. Cum enim vim omnem suam, & robur hinc trahant, quidquid id est, quod detracta potestate agitur, hoc ipso vitiosum est, & irritum. Qui enim scire possumus, an Regina Christianissima huic pacto consenserit, unde voluntatem ejus, nisi ex ipso mandato licet interpretari? Cumque de illa renuntiatione nihil Legati in mandatis habuerint, profectò sequitur pactum illud consensu destitutum valere non posse.

Cùm verò non numero Doctorum aliàs agentium, nec ad rem loquentium, sed vi rationum ad examinandum ingredimur, an deducatur vitium aliquod, vel an lar-

larvatum sit, & effictum ad enervandam vim justitiæ, quæ sese exserit ex pacto, cum nec ex ipso, nec ex mandatariis nomine Principum celebrantibus scrupulosè rimando appareat ullum.

In omni enim re præcipuè tanta, etsi mandatorum defectus primatum teneat, cùm tamen juris gnaris, & veri zelatoribus constet, nil legitimum defuisse in celebratione pacti, ut firmum foret; ideòque amittenda videretur tam frivolæ oppositionis responsio. Attamen, ut ignaris, & insipientibus (quorum magnus est numerus, in aulis Principum præcipuè, teste (2.) Commineo) etiam justitia pateat, qua acta est omnis res fœderalis, brevi stylo conabimur detegere: (3.) *Mentitis coloribus ornatum Gallicanum tractatum*, adjunctasque illi esse larvas quasdam, & vana justitiæ ludibria ad evacuandam renuntiationem ornatu, & decore legitimitatis, rationis, & æquitatis, quibus concepta, & parta fuit.

(2.) Felip. de Comin. *temor. cap.* 57.

(3.) *Verba sunt Scriptoris Tractatus, fol.* 96. *num.* 1.

REGIA MANDATA, QUORUM VIRTUTE fœdus antenuptiale actum, & executum à Ludovico de Haro, & Cardinali Mazarino, legitima fuere forma, & substantia, omneque ab eis promissum, pollicitum, & stipulatum legitimum, firmumque absque nota nullitatis.

NOtum est Mundo, & Gentibus, Gallique fatentur, quod fœdus antenuptiale initum ad sponsalia Regis Christianissimi, & Serenissimæ Infantis Castellæ, actum, & executum fuit à Ludovico de Haro, & Cardinali Mazarino, sub potestate, & authoritate Regiorum mandatorum, Catholici Regis expediti Matriti 5. die Julii anno M. DC. LIX. Christianissimi verò, apud Lutetiam Parisiorum 21. ejusdem mensis, & anni. (4.)

(4.) *Dict. Tract. Regin. Christ. in Braban. dict. fol.* 97.

Sed antequàm ad illarum virtutem, & authoritatem designandam deveniamus, notanda sunt duo juris inviolabilia axiomata. Primum, quòd patres non tantùm legitimam sustinent personam ad pactandum pro filia futura sponsa, sed quòd eis incumbit onus stipulandi, pactandique antenuptialiter, absque filiorum,

aut

aut filiarum interventione, perſonali aſſiſtentia, aut mandato; [5.] & pacta, fœdera, quidquidque eo fine ante nuptias ab eis detur, aut promittatur, firmum, legitimumque habendum. Nec attento tantùm jure Romano, ex quo matrimonia filiarum familias abſque parentum voto nulla erant, ſed communi, & placito ſcribentium. [6.]

Quod præcipuè in uſu eſt more Principum attento, in quorum reverentiam fœdera antenuptialia per interpoſitas parentum, aut agnatorum perſonas expediuntur. [7.]

Qualiter executum (omiſſis antiquitatis exemplis) invenitur in tractatu connubii Margaretæ ſororis Regis Anglorum, & Comitis de Charalois à fratre Rege acto, & executo; & in Matrimonio Ferdinandi Infantis Luſitaniæ, filii Regis Sancii, & Joannæ Flandriæ Comitiſſæ, cura, & amore inito Mathildis [8.] amitæ ſponſi. Similiter in tractatu Matrimoniali Caroli Ducis Normanniæ, fratris Ludovici XI. Regis Francorum, & Mariæ filiæ Ducis Burgundiæ, perfecto manu Comeſtabilis Galliæ, ſed ut narrat Comineus, [9.] variè manu diverſorum Principum agitatum hoc connubium, uſquequò tradita fuit Maria Maximiliano Auſtriæ Duci, authoritate, & interventione Ducis Longavillæ. [10.] Laudatum item fuit Matrimonium Ludovici XII. Francorum, & Mariæ ſororis Regis Anglorum: Antenuptialia fœdera Caroli pueri (tunc Ducis Lucemburgenſis, poſt Hiſpaniarum Regis, & Imperatoris) & Claudiæ filiæ Ludovici XII. Francorum: Nec non Eleonoræ Imperatoris ſororis, & Franciſci I. Sponſalia Caroli filii ſecundi ejuſdem Regis (11.) cum una ex filiabus Imperatoris promiſſa in fœdere Creſpenſi Parentum nomine, inita fuerunt abſque filiorum nubentium interventu, aut mandato. Supervacaneum enim potius, quam utile eſſet exemplis onerare aures. Sed nec omittenda fœdera antenuptialia Catholici noſtri Regis Philippi, & Eliſabethæ Borboniæ; Chriſtianiſſimi Ludovici XIII. & Annæ Auſtriacæ, inita, executa, & firmata vi, & authoritate Regiorum mandatorum Philippi III. Patris ſponſæ à Duce Pa-

(5.) *Toto tit. ff. & C. de pact. dotal. cap. Veniens, de eo, qui cognovit conſang. uxor. ſuæ, c. Si quis parentis* 31. *quæſt.* 3. *Si quis parentis fidem fregerit ſponſaliorum, cap. Ubi non eſt* 30. *q.* 2. *cap. Ex litteris de ſponſalib.* ubi Scribent. *cap. Unic. de deſponſat. impuber. in* 6. Covar. *cap. Quamvis pactum, par.* 2. *cap.* 3. *n.* 2. Latè Thom. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 23. *q.* 3. *& diſp.* 24. Fontanell. *de pact. nuptial. part.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *part.* 4. *per tot.* Baſil. *de Matr. lib.* 1. *cap.* 14.

(6.) *L. Paulus, de ſtat. homin. l.* 2. *l. Oratione, de rit. nupt. l.* 2. *C. de nupt. §.* 1. *Inſt. eod.* ubi Scrib. latè Baſil. *de Matrim. lib.* 1. *cap.* 1. *§.* 2. *à num.* 15.

(7.) *L. fin. de ſponſal. Et ferè plerumque conditiones, interpoſitis perſonis, expediuntur.*

(8.) Suer. *Annal. de Fland. lib.* 8. *ann.* 1211.

(9.) Felip. de Comin. *memor. cap.* 57.

(10.) Paul. Æmil. *de geſt. Francor. in Ludov. XII.*

(11.) Sandov. *Hiſtor. Carol. V. lib.* 6. *§.* 10.

Paſtranenſi Legato, nomine verò Reginæ Matris ſponſi à Duce de Humane, filiorum nubentium abſente authoritate, ſcripto, & verbis. (12.)

(12.) Barthol. Gramond. *lib.* 1.

Secundum juris axioma laudatum ſenſu, & ſententia ſcribentium eſt, quod ſponſus futurus in pacto ante nuptias legitimè pollicetur, & ſtipulatur, (13.) ſponſam futuram pro dote promiſſa, aliiſvè ex cauſis in pactum deductis, renuntiaturam jura, actiones, hæreditates, ſucceſſioneſve ei competentes ex quocumque principio, origine, & cauſa.

(13.) De Afflict. *deciſ.* 295. Gramat. *deciſ.* 209. *n.* 99. Surd. *conſ.* 3. *num.* 4. Boër. *deciſ.* 3. *num.* 16. Ponte, *de poteſt. Proreg. tit. de ſucceſ. mulier. tit.* 9. *à num.* 10. Franch. *deciſ.* 614. Molfeſ. *tit. de renunt. quæſt.* 11. *à n.* 24. Donad. *de renunt. cap.* 7. *à num.* 2. *&* 19. Barth. Kellemb. *de renunt. illuſtr. fœmin. quæſt.* 11.

Ex his duobus elementalibus juris principiis, quibus vireſcit corpus pactorum antenuptialium, germinata fuit authoritas mandatorum Regiorum, quorum virtute juſtè proceſſerunt Ludovicus de Haro, & Cardinalis Mazarinus, ad ſtipulandam renuntiationem ad fœdus antenuptiale ineundum, & quidquid ab eis actum, firmum, ac ratum dicendum abſque illegitimitatis infirmitate. Indè provenit, quòd vitium inhærere non potuit in re ſtipulata, & promiſſa, neque utique in promiſſione renuntiationis, non enim ex eo, quod declamat Gallicus aſſertor: *Quod etſi utrique data eſt poteſtas, ut quæ ad pacta dotalia, quæ ad doarium ſpectabant, unà ſtatuerent, at nihil omninò de renuntiatione, vel excluſione mandatum: Ac quòd generalis illa, & ſolemnis clauſula, qua Legatis, quæ ipſis è re communi, & fide ſua facienda viderentur, ampliſsima gerendi poteſtas conceſſa eſt: tantùm vim teneat, ut qui mandata agunt de rebus ipſis, quas in mandatis habent, poſsint paciſci, non ut novas, & inopinatas clauſulas valeant intexere:* Quarè notat, quòd, cùm pactum renuntiationis ab his, qui poteſtatem non habuere, initum fuerit, in ipſa conventionis forma, id vitii hæret, quod ſanari nullo modo poteſt, nec ſubſiſtere ſtipulata renuntiatio, tamquam legitima authoritate orbata.

Etenim, ſi juris principia in promptu ſint conferentia mandatariis legitimitatem, & authoritatem, etiam inter privatos, inveniemus diversè conſtitutum, ac receptum ſecundùm rerum, ac negotiorum poſitiones; ſed cùm de mandatis ad ineundum fœdus antenuptiale controverſia ſit, excluſis principiis ge-

generalibus, quibus in ſuam ſententiam Gallicanus utitur Scriptor, etſi in illius repulſam adſit diſpoſitio, & mens dicentium, executa authoritate mandatarii habentis clauſulam cum libera, & generali adminiſtratione, legitima eſſe, juſta, & exequibilia. (14.) Adhuc tamen intra noſtri fœderis naturam veritatem aperiemus.

(14.) *Cap. Qui ad agendum, de Procurator. lib. 6. l. Procurator cui, eod. tit. l. Tranſactionis, de tranſact.* ubi Bart. & *in l. Mandato generali. eod. tit.* Jaſ. *in l. Reſcriptum, §. ult. n. 3. de pact.* Ruin. *conſ. 43. num. 6. lib. 3.* Cravet. *conſ. 750. n. 8.* Mantic. *de tacit. conven. lib. 7. tit. 15. num. 35. 36. & 43.* Petr. Gregor. *lib. 49. Syntagm. cap. 4. num. 10.* Oſſuald. *comment. lib. 18. cap. 12. tit. ult.* Covarr. *lib. 1. var. cap. 6. num. 2. & 3.*

Concors eſt ſententia Doctorum fulcita juris regulis, quòd mandatum cum clauſula generalis adminiſtrationis legitimum, & ſufficiens ſit ad omnia ſpeciale mandatum requirentia, præcipuè cum agitur in re, oneroſoque pacto, non in merè liberali, & gratuito: quarè ad renuntiandum per ſtipulationes antenuptialiter, (15.) cum liberalitatis, & gratitudinis nomen amittant, oneroſæque habeantur, quidquid agitur virtute mandati generalis, habentis clauſulam cum libera adminiſtratione, jure, facultateque agendi omne, quod ipſe mandans facere poſſit, legitimum evadit, & firmum, (16.) maximè ſi ad renuntiationem ſtipulandam adſit cauſa, vel exemplar, quo conſtet in contractibus ipſius qualitatis, & naturæ ſimilis forma ſervata, ac conditio ejuſdem tenoris appoſita.

(15.) Jaſ. *l. Omnes populi, num. 42. de juſt. & jur.* Nat. *conſ. 503. num. 3.* Menoch. *conſ. 252. nu. 18.* Boër. *deciſ. 155. nu. 29.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 308. num. 54.* Philip. Kniplch. *de fideicom. familiar. cap. 6. num. 45.*

Cùm ergò corruerent ad renuntiationem ſtipulandam cauſa publica pacis orituræ ex fœdere antenuptiali inito, renuntiatione interveniente, moſque majorum exemplificans pacta ſimilia, executa interventu ſimilium mandatorum, qualia fuerunt antenuptialia Regum Catholici Philippi, & Reginæ Eliſabethæ, Chriſtianiſſimi Ludovici, & Reginæ Annæ, inita mandatorum generalium authoritate, etſi renuntiationes jurium, ac ſucceſſionum pollicitæ, & ſtipulatæ fuerint, idem cenſendum de pacto Reginæ Chriſtianiſſimæ, de quo eſt contentio, etiam mero jure ordinario attento.

(16.) *Dict. l. Procurator. dict. l. Tranſactionis, dict. cap. Ad agendum,* & DD. adducti, *n. 13.* Gloſſ. *in l. Si hominem, de Procurat.* Bald. *l. Nam & nocere, notab. 1. de pact.* Cancer. *variar. par. 2. cap. 14. à num. 1.*

Et quamuis hæc ſufficere credebantur in repulſam communium ſententiarum, quæ à Gallico aſſertore indiſtinctè cumulantur, adhuc notandum, quod in hac Regia contentione diversè judicandum eſt, tam circa virtutem, quàm formulam mandatorum. Agitur enim de re ſumma per Principes Supremos, inter quos in-

ad-

admissibilis est usus tabulariorum formulantium clausulas ex trito, ac communi stylo, potius quàm ex pacisentium, aut mandantium voluntate. Quarè non discutienda virtus mandati ex communibus regulis, sed ex ortis, ac deductis à jure Publico, Fœciali, ac Legationum.

Hoc enim (Legationis inquam) jure attento ad fœdera, & ad pacem ineundam, necessaria sunt Principum mandata, (17.) quæ cum fœcialibus Legatis, Ambasiatoribus, Plenipotentiariis, publicisque Ministris demandentur, ad resque publicas, sic supremam originem, maximam authoritatem, virtutem, & potestatem tenent, sicque præexcellentem, etsi verbis generalibus concipiantur, ut quidquid illa authoritate actum, ac executum, inviolabili sacra firmitate fruatur.

(17.) Martin. Schoc. *de Pace, cap. 6.*

Mandata enim Regia Fœcialibus data ad res summas, præcipuè ad pacem stabiliendam (qualiter decantata à Virgilio ad petendam optatam (18.) Laviniam, feriendamque concordiam cum Latino Rege, & credita à Senatu Romano ad res Græcorum, bellumque Antiochi) cum ad res publicas concedantur, in quibus providere tantùm possunt, quæ prævisa, quamplura verò in eis sint, supra humanam providentiam, in usu est ea forma expediri, ut non omnia specialiter inserantur, quæ agenda sunt, sed ea, quæ conferant omnimodam potestatem agendi, quæ è re fuerint mandantis; cætera verò singularia sub generali potestate contenta commendata remanent dexteritati, fidei, consilioque Fœcialium, seu Legatorum, attenta occasione, & momento rerum gerendarum, salutemque Principis pro lege habentium, capientiumque ex inopinato consilium præsens, quamvis in mandatis inenunciatum, cùm fortasse eveniat, ut ex longinqua expectatione novi mandati, occasione labente, amittatur publica Principis salus, & Reipublicæ. (19.)

(18.) Virgil. *Æneid. 7. Donaque ferre viro, Pacemque exponere Teucris.*

(19.) Liv. *lib. 32.*

Hinc inventum, ut secretæ instructiones (20.) tradantur Fœcialibus, ex quibus agenda res, ratioque expedienda expensis rerum mutationibus: quarè ad fidem, & authoritatem pactorum fœderalium, non sollicitius inspectandæ mandatorum formulæ, nec formu-

(20.) Brun. *de legat. l. 1. c. 11.* Carol. Paschal. *legat. cap. 56. & 57.* Kekerman. *disp. 33. theorem. 9.* Kirner. *de legat. c. 7. à num. 20.* Besold. *de legat. cap. 7. num. 4.*

mulanda poteſtas ex verbis; ſed id omne, quod pollicitum, promiſſum, ſtipulatum à Legato mandatorum generalium authoritate, ut æquum, juſtumque, & legitimum laudandum eſt: & adeò arctans, liganſque Regis mandantis manus, ut contrà promiſſa, ac ſtipulata reclamationi locus non ſit.

(21.) Bruni. *dict. lib. 1. t. 9.* Kekerm. *dict. diſp. 33. theorem. 9.* Kirner. *dict. c. 7. à n. 25.* Beſold. *de fœder. jur. c. 6. n. & dict. c. 7. num. 4.* Carol. Paſch. *Legat. dict. cap. 56. & 57.*

Quæ ſic jure Publico, ac Gentium recepta ſunt, ſic Legationis, & Majeſtatis arcano laudata, (21.) ut omne, quod mandati generalis fœcialiter renuntiatum, remiſſum, traditumque ſit, ſeu publicum, ſive privatum incommodum adferat, ſuſtinetur, etiamſi Suprema Dominia in Domanium diverſi, & exteri Principis transferantur, ut de mandatis conceſſis Legatis Latini Regis notat Kirnerius. (22.)

(22.) Kirner. *dict tract. de legat. c. 1. num. 8. Quoad verò Regem erat cauſa publica; quod in illo duello, bellifinis verterentur, ut victori, & Regis filia; & Regnum dotale cederet.*

Dignoſcamus autem utrùm (non tantùm attento hoc Supremo Legatorum jure, ſed communi privato) mandata Regia ad fœdus antenuptiale Reginæ Chriſtianiſſimæ à ſuis Regibus data Ludovico de Haro, & Cardinali Mazarino, ſpecialia fuerint ad res tantùm, quæ ad dotem, ad doarium, & ad ſolutionis diem pertinebant, an eis libera, & generalis poteſtas credita fuerit faciendi, quæ è re communi, & fide ſua facienda viderentur? Verba enim, quibus mandatum Regis noſtri conceptum, hæc ſunt:

Ad quæ præfatum D. Ludovicum facio, creo, & conſtituo meum Actorem, Mandatarium, & Commiſſarium, cum libera, & generali facultate, ſcilicet ut faciat, & facere poſſit circà prædicta id omne, quod egomet ipſe poſſem, quamvis tale ſit, quod ſpecialiſſimam meam requireret commiſſionem, de qua ſpecialis, aut expreſſa mentio facienda foret.

Para lo qual hago, crio, y conſtituyo al dicho Don Luis, por mi Actor, Mandatario, y Comiſſario, con libre, y general facultad, para que haga, y pueda hazer en razon de lo referido, todo lo que yo miſmo pudiera, aunque ſean tales las coſas que requieran eſpecialiſſima comiſſion mia, de que ſe huviera de hazer eſpecial, ò expreſſa mencion.

Cùm verò à Rege Chriſtianiſſimo optima ratio conjugii expectaretur, ut Pacis mandata concederet, uſus eſt uberioribus formulis, ut ex eis evincitur:

Facultas Regis Chriſtianiſſimi, ſuper Tractatu Pacis, & Matrimonii.

LUdovicus Dei Gratia Franciæ, & Navarræ Rex, Chariſſimo Nobis, & dilectiſſimo Conſobrino Cardinali Mazarini ſalu-

LUis, por la gracia de Dios, Rey de Francia, y de Navarra, à nueſtro muy Caro, y muy Amado Primo el Cardenal Mazarini, ſalud.

tem : Quandoquidem in Pacis tractatu inter Nos, & Nostrum Charissimum, Dilectissimum ac Bonum fratrem, & Avunculum Hispaniarum Regem D. Philippum Quartum inito, & à nostris Plenipotentiariis jam subscripto die quarta præsentis mensis Junii, pactum fuerit, & conventum quod Vos noster præfatus Consobrinus, ut noster primus, & præcipuus Minister; nec non & primus, ac præcipuus Minister nostri boni Fratris, & Avunculi sine ulla mora ad utriusque Regni limites euntes sufficientibus facultatibus muniti, simul conveniatis, & conferatis inter alia de reciprocis conditionibus nostri conjugii cum Serenissima Infante Hispaniarum, Domina Maria Theresia, filia primogenita nostri præfati boni fratris, & avunculi, quam in dicto pacis tractatu Nos in sponsam appetere declaravimus ob singularem eam æstimationem, quam de ipsius persona, & de eximiis, & præclaris dotibus tam magnæ Principissæ facimus: Sicque etiam noster frater, & avunculus in eodem tractatu per suum Plenipotentiarium ipsam nobis concedere annuit: Cognoscentes itidem alia ex potissima parte, quòd prædictum Matrimonium efficacissimum erit medium ad dictæ pacis durationem arctius firmandam, & ut nostra amicitia, & confederatio cum nostro præfato bono fratre, & avunculo indissolubilius innodetur in Christianorum bonum, ac utilitatem, nostrorumque subditorum communem quietem: Ob id, & ob plenam confidentiam de tua sufficientia, ô noster præfate Consobrine Cardinalis Mazarini, & de tua fidelitate, prudentia, experientia, & sollicitudine in quacumque occasione seriò, & diligentissimè exhibitis, & nobis notis, tibi commisimus, ordinamus, & deputavimus, committimus, ordinamus, & tenore præsentis tua manu subscripta deputamus, ad conveniendum, & pactandum, vel cum præfato primo, & præcipuo Ministro charissimi nostri fratris, & avunculi Hispaniarum Regis, vel cum aliis suis Ministris, aut Deputatis, ipsius in scriptis facultatem debita cum forma habentibus ad pactandum, capitulandum, & conditionandum de prædicto Matrimonio inter Nos, & præfatam Serenissimam Dominam Mariam Theresiam, filiam primogenitam prædicti Domini Regis Catholici: de tempore etiam, & loco, ubi sit celebrandum, tùm per verba de

Como por el Tratado de la paz, hecho entre Nos, y nuestro muy Caro, y muy Amado, y buen Hermano, y Tio el Rey de las Españas D. Felipe Quarto, que se ha firmado por nuestros Plenipotenciarios, en quatro del presente mes de Junio, ha sido acordado, y conveniendo, que vos nuestro dicho Primo, como nuestro primero, y principal Ministro; y el primero, y principal Ministro de nuestro buen Hermano, y Tio, aviades de passar ambos sin dilacion à las Fronteras de los dos Reynos, proveìdos de poderes suficientes, para convenir juntos, entre otras cosas, de las condiciones reciprocas de nuestro casamiento, con la Serenissima Infanta de España Doña Maria Teresa, hija Primogenita de nuestro dicho buen Hermano, y Tio, que por el dicho Tratado de Paz hemos declarado desearla para nuestra Esposa, por la singular estimacion que hazemos de su persona, y de sus raras, y excelentes prendas de una tan gran Princesa, y que nuestro Hermano, y Tio ha declarado tambien en el mismo Tratado por su Plenipotenciario, ser su intencion, concedernosla; mayormente reconociendose por otra parte, que el dicho casamiento serà el medio mas seguro, para afiançar la duracion de la dicha Paz, y quedar nuestra amistad, y aliança con nuestro dicho buen Hermano, y Tio mas indissoluble al bien, y ventaja de la Christiandad, y el reposo comun de nuestros subditos. Por esta causa, y la lléna confiança de la suficiencia de vos nuestro dicho Primo el Cardenal Mazarini, y de vuestra lealtad, y prudencia, experiencia, y diligencia, de que nos aveis dado pruebas tan importantes, y señaladas, en todas occasiones os hemos cometido, ordenado, y diputado, cometemos, ordenamos, y diputamos por la presente, señalada de vuestra mano, para convenir, y acordar, sea con el dicho primero, y principal Ministro de nuestro dicho muy Caro Hermano, y Tio el Rey de las Españas, ò otros sus Ministros, y Diputados, teniendo sus cartas de poder, expedidas en buena, y devida forma de pactar, capitular, y condicionar el dicho casamiento entre Nos, y la dicha Serenissi-

pra-

præsenti, tùm alia quavis forma concludendum, & perficiendum juxtà sancta decreta, & Canones Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ, ad conferendum itidem de dote, & doario, ac eorum assignatione, & de terminis solutionis prædictæ dotis: Necnon, & ad dandas, & acceptandas ex una, & altera parte quaslibet securitates, pollicitationes & obligationes necessarias ad plenam executionem eorum omnium, in quæ per te conventum fuerit, & sancitum: Item ad promittendum nostro nomine, quod ratificabimus, & acceptum habebimus quidquid à te factum, dictum, aut conventum fuerit circa effectum dicti Matrimonii, & generaliter circa omnia superius enarrata: In cæteris etiam circunstantiis, & dependentiis ad stipulandum, procurandum, petendum, agendum, concludendum, & subscribendum eo ipso modo, quo Nos illa omnia faceremus, & facere possemus, si personaliter adstaremus, quamvis in hoc casu facultas requiratur specialior, quam quæ in præsenti actu continetur. Promittentes bona fide, & verbo Regio, tenore præsentium: Quod Nos gratum, ratum, firmum, & stabile semper habebimus, ratificabimus, adimplebimus, & exequemur quidquid a te factum, dictum, stipulatum, procuratum, demandatum, actum, concluſum, conventum, & subscriptum fuerit ad effectum dicti Matrimonii, & omnium ex eo dependentium & nunquam directè, vel indirectè in contrarium ibimus, nec veniemus: Ad hunc ergo effectum tibi dedimus, & damus plenam facultatem, authoritatem, commissionem, & speciale mandatum, talis enim est nostra voluntas.

ma Infanta Doña Maria Teresa, hija Primogenita del dicho Señor Rey Catolico, del tiempo, y del lugar, donde se huviere de celebrar, sea por palabras de presente, ò de otra manera, para concluirle, y perficionarle, segun los Santos Decretos, y Canones de la Iglesia Catolica, Apostolica, y Romana; y de acordar la dote, y doario, y assignacion de ellos, de convenir en los terminos, y pagamento de la dicha dote, y de dar, y acceptar de una parte, y otra las seguridades, promessas, y obligaciones, que fueren necessarias para cumplimiento, y execucion de todo lo que se huviere convenido, y acordado por vos; y prometer en nuestro nombre, que lo ratificaremos, y tendremos por agradable todo lo que por vos serà hecho, dicho, y convenido para efecto del dicho casamiento, y generalmente en todo lo que arriba queda referido, y en las demàs circunstancias, y dependencias podais estipular, procurar, pedir, negociar, concluir, y firmar, todo de la misma manera que nosotros hariamos, y podriamos hazer, como si en persona estuvieramos presentes, aunque el caso pida poder mas especial de lo que contiene el presente, aunque aqui no estè contenido, prometiendo en buena fee, y palabra de Rey, por la presente, aver por agradable, y tener por firme, y estable para siempre, ratificar, cumplir, y executar lo que por vos fuere hecho, dicho, estipulado, procurado, demandado, negociado, concluido por vos, acordado, y firmado al efecto de el dicho casamiento, y de todo lo que dependiere de èl, sin jamàs ir, ni venir directa, è indirectamente en contrario. Y para este efecto os hemos dado, y damos pleno poder, facultad, autoridad, comission, y mandamiento especial, que tal es nuestra voluntad.

Sacra hujus mandati authoritas, & potestas Majestatis à formula concepta sub his verbis: *Eo ipso modo, quo Nos illa omnia faceremus, & facere possemus, si personaliter adstaremus, &c.* Æquipollentibus summæ authoritati creditæ verbo *Alter Nos*, maximæ superioritatis, qualiter describitur à juris Scriptoribus, & Politicis, sic etiam ornavit Legatum, deditque (23.)

(23.) Ex Zuario, & aliis, Latè Solorçan. *de Gubernat. Indiar. lib. 4. c. 9. num. 10. & 11.*

authoritatem, ac poteſtatem abſolutam ſtipulandi, & renuntiandi, ut ab eo executa, nulla dici non poſſint mandati defectu.

Sed adhuc extra juris mentem, & ſcribentium ſententiam eſt fœdus antenuptiale, de quo contentio, cùm ad illud ineundum, petendam, & ſtipulandam renuntiationem, vi mandatorum coactos Legatos fuiſſe comperimus, nec aliter agere, nec paciſci poſſe, quia etſi muneris authoritate poſſent fœdus inire datis legibus, ac conditionibus è re communi, & fide ſua, (24.) ſalutem publicam pro lege habentes; attamen cùm Ludovicus de Haro in mandatis habuiſſet, ut antenuptialiter renuntiationem paciſceretur, aliàs nec Matrimonii, nec pacis fœdera feriret, fidelitate obſequii ultrà ſibi injunctum agere non potuit. Audiamus, etſi jam aliàs repetita verba aſſertoris noſtri: (25.) *Cùm itaque Cardinalis Mazarinus Hiſpanos ita obſirmatos cerneret, ut ab ea ſententia deduci non poſſent, ac ſubindè vereretur, nè ſi re infecta diſcederet, invidia omnis penes Galliam eſſet, quòd vanum terrorem prætexens, omnem ineundæ concordiæ ſpem incidiſſet, omninò ex fide ſua, & prudentia eſſe duxit, neglecta inutili clauſula, quæ nec Regi obeſſe poſſet, nec executioni mandari, niſi omnia violarentur jura, paci, & tranquillitati Orbis Chriſtiani conſulere; neque id committere, ut ſuâ culpâ totius Europæ ſpes in irritum caderent.*

(24) DD. adducti. *num.* 21.

(25.) Manif. *fol.* 15. *Refertur* §. 6. *n.* 20. *Tract. Regin. Chriſtian. jus in Ducat Braban. fol.* 14. *num.* 5.

Cùm verò hæc pura acta ſint rei fœderalis, nec (ut ex ipſis rebus conſtat) feriretur pax abſque connubio, connubiumque abſque renuntiatione. Quo jure, quo arcano objicienda pacto antenuptiali vitia illegitimitatis, larvęque ex defectu formæ, contrahentium impotentia, nullitateque mandatorum, ni ab iis, qui mentitis coloribus denigrare fœdus conantur, nudareque illud ornatu juſtitiæ, & veritatis, quo ab origine decoratum fuit?

Sed ut contentio ratione legitima dirimatur, notandum eſt; quod etſi Legati Regii, attento jure fœciali, poteſtateque eis conceſſa, legitimè renuntiationis fœdus inire poſſent, authoritatemque neceſſariam pacto commodare. Attamen jure Majeſtatico docti (ex quo receptum, ut ad infalibilitatem, & immutabilitatem promiſſi

promissi Principum ratihabitio interveniat, (26.) quâ promissa irretractabilitate firmantur, (27.) obliterata quacumque illegitimitatis nota, sequentes Scipionis dogma, qui etsi potestatem ineundi fœdera habuit, ex qua pacem legitimam dedit Carthaginensibus, attamen ratihabendam à Senatu decrevit, qua solemni formula inviolabilis mansit) (28.) In ipsis enim fœderibus Antenuptiali, & Pacis, (29.) pollicita fuit Regum ratihabitio, executa sub sacrosancta juris jurandi Religione (30.) (ut notavimus) à Rege nostro Catholico die 1. Decembris, à Christianissimo 24. Novembris anni 1659.

(26.) Bodin. *lib. 5. de Republ. cap. 6. vers. Aut. certè.*

(27.) Martin. Schoc. *tr. de Pace. cap. 6.*

(28.) Liv. *lib. 30.*

(29.) Besold. *de fœder. jur. c. 6. num. 5.* Bodin. *dict. lib. 5. de Republ. cap. 6.*

Quo ex capite claudicare illorum virtutem dicendum, sive Majestatis Arcana, Gentium, & publica jura dignoscantur, sive etiam municipales usus, aut mores, quidquid asserat Gallus, ni violata Regiæ Majestatis fide, & authoritate? (31.) cùm nihil justius, honestius, æquiusque habendum inter Reges, quam ut etiam nudè promissum, & stipulatum, constantissimè servetur, (32.) teste Francisco Francorum Rege, turpe dicente non servare promissa.

(30.) Liv *lib. 1.* Carol. Sigon. *de antiquit. jur. Ital. cap. 1.*

(31.) Bodin. *de Republ. dict. lib. 1. c. 5.* Theod. Reinsing. *de Regimine sæcular. lib. 1. class. 3. c. 10. num. 20.*

(32.) Latè. Besol. *de fœder. jur. cap. 6. num. 5.*

RENUNTIATIO REGINÆ CHRISTIANISSIMÆ jurium, actionumque ad Regna, Status, Domania Regiæ Hispanicæ Coronæ legitima fuit, & absque nullitate objecta ex defectu authoritatis, quia executa absque curatoris interventu, vel sponsi futuri.

COgnito jam, antenuptiale fœdus legitimum fuisse, executumque secundum juris communis, & publici regulas, neque ad id necessariam fuisse ipsam sponsæ futuræ authoritatem; parùm restat ad repulsam notæ objectæ ipsi renuntiationi ex ea assertione; quòd cùm irrita fuerit conventio prius, per ratihabitionem non potuit convalescere. Audiamus Gallicani Assertoris verba: [33.] *At verò, inquiunt, id conventum post ratum habuit Regina Christianissima, & si quid tum omissum fuit in mandatis Legatorum, id subsecuta confirmatione expletum abundè est. Agè, hoc ipsum actum agnoverit, & susceperit Regina: potuitnè quæ prius irrita fuit conventio, hinc convalescere? Errat longè, nostra quidem sententia, qui quod pravum, & injustum initio fuit, tum valere existimat, cùm postea ratum habetur, & firmum.*

(33.) Manif. *fol. 147. Tract. Reg. Christian. fol. 102. num. 4.*

Quæ ſubſequitur authoritas, aut ratihabitio factum quidem probat, quod præter mores, aut leges actum eſt, non corrigit. Hinc concinnè Bartholus docet eum, qui quod alius egerit, ratum habet, factum ipſum, non qualitatem facti comprobare. Scitè etiam Baldus negat, ſi quid peccatum fuerit in forma, & natura contractus, id vitii ſanari poſſe, etiamſi ratihabitio fuerit ſubſecuta. Cum his ſentiunt Felinus, Alexander, & Damaſus, qui diſertè docent contractum legibus repugnantem nequicquam ratum fieri, quæque acta lex improbat, ex ratihabitione non convaleſcere. Quod autem à Doctoribus uſurpari ſolet, ratihabitionem retrò agi, ita accipiendum eſſe tradit Argentreus : ſi modo contractus ipſe in ſuo velut fonte infectus non fuerit, nam cujus initium nullum eſt, id poſteà nequicquam confirmatur. Quà quidem ratione utitur etiam Azevedo ſcribens in leges Hiſpanicas. Nam, ut ſemel dicam, hanc habet vim illa confirmatio, aut ratihabitio, ut de facto nulla eſſe controverſia poſſit; tametſi de jure ſemper ambigitur, & utrum quid ritè actum fuerit, an ſecus, meritò contenditur. Da pactum fœneratitium, aut Simoniacum, aut injuſtam exhæredationem, aut irritam electionem : quæcumque accedat authoritas, vel ratihabitio, nec contractus, nec exhæredatio, nec electio denique legitima futura eſt : Quod enim legibus, quod moribus actum fuit, id ratum fieri poteſt : ſi quid peccatum ſit in contractûs ſubſtantia, & forma, nihil huic vulneri mederi poteſt, quæque adhibentur remedia, nihil quam morbum exulcerant. Cum enim principia ſe habent malè, tum nullus remediis locus eſt, atque ut ratihabitio jus vetus confirmet, nihil tamen novi juris tribuit, & quæ perperam acta ſunt, aut in ipſa radice corrupta, non emendat.

Ex his communibus juris regulis tanta cura latè extenſis, privatè elucet firmum illud axioma. Quòd ad virtutem ratihabitionis neceſſe eſt vel nuda tantum voluntas ratum habentis, vel quod illa exprimatur ſub formulis à jure conſtitutis ad authoritatem conſenſus, quibus deficientibus, ratihabitio infirma habenda ſit.

Hoc ergò vero axiomate attento, fatendum eſt, contentionem noſtram trutinandam eſſe ſecundùm primam axiomatis poſitionem. [34.] Nàm cùm, ut diximus, pater omni jure legitimam perſonam ſuſtineat pollicitandi, contrahendi, & ſtipulandi antenuptialiter pro filia ad firmitatem pacti, nuda filiæ ſponſæ ratificatio expreſſa, (35.) vel tacita per connubium vim confert, &

(34.) *L. Titia. quæ, de verbor. obligat. Si pater pactum, C. de ſponſal. Si pater pactum de filiæ nuptiis inierit, & humana ſorte conſumptus ad vota non potuerit pervenire, id inter ſponſum, & ſponſam firmum, ratumque permaneat.*

& virtutem, absolutamque authoritatem ad productionem obligationis, (36.) ac ad implementum promissi absque alia solemnitate, aut formula : cùm ratihabitio sit, habeaturque, ut pars individua (37.) ipsius pacti, ac tabulæ antenuptialis. Quod præcipuè secundum, si à filia ratificante expressè ratihabita sint à patre promissa, pollicita, petita, aut stipulata. Ex quo ad authoritatem renuntiationis executæ à Serenissima Infante, utque fœderis, pacisque pars individua censeatur, [38.] nihil aliud necesse fuit, nullaque alia formula, aut solemnitas ad virtutem, quàm illius consensus, & voluntas directa, collimansque ad executionem petiti, & oblati à Rege Patre, & futuro sponso.

Nec obstant, quæ temporariè magis, quam justè objicit Gallus ad elidendam potestatem, virtutemque ratihabitionis. Non primùm ex eo, quòd necessaria fuisset curatoris authoritas, nam paterna patris præsentia absolutè omnia contulit necessaria ad legitimitatem actus, ex communi scribentium Hispanorum, & Gallicanorum sensu ; (39.) Regiaque Majestas firmavit quidquid ex formularum solemnitate aliàs devium haberetur. (40.)

Non secundùm : *Quod cùm satis constet* (verba sunt Galli Scriptoris) *puellam non posse post initas fœderis nuptiarum conditiones quicquam transigere, quod dotem, vel successionum jura, vel alias conventiones imminuat, nisi sponsi accedat authoritas, compositis quippè, & obsignatis tabulis dotalibus, jam puella sic est in futuri sponsi potestate, ut dos illius, bona, jura denique fixa sint, & constituta : nec sinè illius, cui promissa est, consensu mutari, aut moveri ullo pacto possint. Jam enim utriusque juncta sunt, & penè indiscreta bona, ubi Sacramentum accesserit, tum id nexu indissolubili, & animos junget, & corpora.*

Ex quo deducit : (a) *Qua quidem, an diutius erit dubitandum, irrita esse omnia, quæ Regina jam nupta non authore marito transigeret ? Nulla quippe est lex in universa Gallia usu magis, & moribus probata, quam ea, quæ vetat uxorem quicquam sine mariti authoritate, aut paciscì, aut contrahere : adeò ut quæ acta sunt præter viri consensum omninò rescindantur.*

Agedum temporarie Assertor, quo juris principio

(35.) *Cap. Ubi non est 30. quæst. 2. ubi gloss.*

(36.) Hieron. Gabr. *cons. 36. num. 52. vol. 1.* latè Anel. Amat. *cons. 66. per tot.* ex Rota, *divers. decis. 89. num. 11. part. 2.* Stephan. Grat. *discep. cap 367 num. 41.* Peregrin. *cons. 90. num. 1. & 2. lib. 5.*

(37.) Videndi DD. *in l. Potius, C. de pact.* Tiraquell. *l. Si unquam. num. 118. C. de revocand. donationib.* Post Alex. Natta, & Cravet. Menoch *cons. 156. num. 14.* Cæphal. *cons. 719. num. 27.* adductis Giurb. *decis. 85. nu. 20.* Stephan. Gratian. *discept. cap. 692. num. 38. & seqq.* Mastrill. *decis. 301. & num. 9.*

(38.) Ann. Robert. *rer. judicat. lib. 2. cap. 4.* De quo latè diximus. §. 3.

(39.) Honuf. Donad. *tr. de renunciat. cap. 3. per tot.*

(40.) *Dixim. §. 4. à num. 56.*

(a) *Dict. Tract fol. 110. num. 11.*

dicere es ausus : *Quod compositis, & obsignatis tabulis, jam puella sic est in futuri sponsi potestate, ut dos, illius bona, jura denique fixa sint, & constituta, ut nec sine illius, cui promissa est consensu mutari, aut moveri ullo pacto possint.* Cum si Divini, Gentium, & Publici juris principia recolimus, si Romanorum formulas, & constitutiones, Gallicanos mores, Hispanasque leges, nullam inveniemus publicam, vel privatam constitutionem statuentem, sponsam promissam absque sponsi promissi consensu, non posse mutare voluntatem, aut movere pactum? Disce (precor) juris tyrocinia (nè ex proprio cerebro novum dogma repulsemus) à Jurisconsultis Romanis respondentibus : *Tabulas non facere Matrimonium*; (a) *nec bona sponsæ antè fieri mariti, quàm secutæ fuerint nuptiæ.* (b) *Ni pacto, expressaque voluntate dederit, ut statim ejus fiant.* Et à Gallicano (c) asserente, tabulas nuptiales probationem tantùm inducere conjugii, dùm de conjugio dubitatur, non verò Matrimonium, nec societatem illam, ac translationem dominii bonorum uxoris, ut maritus dominus sit, fructus faciat suos, (*d*) mulierque impedita sit distrahere dotales res. Cum usque dum tradita sit mulier, traductaque in potestatem viri, solemnitatibus, ac cerẹmoniis à jure constitutis Romano, (41.) Hispano, [42.] Gallicanoque, [43.] maritus, nec mulieris, nec bonorum dominus sit, nec illa impedita agere, cùm sui juris sit, non sponsi, tàm quoad actus naturales, (44.) quàm civiles. (45.)

Ex hoc principio Modestinus legitimam respondit donationem ante nuptias factam inter eos, qui Matrimonium inituri sunt, etiamsi eodem die fuerint secutæ nuptiæ. (46.) Omne enim ab sponsa executum (47. medio tempore ab sponsione de futuro, usquequò Sacramentum accesserit, quo nexu indissolubili animi, & corpora junguntur, legitimum habetur, (48.) renuntiatioque legitima. Sufficiat Scevolæ responsum, contrà responsum Gallicani assertoris : (*a*) *Virgini in hortos*

(*a*) *L. Donationes, de donation.*

(*b*) *L. Dotis, l Si servo, de jur dot.*

(*c*) Ann. Rober. *rer. judicat. lib. 2. cap.* 17.

(*d*) *L. Si ante, solut. Matrim.* ubi latè Petr. Barbos. *dict. l Si Servo, jur. dot.*

(41.) *L. cum hic status per tot de Donation inter.* Liu. *lib.* 4. Alex ab Alex. *dier genial lib.* 4. *cap* 3. *Donec. verò desponsatæ conjugali copula jungerentur; tunc enim à tutela liberè in virorum manu, non in servitute erant*, Ann. Robert. *rerum judicatar. lib.* 2. *cap.* 17. Petr. Gudelin. *de jur. novis. lib.* 1. *cap.* 7.

(42.) L. 47. *Taur.* ubi Ant. Gomez, *l* 8. *tit.* 1. *lib.* 1. *Recopil.* Matienc. *glos.* 1. *num.* 4.

(43.) Papon *arrest lib.* 7. *tit.* 1. *arrest* 15. Tiraq. *in leg. connub.* 1. *à num.* 3. Ann. Robert. *dict. cap.* 17. Gudelin. *dict. cap.* 7.

(44.) Post *glos. & antiq.* Covar. *in* 4. *cap.* 1. *n.* 8. *&* 9. Ant. Gom. *l.* 80. *Tauri, num.* 47. post Azev. Carrer. Ledes. & alios Thom. Sanch. *de Matr. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 2.

(45.) Latè post Tyber. Decian. *lib.* 4 *tract. crimin cap.* 8. *n.* Giurb. *ad consuetud Messin. c.* 1. *gloss.* 1. *part.* 1. *per tot præcipuè n.* 45. 48. *&* 53. (46.) *L. Apud Labeonem* §. *Sponsum quoque. de injur. ex l. uxor*, §. *Divus, ad leg. Jul. de adulter.* Covar. *dict cap.* 1. *n.* 9. Sanch. *dict. disp.* 2. *num.* 3.

(47.) *L. Donationes, de Donation. Neque enim tabulas facere Matrimonium*, Ann. Robert. *rer. judicat. dict. lib.* 2. *cap.* 1.

tos deductæ, ante diem tertium, quam ibi nuptiæ fierent, cùm inseparata dicta ab eo esset, die nuptiarum, priusquam ad eum transiret, & priusquam aqua, & igni acciperetur, idest nuptiæ celebrentur, obtulit decem aureos dono : quæsitum est post nuptias contractas, divortio facto, an summa donata repeti possit, respondit, id quod ante nuptias donatum proponeretur, non posse de dote deduci. Imperatoria constitutione declaratum: *Cum in te (b) simplicem donationem dicas factam esse die nuptiarum : & in ambiguum possit venire, utrum ab sponso, an à marito donatum sit : sic distinguendum est, ut si in tua domo donum acceptum est, ante nuptias videatur facta esse donatio; quod si penes se dedit sponsus, retrahi possit, uxor enim fuit.*

(48.) L. *Inter eos, l. Seja Sempronio, de Donat. inter. l. Cum te, C. de Donation. ante nupt. l. Die Sponsaliorum, ubi glos. Depositi.* Bald. & Scribent. *in dict l. Cum te;* & alii relati. ab Ant. Gom *l.* 50 *Taur. num* 5. Mantic. *de tacit. lib.* 20. *tit.* 1. *num.* 11.

(a) L. *Seja, § Virgini, de Donationib. inter.*

(b) L. *Cum in te, C de Donationib ante nup.*

Sed quid adhuc egemus testibus? Dum ipse assertor Gallicanus veritatis vi coactus dotem, jura, bona, uxoris marito defixa tantùm decantat, ubi Sacramentum accesserit, & nexu indissolubili animos jungat, & corpora. Cùm ergò renuntiatio Reginæ Christianissimæ antè contractum per verba de præsenti (in quibus est Sacramentum) executa sit, quo jure illegitima contrariaque juri maritali?

Cum igitur superiùs exarata vera sint, legitimaque renuntiatio, attentis jurium principiis : omneque à Rege nostro Catholico executum in fœderibus pacis, & antenuptiali, justum, justitiæ, & æquitati consonum : Non agendum est in repulsam authoris, quatenus conatur asserere, juramentum, quo firmata fuere fœdera, vim, nec firmitatem conferre renuntiationi non posse : cùm quidquid ad id excogitatum origine, naturâ, & formâ injustè discussum sit, directumque ad violandam hac turpi assertione Sacrosanctam juris jurandi Religionem. Nam etsi illius Sacramentalis virtus sic efficiens, sic operativa, ac generativa juris, & actionis habeatur, ut illius tantum vi omne nullitatis, aut illegitimitatis vitium retundatur (etsi nullum adsit in renuntiatione.) [49.] Præcipuè inter Principes, quibus sanctior juramenti immunitas, consultò omittimus in hac re latiùs immorari, nè ut in suspectum hominem, & juramenti contemptorem agere videamur, ad conspectum Gallicanæ sententiæ in hac re, verè absurdæ, quam tamen non suffecturam credimus ad labefactandas Sacro-

(49.) *Cap. Cum contingat, cap. Debitores, de jur. juran. cap Licet mulieres, eod. in* 6. *Authent. Sacramenta puberum, C. Si adverſ. vendit.* videndi Fachin. *controv. lib.* 3. *cap.* 18. Ann. Robert. *dict. lib.* 1. *cap.* 4. & quæ notant Scribent. *in dict. capitib.*

crorum Canonum conſtitutiones, nec Catholicos Doctorum commentarios ; remiſſa re Genitori Summo, qui fœdera fulmine ſanciens, (50.) ſupplicii gravitate demonſtret, quis juſtè, legitimèque per viam veritatis ingreditur, quiſvè injuſtitiam, ac iniquitatem lucri amore ſectatur ?

(50.) L. 2. C. de reb. credit. l. Si quis, C. de tranſaction. Virgil. Æneid. lib. 12. *Audiet hæc genitor, qui fœdera fulmine ſancit.* Phil de juram. *In perjuros pœna à Deo, & hominibus, adeò graviſſima, cùm ſcelere contaminatis non ſit propitius, ſed ut impios adverſatur perpetuò.* Diximus comment. adll. Recop. l. 10. tit. 1. lib. 1. à num 66. cum ſeqq. Bodin. de Republ lib. 5. cap. 6. *Si quis omnem antiquitatem, & bellorum memoriam ab ultimo Principe repetat, profectò reperiet, eorum qui pacta violarunt inducias, miſerrimos ex illis, & Civitatibus, ac populis calamitoſiſſimos extitiſſe,* Martin. Schok. tract. de Pace, cap. 8.

§. IX.

OBJECTIONES, EX QUIBUS CONATUR probare Adverſarius, Reginam Chriſtianiſſimam non potuiſſe ſe abdicare Regnis, & Principatibus, quatenus ei contingebant ex jure immutabili, legibuſque fundamentalibus Regni, ni conſenſu publico ſubditorum interveniente.

REpetitis machinationibus illis, quibus virtutem renuntiationis evertere ſatagit aſſertor Gallicanus, adhuc conatur fulcire, ſed fruſtrà, hujus declamationis partem, credens poteſtatem ſupremam competere privativè populo, authoritatemque tranſigendi, diſponendi, & transferendi Regna, ac Dominationes, abdicato à Principe jure ſtipulandi, & pollicitandi in fœderibus etiam tàm de jure, quàm de ſucceſſione Regnorum.

(1.) Manif. fol. 170. Tractat. Regin. Chriſtian. jus in Ducat. Braban. à fol. 119. num. 1. ad n. 8.

Longa eſt oratio (inquit) (1.) *multæque rationes, quibus doceri poſsit Regna hæreditaria jure ſanguinis, vel agnationis, ad gentem, ſeu familiam regnatricem eà lege deferri, ut ex aliis in alios ſucceſsionum vices tranſmittantur. Nec immutabilis illa, & quodammodo æterna ſubſtitutio, vel decedentium voluntate, vel eorum qui ſuccedunt, conſenſu, aut pactione ulla tolli poteſt: nec demùm iis licet publicæ adminiſtrationis munus ſibi à Præpotenti Deo, & patriis legibus impoſitum, propria authoritate recuſare ; aut arctiſsimum illud ſocietatis Reges inter, & ſubditos vinculum diſſolvere. Nam ut alia, quæ in hanc ſententiam afferri poſſunt plurima omittamus, id ſanè omnibus perſpicuum eſſe debet, mutuo, & æterno fœdere ex lege*

Regni

Regni cujuſque conditrice, Reges cum ſubditis ita devinciri, ut hi obſequium præſtare, illi populos tueri, atque omni eos injuria prohibere teneantur; nec ſubditi poſsint ſine ſcelere legitimi Principis authoritatem defugere; nec viciſsim liceat Principi præter ſubditorum voluntatem jure ſuo cedere, aut in alienos transferre Imperii Majeſtatem. Eſt enim utriuſque mutua, & reciproca obligatio, ac ſervitus quædam, nec minus Princeps ad imperandum, quàm privati ad obediendum, adſtringitur: ex mutuo conſenſu fœdus illud inter Principes, & ſubditos ſancitum fuit, nequè id adeò ſolvi poteſt, niſi utrorumque etiam conſenſus acceſſerit. Pulchrè quidem Cujacius, quod lex mihi dedit non tam meâ causâ, quam alienâ, fruſtrà renuntio: *Nec minus concinnè illuſtris Brabantiæ Cancellarius negat Ducem renuntiare, aut Ducatus ſui jura imminuere, aut quicquam cum ſuo Principatu conjunctum alienare poſſe: cùm Sacræ cujuſque Regni, aut Principatus leges dominii, vel juris tranſlationem prohibeant. Nam ut lex Julia proſpexit, nè dotale prædium maritus obligare, aut vendere, aut ſervitutes ei debitas alienare, aut alias demum ei poſsit imponere. Sic Regis, aut Ducis Patrimonium eſt ferè inſtar dotis à Republica ferendis oneribus conſtitutæ: neque adeò Princeps arbitratu ſuo poteſt vel minimam ſui dominii partem diſtrahere, nedùm jura Imperii ſui repudiare. Eſt quippè id proprium munus Principis, intelligere ſe gerere perſonam Reipublicæ ſibi commiſſæ, cujus dignitatem & decus ſuſtinere debet, non jura divellere.*

Quod ſi leges Pontificiæ vetant, nè Epiſcopus ſpiritalis cum Eccleſia ſua conjugii vinculum propria

pria authoritate ſolvat : neque olim Romano Proconſuli Magiſtratum liceret abdicare : profecto nec licet Principi, ſubditis inconſultis, Imperium ejurare. Cumque inſtar capitis totum Imperii corpus regat, & moderetur, non magis poteſt huic muneri deeſſe, aut populi ſibi commiſsi curam defugere, quàm caput ipſum poſsit membra, quibus naturali ſocietate conjunctum eſt, deſerere. Et certè nihil habet Reſpublica majus, nihil præſtabilius, nihil quod majori indulgentiâ, & benevolentiâ complecti debeat, quam legitimum Principem, cui publicæ adminiſtrationis munus ab ipſo Deo creditum eſt. Quo igitur animo ferre poteſt, ut ſuo velut capite citra publicam authoritatem orbetur, ac nè in conſilium quidem rei longè maximæ admittatur? Permagni illius refert rationes, & momenta expendere, quibus impulſus Princeps Imperium ejurare, & aliò transferre meditatur ; an levitate quadam animi, aut rerum ignoratione deceptus, an aliorum factione, & fraude circumventus ; an metu potius, aut pudore, aut alia animi perturbatione permotus, quàm certo judicio, & conſtantiâ abdicet principatum. poſtremò Reipublicæ intereſt proſpicere, ne optimo Principe orbata, deteriori, aut minus idoneo ſubjiciatur. Summa enim poteſtas ex iis eſt rebus, quæ non aliter quàm naſcendi ſorte ex aliis in alios dimanant, niſi fortè id fiat conſenſu populorum.

Hoc juris cùm ubique terrarum, tùm maximè in Hiſpania, & Belgio ſemper obtinuit. Hinc Berengaria quondam Regina conventum Ordinum Vallis-Oleti coegit, ut ex eorum ſententia Regiam poteſtatem ejuraret, eamque in Ferdinandum filium conferret. Sic Carolus V. Imperator Comitiis Ordinum

dinum Bruxellas antè evocatis, atque iis coram excusata ætatis jam ingravescentis, & affecti corporis infirmitate, Belgii Principatus abdicavit. Cum Henricus olim Dux Brabantiæ Joanni fratri, qui natu minor erat, jus, possessionemque sui Ducatus tradere in animum induxisset, non Ordinum modo, sed etiam Imperatoris consensum, & authoritatem necessariam esse judicavit: neque Imperator abdicationem illam antè ratam esse voluit, quàm ipse rem penitùs, causamque cognosset.

Sed quid in re notissima utimur testibus, vel exemplis? cùm nemo ignoret nihil publicæ saluti, aut Regum potestati perniciosius statui posse, quàm Principis arbitrio relinquere, ut contrà Sacras Regni cujusque leges, contrà naturæ jura, & instituta Majorum, quem volet ex liberis ad summum evehat Imperium, aut Regnum ad libidinem partiatur, aut quod indignissimum est, Regalem potestatem ad alienos interposito renuntiationis pacto transmittat. Quid aliud agit Consilium Hispanicum? Quid illa sibi vult exclusio, qua Regis Catholici filia non modò omni Principatu, sed etiam spe omni successionis in paterna Regna dejicitur, quàm ut Regnorum evertantur jura, & quod Principes à Majoribus Imperium accêpere, id posteris non prodant? Quòd si enim valet illa renuntiatio, nil est causæ, cur virilis soboles excludi itidem non possit, cur minor majori non anteponatur. Nec quicquam obstat sexuum differentia, quominùs ut Principum filiæ, sic liberi throno dejiciantur. Nam interest inter viros, & fœminas, quod illi in eadem gradus propinquitate sint honore superiores: eodem tamen jure, iisdem omninò legibus ad Regni gubernacula vocantur. Quod si illas licet excludere, eadem utique ratio in Regios liberos valet: discrimen quippè ordo, non jus facit. Quò igitur pertinet illa renuntiatio, nisi ut stirps Regia

extrudatur, & alieni in Regnum invadant? Nec ulla tamen est in Hispania lex, aut sanctior, aut magis usu, & moribus consignata, quàm ea quæ Principum liberos ad Regnum vocat, non decedentium judicio, aut voluntate, aut testamento, aut conventione, sed lege naturæ, & sanguinis jure. Nec Principi licet solvere hanc perpetui fideicommissi legem in domo regnatrice firmatam, quæ jus omne, & Regni possessionem ad legitimum successorem transmittit, ubi morte Principis aditus ad illud fideicommissum reseratur.

Nota res est, & ab Hispanis Scriptoribus mandata monumentis, nulla unquam ratione eam Gentem adduci potuisse, ut ab hoc jure publico desciscceret. Cùm Ferdinandus olim Castellæ, & Legionis Rex sic inter suos liberos Regna partîri statuisset, ut D. Sancio stirpis maximo Castellæ, D. Alphonso Legionis, D. Garciæ natu minimo Gallæciæ Regnum relinqueret: filias quoquè suas aliquot Civitatibus donasset; id omne irritum fuit, ac plus valuit legum authoritas, aut patriæ consuetudo, quàm Regis voluntas. Itaque Sanctius jus suum in Regna retinuit, ac penès eum fuit trium Regnorum integra, & indiscreta possessio. Nec dissimilem exitum habuit Alphonsi testamentum, quo Legionis Regnum, Ferdinando excluso, inter duas filias diviserat: id enim summo Ordinum consensu rescissum est, ac Ferdinandus jus suum obtinuit. Nec dum ducenti anni effluxêre, cùm in celeberrimo Procerum cœtu Ferdinandus Arragoniæ Rex, qui Isabellam Hispaniæ Reginam duxerat, jura successionum movere, & legem Salicam in Francia usurpatam inducere in Hispanias nequicquàm tentavit. Nàm Procerum cœtus gravissimè intercessit: nec potentissimi Regis Majestas, nec tacitus Reginæ consensus, nec quorumdam studia potuerunt Sacras Regni leges,

ges, & inveteratam consuetudinem immutare. Sed quid plura, aut vetera exempla quærimus? Cùm Patrum nostrorum memoria Philippus Hispaniæ Rex circà annum millesimum quingentesimum nonagesimum octavum (ut Meteranus scribit) animo agitasset Principi Isabellæ Provincias Belgii jure beneficiario possidendas tradere, vehementer à Belgis reclamatum est: negarunt se instar servorum mancipari, aut pretio æstimari, aut arbitratu demum Principis distrahi posse. Scribit Sandovalius Episcopus Pompejopoleos anno quingentesimo decimo sexto suprà millesimum tres præcipuos Regii Consilii Administros, & spectatissimæ fidei accitos fuisse à Ferdinando, cùm in gravem is morbum incidisset, ut quid sibi faciendum esset in re maximi momenti edocerent, se testamento, quod Burgis scripserat, cavisse ut Ferdinandus Princeps in Castellæ, & Arragoniæ Regna succederet, quòd is moribus Hispanicis esset, & institutis excultus; ac subindè vereretur, ne Carolus Hispaniarum administratione neglecta, studium omne suum, & animum aliò intenderet. Illi ex fide sua, & religione esse duxerunt, ut Regem ab instituto revocarent, ac magnoperè ei authores fuêre, nè jus Regni sanctum, augustumque violaret: negarunt Regiæ successionis constitutum ordinem, & vetustate roboratum perverti posse. Paruit eorum consilio Ferdinandus, posteriori testamento priores tabulas induxit, & Carolum Regnorum hæredem juxtà patrias leges instituit. Hæc quidem instituta, legesque Regnorum, aut Principatuum sanctas esse oportêre, pulchrè, ut alios mittamus, intellexit olim Joannes Galeatius Dux Mediolanensis, qui in ipso vitæ exitu tres liberos coram adduci jussit, eosque aliquanto contemplatus, in eas erûpit voces, quibus eam legem, qua Joannem natu maximum tardo, & retuso ingenio Ducatus

sui hæredem facere tenebatur, ut duram, & acerbam incusabat, quòd Philippus Maria ætate proximus erectâ indole, & excellenti ingenio ad Imperium natus videretur. Id scilicet acutum hominem, & prudentem non fallebat, quòd ubi agitur de jure successionis in Regnum, vel Principatum, nihil liceat patris voluntati, aut judicio adversus naturæ leges, & instituta Majorum: cùm summum Imperium non hæreditatis nomine, sed sanguinis jure deferatur? Jus quippè Regni, quod sæpè dicendum est, à natura ipsa, aut legibus, non ab hominum arbitrio proficiscitur, nascuntur Principes, non instituuntur.

Maneat igitur id, quod negari non potest, quodque omnium penè Gentium consensu fuit comprobatum, Regni, aut Imperii jura mutari non posse, nec legitimum successorem ulla conventione summoveri. Ac nè plura, & aliena proferamus, uno quidem, & illustri utemur exemplo, quod apud Bucherium doctum hominem, & diligentem Annalium Scriptorem legimus. Cùm Carolus Imperator anno millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto in Brabantiam venisset, Wenselinus, & uxor ejus Joanna, ad quam Ducatus Brabantinus pertinebat, Imperatorem adiêre, qui cum ea conditione pacti sunt, ut si absque liberis ex eo connubio decederent, jus omne in Brabantiæ Ducatum, & alios Principatus ad potissimum stirpis Lucemburgicæ hæredem, exclusa Margarita Joannæ Ducis sorore, & Flandriæ Comite perveniret. Ea quidem conventio tùm authoritate, & consensu Ordinum firmata est. Cùm interjectis aliquot annis illi sine prole diem obiissent, qui tum erat Lucemburgi Princeps, ex conventione hæreditatem petit. Huic Ordines ipsi, qui antè consenserant, vehementer obsistunt, negant constitutum successionis Ordinem, nisi si

quæ

quæ subest gravior causa, aut Principis voluntate, aut populorum studiis, aut Ordinum suffragiis perturbari, aut eos demùm excludi posse, qui, & patriis legibus, & Majorum institutis ad capescendum Imperium vocati sunt. Itaque Antonio Burgundioni Margaritæ nepoti, fremente licèt, & frustrà obnitente Lucemburgica domo, Brabantini Ducatus data est possessio, & quæ perperàm acta fuerant, rescissa.

Fracta igitur manet, & convicta renuntiatio, quæ naturæ ipsi, quæ juri publico, quæ Divinæ Providentiæ repugnat. Nihil enim magis est contra naturam, quàm eum, qui sanguinis jure proximus est, quique non hæredis titulo, sed legis authoritate in Principatum vocatur, legitima successione depelli, nec jus illud agnationis, quod à naturæ fonte descendit, repudiari ulla conventione potest, aut alienari, aut in alios transferri, aut ab ipsa, cui cohæret persona divelli. Jam quis ignorat jus Regni, aut Imperii publicum esse, & ab subditorum utilitatem comparatum? Reges quippe, & Principes, qui hominibus præessent, non Regum, sed populorum causâ fuerunt à Deo constituti. Cum igitur jus illud publicum sit, nullo id pacto everti, nulla renuntiatione extingui potest. Neque enim per naturam fas est, aut per leges licet Regni, vel Principatus successorem legitimum excludere. An illud denique contemnendum, magnam hinc Religioni injuriam fieri, atque ex iis pactis gravi eam vulnere percelli, quod jus Regni ex earum rerum genere non sit, quæ in nundinationem, & commercia veniunt, quæque haberi quæstui, & pretio possunt æstimari. Ea quippè jura non ex varia hominum, commutabilique ratione, aut inconstantia pendent, sed instar Sacerdotii quodammodo sancta sunt, cum cœlesti vocatione, & Divina ordinatione conjuncta. Videtur

enim esse conjugalis quædam societas Regem inter, & subditos, ac velut spiritale, & arctissimum vinculum, Principem cum Imperio suo conciliat, nequè id sine nefario scelere dissoluitur. Cùm Regalis potestas, aut summum Imperium sit tanquam radius quidam cœlestis, qui à supremo Numine in terras defluit, & Sacris personis, quas huic muneri præfecit Deus, ità cohæret, ut ab iis divelli nullo modo queat. Nam sui motus ratam habet, & immutabilem rationem, non in fortunæ temeritate, aut humanis consiliis positam: principii sui imitatur constantiam; hinc suam ducit originem, hinc stabilitatem, ordinem, & vim omnem consequitur. Imago enim quædam est, & adumbrata similitudo illius potestatis quâ cœlum, terræque reguntur, quæque Deus ipse est.

Hinc meritò Galliæ, Italiæ, Hispaniæ, & totius penè Orbis Doctores magna consensione negant summo Imperio renuntiari ullo pacto posse. Nec necesse est omnium proferre testimonia: Ex infinitis propè, paucadum taxat excerpamus. Id præter cæteros Palaësius demonstrat, jura successionum in Regnum, aut constitutum ordinem nullatenus posse à Rege perturbari: cum ne id quidem liceat in Majoratus dignitate, cujus exemplar est Regalis potestas, quæ inter Majoratus primo loco numeratur. Eadem est Butrigarii, Bartholi, Vasquii, Covarruviæ sententia. Consentiunt, & Jurisprudentiæ Canonicæ periti, qui omnes hac ratione, quam non semel attigimus, ducti videntur, quod nihil sit in hominum vita majus Imperio, idque ad communem hominum utilitatem, & salutem maximè pertineat, ut intelligant summi Imperii jus ad Deum ipsum, qui lege sanguinis, & naturæ, cujus idem author est, & moderator, Coronas, sceptraque dispensat, potiùs referri opportere, quam unius hominis consilio, & libidini

per-

permittere. Cum perturbationum æstus, inconstantia, aliorum commoda, & privatæ utilitates Principis animum facilè inflectere, transversum agere, ac depravare possint. Hoc itaque effectum sit, & demonstratum, illam renuntiationem neque à Rege Catholico exigi, nec à Regina Christianissima jure fieri potuisse: neque enim illi fas erat perturbare Regiæ successionis ordinem; naturæ, & Regni constituta jura evertere; neque hæc abdicare Principatus, aut summi Imperii jura potuit alienare. (2.)

(2.) *Dict. Manif. Hisp. fol. 186. & dict. Tract. Regin. Christian.*

RESPONSIO

Ad objectiones oppositas renuntiationi, quatenùs concepta violato jure naturæ, legibusque præscribentibus Coronæ successionem.

SI in re tàm verè summa liceret agitare calamum in repulsam axiomatum, ex quibus assertor Gallicanus conglomerat suæ declamationis tractatum, credimus asseri posse, aut memoria defeciſſe authorem, aut penitùs ignorasse jura Majestatis, & authoritatem, ex qua collimant Reges ab subditorum utilitatem, adquè agendum de salute publica. Sed cùm mentis nostræ sit veritatis lumen ostendere, justitiæque puritatem, larvis detectis, abjectisque machinationibus, in id tantum intendemus.

Firmum ergo veritatis fulcrum sit: Gentes rationis lumine ductas ad rectè, & justè agendum, fœlicitatemque humanam consequendam Communitates, Respublicas, Regna, Regiamque Majestatem inveniſſe, Regumque dignitatem creasse.

Hæc creatio induxit unionem individuam, ac inseparabilem Regum, & subditorum, correlationem superioritatis, & subjectionis, imperandi, & subjiciendi, collimatam verò ad publicam salutem, ad regimen, tutelam, & defensionem omnium illorum, quorum voluntate translata fuit potestas, dataque Majestas.

Ex hac origine, nata correlatio ſupremæ poteſtatis Regiæ ad imperandum, inferiorum conditiones, ſubditorumque ad parendum. Hac in officina efformata catena fuit Regiarum ſucceſſionum, quâ, & devincti ſubditi ad non defugiendam legitimorum Principum obedientiam. Ex hac materia diſſectum lorum fuiſſe credimus, quo circumligatæ publicæ cervices colunt Regnorum, & Imperiorum agrum, ut fertiles pacis, utilitatiſque communes fructus germinentur, & vireſcant; nè verò, ubi opimas tranquillitatis, & lætitiæ ſpicas expectare fas eſſet, ſubirent ſeditionum lappæ, tribuli injuſtitiæ, ambitioniſque infelix lolium, culturâ, politurâque Reipublicæ, prima in periodo mundi, inque conſtitutione, *Aurea* dicta, commendata fuit virtuti, moderationi, ſpectatæque inter omnes modeſtiæ. [3.] Quod uſquè ad cupiditatis, & affectus compoſitionem perduravit, quibus alumnis Imperiorum extenſio, rerumque neceſſitas induxit, ut in hos Reges, quorum virtus, & gloria excellentior, & utilior Communitati, germinaretur commune votum obediendi, ac venerandi illorum memoriam, & in filios uſquè propagaretur. Quare aucto in ſucceſſores amore, obliteratâque electionis formulâ, ſucceſſivum admiſſum fuit Regale regimen, devinctis Gentibus voluntati naturæ, credentibuſque æquali amore, ac virtute regendas à filiis, ſicuti à parentibus fuerant. Semper verò, & ubique prælata omni alii reſpectui ſalute publica: cùm hoc ſit, fueritque ſupremus apex, ad quem collimarunt omnium gentium mentes.

(3.) Juſtin. *lib.* 1. *Hiſtor.* Dioniſ. Halicarn. *lib.* 5. *Ariſt. Politic. lib.* 3. Beſold. *diſp. Nomocopol. de Reg. ſucceſ. diſſert.* 1. *poſt theſ.* 17. *num.* 1.

Ex hac ſuprema publicarum rerum ratione, cui criſtas ſubmittunt Regum, & Imperatorum diademata, ad hoc ut vincula, quibus innectuntur Reges, & ſubditi, vim teneant, illamque juſtitiæ, pietatis, & æquitatis virtutem deſideratam per Gentes; neceſſe eſt, ut in ſucceſſore concurrant ratio, æquitas, juſvè illud, ex quo ſceptrum anteceſſori traditum, caputque ejus diademate redimitum fuit, utque in qualitate ſucceſſoris refulgeat candor ille utilitatis publicæ abſque nota lucis, aut puritatis diminutione, quâ efformata fuit ab origine catena ſucceſſionis.

Nec

Nec ad adſtringendum nodum Regalis ſucceſſionis, nec ad effigiandam unitatem indiviſibilem, & correlativam Regis, & ſubditorum, legitima, efficienſque dicenda naturæ virtus, ſanguinis favor, legis vis, & ſubditorum vota conferentium Progenitoribus Majeſtatem, & Imperium. Hoc enim obſervandum eſt, ſi ſucceſſor idoneus habeatur, [4.] optimuſque communi bono, [5.] optimitate illa, quâ levàtum, & ſuſceptum Regnum. At ſi in filio, aut ſucceſſore non inſit virtus ad Principatum requiſita, [6.] & ad ejus ſucceſſionem defectu ætatis, ſexûs, aut imbecillitatis ratione, vel quia minuitur in eo Majeſtas; tunc quidem nec naturæ [7.] qualitas, nec ſexus, nec gradus attenditur, nec honeſtum habetur tali mandare (8.) Regnum, nec lorum correlationis adſtringet, immò omne deficiet, ſi præficiatur vanus is reſpectus Reipublicæ, & Regni commodo; (9.) cum pretioſius ſit naturæ, & ſanguinis charitate, ut reſpondiſſe comperimus Antoninum [10.] ſuadentibus, ut filio Imperium daret, & notavimus exemplo Davidis, Roboam, Mithridatis, & Alexandri, tradentibus ſceptrum optimo, obliterato amore agnationis, ſupràque omnia naturæ vincula utilitate publica antelata.

In hoc enim collimare Reges, in hunc ſcopum mentes dirigere [11.] debere notarunt jura conſtituentia, quòd dùm ſalus verſatur publica, nec generationis, nec nativitatis ordo ſervetur à Principe, nec à ſubdito; ex eo conceſſum militari jure, ut naturæ, & ſucceſſionum rupto nodo, gladio ad publicam defenſionem evaginato, milites de hæreditatibus, & aliis bonis (nulla ſervata Civilis juris formula, nec attenta naturali charitate reciproca) ultima conderent elogia, omiſſis, aut exhæredatis liberis.

His principiis edoctus, ſaluteque publica pro lege habita, Catholici Regis Senatus conſuluit renuntiationem ſtipulandam in tabulis antenuptialibus Reginæ Chriſtianiſſimæ. In quo fidelis Conſiliariorum mens præ oculis habuit honorem Regni, decus Majeſtatis propriæ, vir-

(4.) *L. Vt gradatim*, §. 1. *de muner. & honor. Etſi lege municipali caveatur, ut præferantur in honoribus certi conditionis homines, attamen ſciendum ait, hoc eſſe obſervandum, ſi idonei ſint*, ubi gloſ.

(5.) Plin. *in Panegyr. Et hunc tibi proximum tibi convenientiſſimum exiſtimes, quem optimum.*

(6.) Poëta apud Hen. Harniſ *cap. 2. ſect. 4. An ſucceſſ. præfer. elect. n. 80.*

Dedecorant benè nata culpæ.

(7.) Luc. de Pen. *l. Nepotes C. de his, qui num. liber. lib. 10. nu. 5. In ſucceſſione Regnorum, & hujuſmodi Principatuum in quibus verſatur regimen populorum, non tam eſt attendendus ordo Primogenituræ, quam virtutes, quæ in principantibus requiruntur.*

(8.) *L. Reſcripto, de muner. & honor. Et minus utile, & nequaquàm honeſtum eſt talibus mandari magiſtratum.*

(9.) Idem Luc. de Pen. *dict. nu. 5. Regni quippè ſucceſſioni deferendæ eſt, ut non tam attendatur utilitas ſucceſſorum, quam commoditas ſubjectorum.* Hening. Arnil. *Politic. lib. 2. cap. 2. ſect. 7. num. 13. In ſucceſſionibus Dignitatum Regalium magis attendi debere commoditatem ſubditorum, & habilitatem ſuccedentis, quam gradum, vel ordinem ætatis.*

(10.) Vulcat. *Gallic. in Avid. Caſſ. Planè liberi mei pereant, ſi magis amare merebitur Avidius, quam illi. Et ſi Reipublicæ expedit Caſſium vivere, quam liberos Marci.*

(11.) Luc. de Pen. *in l. 1. C. de Privil. eor. qui in Sacr. Palat. l. 1. à num. 12. C. de Tyronib. lib. 12.*

virtutem, & immutabilitatem juris, & legum Hiſpanicarum, tranquilitatem Reipublicæ, & commoda ſubditorum. Quæ omnia obliterarentur, perſonale decus noſtri Regis peſſumiret, ſi fœdus conjugii feriret nudum his conditionibus, aut filiam traderet ſub lege Pacis iniquæ, (12.) qualis eſſet ſponſam dare ornatam monilibus, ſpe; & jure ſuccedendi in Regna, Dominiaque Hiſpanæ Dominationis, ex qua deſcenderent media prole in Regni Gallicani poſſeſſionem, undè evenire poſſet, ut unitis Regnis Hiſpanis Gallicanæ Dominationi, Hiſpani amitterent nomen, linguam, mores, & cultum.

(12.) Virg. *l.* 4. *Æneid.* —— *Nec cum ſe ſub lege pacis iniquæ Tradiderit.* Ubi Serv. *Propter peditam linguam, habitum, nomen.* Idem Serv. *lib.* 1. *Æneid. verſ.* 10. *Iniqua enim pax eſt, in qua nomen amittit.* Infra. *num.* 41.

Sed quamvis jam dicta ſatis, ſuperque teſtantur, fuiſſe juſtam, æquam, legitimamque renuntiationem; adhuc tamen, cùm ad illam, ut injuſtam taxandum objiciatur fuiſſe conceptam contrà fundamentales leges Regni præſcribentes illius ſucceſſionis formam, quam deſerere Regina tunc Infans non potuit, nec citrà publicam authoritatem infringere, ex illo mutuo, & æterno fœdere, quo Reges, & ſubditi devincti ſunt. Quare ſicuti nec hi poſſunt ſine ſcelere legitimi Principis poteſtatem defugere, ità nec viciſſim licet Principi præter ſubditorum voluntatem jure ſuo cedere, nec in alienos transferre Imperii Majeſtatem?

Notandum eſt, inter Hiſpanos nullam fuiſſe conſtitutam, receptam, efformatamque legem conſtituentem ſucceſſionis formam, ſic immutabilem, ut ex ea jus competeret invariabile Reginæ Chriſtianiſſimæ, quo exui non poſſet boni communis, ac rei publicæ cauſa, tàm voluntate Patris, quàm propriæ. Nec ex naturæ dictamine, nec ex Gentium jure ullam etiam devincientem Reges, & ſubditos præter eam, quam edixit publica [13.] ſalus, & commodum commune.

(13.) Treutler. *diſput.* 1. *Theſ.* 3. Theod. Reinſing. *de Regimin. ſæcular. lib.* 2. *claſ.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. *Vide* §. 4. *nu.* 17. Luc. de Pen. & Harniſ. relati *num.* 9. & 10.

Sed tamen annuamus tantiſper novatorum novitatibus, quibus ex proprio cerebro ſe efferunt, efficta ea appellatione *legum fundamentalium*; quas olim *legem Regiam* dicebant, ſeu fœdera, ex quibus translata in Regem fuit poteſtas, præſcripta formula regnandi, nec quoàd muneris officia tantùm, ſed ad transferendam Majeſtatem ſucceſſione, jureque ſanguinis. Ut puta illud, quo viri Iſraël tradiderunt dominationem Gedeoni,

& David ut paſcerent populum, Rexque, & Dux fuiſſet ſuper eum. [14.] Sequentique ſæculo Conſtantinopolitani Leoni Imperatori. [15.] Quæ fœdera, [16.] ſeu ſceptri traditiones, adeò non ſunt leges fundamentales, ut nec eo nomine ſint dignæ, ſed pactorum, [17.] quidquid prænotent juris Politici Scriptores.

(14.) 2. *Reg. cap.* 5. ubi Abulens. *quæſt.* 2. Lorin. comment. 2. *Reg. cap.* 2. *num.* 5.

(15.) *Judic. cap.* 8.

Si enim antiqua juris Gothici monumenta recolimus, ſi Hiſpani à Pelagii ſceptro, haud invenimus fœdus, pactum, vel conventionem præſcribentem formam ſucceſſionis Regni, illudque deferentem filiis nativitatis, ſeu ſanguinis virtute.

(16.) Ex Zonar. Beſol. *diſp. Nomocopol. de Reg. ſucceſſ. diſſert.* 1. *num.* 7.

Nàm de antiquo Gothorum more, ac jure, ſupervacaneum eſt diſſerere; cùm electione Regnum, & Majeſtas traderetur. Etſi in honorem, & decus gentis ſit lex Sacra conſtituens, ut extraneæ gentis homo, qui non ſit genere Gothus, ad apicem Regni non promoveatur; [18.] immò ex more Majorum præſcriptum erat nullum eligendum ad Regiam dignitatem, niſi ex familia Balthica.

(17.) Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 7. *cap.* 16. *à nu.* 8. Maximil. Fauſt. *conſil. pro arar. claſ.* 8. *conſ.* 681. verſ. *Sunt præterea leges Regni,* Theod. Reinfing. *dict. tract. lib.* 1. *claſ.* 3. *cap.* 9. *à num.* 1. *& dict. lib.* 2. *claſ.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. *&* 4.

Poſt verò Maurorum ad Hiſpaniam appulſum, infandamque ſtragem Gothorum, & Roderici mortem. Etſi in Regno Aſturienſi acclamato Pelagio, antiqua Gothorum formula acclamandi Reges renata ſit, & Regum nomen, Regiaque renovata dignitas individua [19.] quoàd authoritatem, & poſſeſſionem, penès quam eſſet jus regendi, & onus defendendi tuendique Gentes, nihil tamen de forma ſucceſſionis præſcriptum fuit; ideò nec traditum à Scriptoribus, [20.] præcipuè ab Ambroſio de Morales. [21.]

(18.) Concil. Tolet. 8. *Can. ult. & Concil.* 5. *Can.* 3. *l.* 8. *in Prolog. del Fuero juzgo.*

(19.) *L.* 5. *tit.* 16. *par.* 2.

(20.) Sebaſt. Epiſc. Salmantic.

Quod adeò verum eſt, ut Joannes Mariana [22.] credens non modò difficile, ſed impoſſibile aliquid aſſerere circà illud primum jus, cujus virtute delatum Regnum, affirmat: defuncto Rege Pelagio, acclamatum Regem Favilam, cujus etiam morte ſine filiis ad thronum vocatos Ildephonſum, & Ermeſindam filiam Pelagii, ſervata in eo caſu patris teſtamentaria diſpoſitione.

(21.) Ambroſio de Morales, *Chronic. General. lib.* 13. *cap.* 2.

(22.) Marian. *Hiſtor. Hiſpan. lib.* 7. *cap.* 4.

Haud ignotum eſt nobis fuiſſe, qui dicerent, ſub Rege Pelagio legem latam conſtituentem ſucceſſionis Regalis formulam. Sed quàm improbabilis habea-

beatur hæc ſententia, orta ex cerebrino aſſenſu aliquorum, refertur ab Ambroſio de Morales : [23.] quare aſſerimus, quòd fœdus, pactum, conventio, aut lex ſucceſſiva Regni nulla tradita fuit uſque ad Majeſtatem Ildephonſi Regis, [24.] ſub quo præſcripta Partitarum, conferens jus ſuccedendi indiſcriminatim filiis ultimi poſſeſſoris, tàm maſculis, quàm fœminis.

Hoc tantùm fulcro innitendum, ut diſputemus: An Rex noſter Catholicus Pater poſſet juſtè petere in fœdere antenuptiali filiæ ſtipulandam renuntiationem jurium ei competentium ad Regna, & Domania paterna, filiaque renuntiare, ſeque exuere tam pro ſe, quàm liberis, ſpe competenti ad ſucceſſionem. Pro cujus dubii ſolutione notandum eſt, quòd in Rege Patre, filia, & ſubditis inſunt jura, etſi correlativa, tamen triplici nativa poſitione diſcreta. Jus quidem ipſius Regis regentis: Jus in ſpe competens filiæ: Et jus obſequii, & obedientiæ ſubditorum.

Jus Regis, quatenùs ei tradita Majeſtas, devinctum eſt cum jure ſubditorum, ſicque etiam unitum ad ſalutem publicam, ut Regi non liceat potentiâ, actuvè agere contra ſubditorum commoda, [25.] transferendo in extraneos Majeſtatem, & Imperium, bona Domanialia alienando, aliudque contrarium Reipublicæ ex lege Regni. Quod ſi id tentaſſet Rex, ineſt virtus in Republica cum debita reverentia impediendi damna, & occurſandi præjudiciis. Ut factum ab Hiſpanis, notamus ſub ſceptro Ildephonſi optantis tradere Carolo Magno Hiſpanam Dominationem. [26.] Nam Rex & quilibet Præſes gaudet poteſtate, & Prætura, ut ea utatur non in deſtructionem, ſed ad conſtructionem honoris Reipublicæ, conſervationem, ac tuitionem bonorum dotalium Regni.

Jura filialia ex nativitate competentia, ſive ſint hæreditaria, ſive ſucceſſiva à primo Regni ortu, vel ex acclamatione, vel electione, profectò ad filios quidem deferuntur ex publico ſubditorum conſenſu, vel ad propinquiores ejuſdem agnationis, ſi tamen conveniat bono publico; [27.] dum verò adverſari appa-

(23.) Ambroſio de Morales, *dict. lib. 13. cap. 6. in aliquibus originalib. antiquis.*

(24.) *L. 2. tit. 15. part. 2. L 2. tit. 18. par. 3.* Molin. *de Primog. l. 3. cap. 4.*

(25.) Poſt Oldrad. *conſ. 231.* Bald. *in proœm. feud. num 32.* Ant. Corſet. *de Poteſt. Reg. part. 5. num. 61.* Rolando à Valle, *conſ 1. num. 101. vol 4.* Rotental. *de feud. cap. 5. concl. 10.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 12. num. 41.*

(26.) Ambroſ. de Moral. *lib. 1. cap. 33.* Cataluña deſengañada, *diſcurſ. 2. §. 2.* Conrad. Dieter. *de ſumm. Imper. concl. 107.* Cavoc. *lib. 1. diſp. cap. 10.* Chifflet. *vindic. Hiſp. lumin prærogativ. lumin. 12. ſupra §. 7. num. 57.*

(27.) Latè Petr. Greg. *de Republ. lib. 7. cap. 7.* Beſold. *diſp. Nomocopol. de Regn. ſucceſſ. in Prodom. n. 1.* Hening. Arniſ. *Polit. lib. 2. cap. 2. ſect. 4. per tot.*

pareat ſaluti publicæ delatio, adeſt in Principe moderante poteſtativa virtus ſucceſſionis reſtringendi, coarctandique graduum, & ſexuum qualitatem, etiam obliteratâ naturæ, ſexus, ætatis, & ſanguinis prærogativâ. [28.] Ut executum notatur à Frederico Brandeburgenſi, à quo, excluſo Primogenito Joanne filio, Dignitas Electoralis, Statuſque datus fuit Frederico minori, [29.] à quo poſſeſſus vi etiam voluntatis fraternalis annuente ultimo parentis elogio.

Et quamvis huic ſententiæ renuat mens Gallicani aſſertoris, adducta pro ſe doctrina Mierii, Bartholi, Butrigarii, Vazquii, & Covarruviæ, [30.] dicentium, jura ſucceſſionum in Regnum, aut conſtitutum ordinem, nullatenus poſſe à Rege perturbari; cùm publica ſint, nulloque pacto evertenda, & nulla extinguenda renuntiatione. Notandum eſt, quòd Scriptores, etſi adeò abſolutè, ac generaliter (ut notat aſſertor) ſcripſerint; adhuc tamen regulam generalem temperarunt, dum cauſa publica, neceſſitas communis poſtulat tranſgreſſionem voluntatis, aut conſtitutionis: nàm tunc prævalente bono patrio, renuntiatio, alienatio, omniſque ſucceſſionis everſio ſuſtinetur, juſtaque laudatur, cùm id ſit Dominationi expeditius, & ex eo ſalva fiat totius Reipublicæ cauſa, etiamſi in privatorum incommoda cedat, cùm quod in ſingulos ſiniſtrè agitur, utilitate publica rependatur. Ut ex ipſorum Doctorum ſententia, [31.] & verbis evincitur; [32.] præcipuè Mierii, [33.] ſi legitimè legatur, & attentè; non eo loco, quo adducitur ab aſſertore, ſed in quo egit; an Princeps valeat immutare ſucceſſionis formam, cauſa utilitatis publicæ, Pacis præcipuè. Qui doctrinis, & exemplis diverſarum Provinciarum, maximè Gallicani Regni, abſolutam ad everſionem, & mutationem confert Regibus authoritatem.

(28.) Luc. de Pen. Arniſ. adducti, *num.* 9. & 10.

(29.) Æneas Sylv. *de ſtat. Europ. ſub Freder. III. Imper. cap.* 31. Anton. Coler. *de jur. Imper. German. ſect.* 51. Conrad. Dieter. *de ſum. Imper. concl.* 172. Boſold. *diſp. de Reg. ſucceſſ. lib.* 1. *diſ.* 2. *theſ.* 20.

(30.) Mier. *de majorat. part.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 57. & 58. Butriga. *proœm. Cod.* Bart. *l. Legatus, de offic. præſid.* Menchac. *controv. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 8.

(31.) Menchac. *dict. c.* 3. *num.* 8. *Idque temperabis, ut valeat quidem alienatio ſi fiat ex magna Reipublicæ neceſſitate.*

(32.) Covar. *var. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 6. *Dominium etenim privatum à Principe tolli non poteſt, niſi ex cauſa utili Reipublicæ* Poſt: *Et ideò admonendi ſunt Principes, ne teſtatorum ultimas voluntates majoratibus inſtituendis mutent, tollantur, nec quidem leges ipſas, quibus inſtitutores Primogenitorum donationibus, aut contractibus propria patrimonia poſteris deferunt, niſi id fiat ex cauſa utili Reipublicæ.*

(33.) Mier. *de majorat.* 4. *part. quæſt.* 22. *num.* 25. ex Oldrad. Menoch. Guilielm. Benedicto. *Et pro bono Pacis, & concordia Rex poteſt donare bona Regni, ut ſundat* Oldrad. *in conſ.* 95. *num.* 7. *ubi loquitur in quadam donatione facta per Regem Arragoniæ de pacto Regni, propter habendam Pacem cum Rege Caſtellæ*, Molina, *de promog. lib.* 1. *cap.* 8. *à num.* 28. Vide, quæ diximus §. 5. *à num.* 30.

Hæc ſententia, utque boni publici causâ ſub poteſtate Principum ſint jura, voluntates, ſucceſſiones, teſtamenta, adeò recepta eſt, & à Doctoribus commendata, ut in ea firmanda immorari ſupervacaneum potiùs, quàm utile ſit. Sed haud omittenda mens Politici (etſi impii) Heningii Arniſei, [34.] qui acturus de ſucceſſione Regnorum ab Aſsyrio, [35.] uſque ad Gothum, à ſceptro Pelagii, uſque ad Dominationem Catholicorum Regum. Etſi illud axioma firmet, mutationi non ſubeſſe ſucceſſiones Regnorum lege, aut conſuetudine, moreque Majorum præſcriptas, dum tamen urget neceſſitas, exigit utilitas, Reipublicæque bonum, aſſerit, per publicam contemnendam eſſe privatam rem, ablato à Primogenito filio maſculo jure ſucceſſionis, præcipuè ſi ex conſtructione illius juris imminet corruptio Reipublicæ. [36.]

Quod præſertim locum habet, dùm de excluſione fœminarum agitur, ob incommoda, damnaque obvenientia communi bono, & honori Regni ex translatione Regnorum ad extraneam familiam, agnationem, & gentem; ut exemplis notant, & evincunt Politici Scriptores. [37.]

Si autem hac poteſtate exuantur ſceptra, authoritateque immutandi jura ſalutis publicæ causâ. Quo jure juſta cenſebitur renuntiatio à Joanne Gallorum Rege, petita ab Eduardo Anglorum : *Utque ſe exueret jure, quod illi in Regnum Franciæ, ſummumque Dominatum, ſpemque hæreditarii Diadematis extitiſſet.* [38.] Hæc enim abdicatio executa, jurejurando firmata, injuſta, illegitima, contrariaque habita legi, mutuoque æterno illi fœderi, quo devincti ſunt Gallicani Eduardo Anglo, ex lege conditrice Regni ſucceſſionum ? Haud credimus Galliam illam iniquam dicere auſuram, cùm ab ea pendeat tota Gallicana Majeſtas, nutans antea ſub nota illegitimæ dominationis, & ſola renuntiatione firmata.

Ex dictis evincitur meridie clarius, nîl poſſe opponi, ſpecie injuſtitiæ, contra renuntiationem petitam, ſtipulatam, & executam Reginæ Chriſtianiſſimæ : Cum ſalutis publicæ, causâque pacis ad illam petendam pro-

(34.) Hening. Arniſ. *Politic. lib. 2. cap. 2. ſect. 8. de Primogen. privileg. à num. 21.*

(35.) Hening. Arniſ. *Politic. lib. 1. cap. 9.*

(36.) Idem *dict. lib. 2. c. 2. ſect. 8. nu. 62. Et cùm Reſpublica ad bonum civium omnium privatum comparata ſit, non prius per publica conterenda ſunt privata, quàm ſi ſumma urget neceſsitas, aut evidentiſsima exigat utilitas.* Covar. 3 *var. reſol. cap. 6. num. 6. Ideoque Primogenito jus ſuum prius, non auferendum, quàm quando ex ejus ſucceſsione evidenter imminet corruptio Reipublicæ.*

(37.) Idem Arniſ. *dict. cap. 2. ſect. 12. à n. 150.* Belold. *diſp. Nomocopol. in Prodom. num. 7. & lib. 1. diſſert. 11. n. 4.* Diximus §. 7.

(38.) Paul. Æmil. *in Ioan. I. Iure jurando itidem ſolemni Anglus exueret jure, ſi quod illi in Regnum Franciæ ſummumque Dominatum, ſpemque hæreditarii Diadematis extitiſſet.* Diximus §. 5. *num.* 18.

procederet Pater Rex ex legibus conditricibus Regni, honoreque Amphidromiali, quo erecta, & suscepta Hispana Majestas est.

Nec facit assertio Gallicana decantans, quòd sicut Episcopus spiritalis cum Ecclesia sua conjugii vinculum propria authoritate non valet dissolvere: neque olim Romano Proconsuli [39.] licebat abdicare Magistratum; Nec etiam Principi inconsultis subditis Imperium ejurare; nàm illud jure communi attento, tantùm procedit, nec interveniente causâ publicâ: si verò intercedat, à communi illo jure recedere, præcipuè pacis [40.] causâ, licitum, justumque; immò necessaria est, & licita renuntiatio Episcopatus causa tranquillitatis, & publica abdicatio Magistratuum, fascium submissio, ablatioque, sicuti apud Romanos executum constat. [41.]

Ex quibus, & quia Rex noster collimare debuit, ut *Optimi* nomen retineret, & transmitteret ad posteros, idque nullâ aliâ viâ evincere posset, ni servata nativa libertate, & ingenuitate subditorum, nè scilicet submittendos exponeret extraneæ servituti, morte fœdiori, quæ illis stragem apportaret, invisamque fortunarum Regni, & Reipublicæ perniciem: Non tantùm ex æquitate licere sibi cognovit id, quod egit, sed ex justitia, & Regio munere debuit successionis cursum ad filiam decurrentem impedire stipulata renuntiatione, quam Regina Christianissima executioni mandare, etiam coactivè juxtà promissi fidem debuit. Ex eo, quòd sicuti salutis publicæ causâ legitimè, ac justè possunt à Principe derogari jura, successiones, vocationes, voluntate fundatoris præscriptæ bonaque alienare, [42.] etsi restitutioni obnoxia; [43.] Etiam licet causâ communis boni, ac in decus familiæ Primogenito cedere, seque exuere jure Primogenituræ, [44.] ac Regni, tàm pro se, quàm pro filiis, & successoribus. Ut in casu personalis renuntiationis, etiam præter subditorum voluntatem, nec accedente illorum consensu, [45.] invenimus executum à Magno Carolo V. Imperatore, ab Imperatoribus Theodosio Adramitheno, Diocletiano, Maximiliano, & Lotha-

(39.) Fab. *consult. Ducat. Montisferrat. part. 1. fol.* 144.

(40.) *Glos. in cap. Ne quippe. 3. quæst. 6.* Innocent. *cap. Nisi. de renunciat.* Jul. Ferret. *de re milit. tract. de feriis, num.* 16. & 17.

(41.) Sueton. *in Cæsar. cap.* 20. ubi Philip. Beroald.

(42.) Philip. Knipsch. *de fideicom. familiar. c.* 16. *nu.* 139. *Bonus enim Princeps non fœdam & liberis hominibus ignominiosam subditorum servitutem quærere, nec libertatis jacturam, & occubitum, nec subditorum perniciem, sed libertatem promovere, & conservare, tantumque ipsi curæ esse debet, eorum, qui regunter libertas, quantùm, & illorum benevolentia, & obedientia.* Supra. *n.* 11.

(43.) Idem Philip. Knipsch. *de fideicom. famil. c.* 11. *à nu.* 447. Besold. *disp. de succes. Regn. lib.* 1. *dissert.* 2. *num.* 20. & *dissert.* 4. *num. ult.* DD. adduct. supr. *à num.* 26.

(44.) Molin. *l.* 1. *de Primog. cap.* 6. *num.* 34. & *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 21. Philip. Knipsch. *c.* 16. *n.* 125.

(45.) Ex Tiraq. Besold. *disp. Nomocopol. de Regn. succes. lib.* 1. *dissert.* 2. *nu.* 20. & *dissert.* 4. *num.* 16. & *dissert.* 10. *n.* 4. Hug. Grot. *de jur. bell. lib.* 2. *cap* 7. *n.* Joann. Lymn. *not. Gall. l.* 2. *c.* 3. *litter. N.*

rio : à Regibus Liuva Gothorum, Henrico I. Gallorum [46.] Et Realis [47.] à Sigeberto Francorum in favorem Clodovei, [48.] à Roberto Hugonio Capeti filio majori renuntiante Regnum in commodum Henrici fratris ſecundi communis parentis filii, (*a*) à Joanne Burgundiæ laudante prælationem datam Antonio fratri minori in Ducatu Brabantino, (*b*) etſi ei ſucceſſionis, & Primogenituræ jure competeret : & ab Vladislao Hungarorum Rege, qui patre Caſimiro Polonorum defuncto, Regnum remiſit Alberto fratri ſecundo.

(46.) Paul. Æmil. *in Philipp. I.*

(47.) Ex Tiraq. Beſold. *diſp. Nomocop. de Regn. ſucceſ. lib. 1. diſſert. 2. nu. 20. & diſſert. 4. num. 16. & diſſert. 10. num. 4.*

(48.) Ex Gerard. *tom. 1. lib. 1.* Beſold. *diſſert. Nomocopol. de Regn. ſucceſ. lib. 1. diſſert. 10. n. 4.* Lymn. *notit. Franc. lib. 2. cap. 3. teſtim. lit. M.*

(*a*) *Diximus* §. *V. n. 43.*

(*b*) *Infra. n. 89. & 90.*

Etſi hæc libertas ejurandi Regnum, & Imperium, poteſtaſque mutandi ſucceſſionum jura ob ſalutem publicam auferretur voluntati ſupremorum Majeſtatiſque; [49.] ex eo quod æterno fœdere, legeque cujuſque Regni conditrice, Reges ita devincti ſubditis ſunt, ut præter illorum conſenſum non poſſint jure ſuo cedere, nec in alios transferre Majeſtatem; quâ divinitate ornata creditur Majeſtas Gallicana, ut ſupra omnia Naturalia jura, Gentium, & Poſitiva ſe extollat, quòd proprio arbitrio mutare ſucceſſiones, ac auferre jura poſſit, & obliterata voluntate, lege, moribus, transferre Dominia, Status, Dignitates, ſiſtente curſu, ſeu mutato alveo ſucceſſionis, ut latè notamus §. IV. Regeſque alii non poſſint?

(49.) Molin. *de Primog. lib. 3. cap. 2. num. 29.* Larrea, *deciſ. Granatenſ. 51.* Solorçan. *de gubern. Indiar. lib. 2. c. 19. num. 13.*

Nonnè id efficiet unionis Domanialis Gallicana conſtitutio, [50.] ex qua fœminis denegata poſſeſſio Regnorum, Dignitatum, Statuum per fœminas proventorum Imperio Francico, & cujus vi conſtat denegatam ſucceſſionem ſceptri Eliſabethæ Catholicæ Reginæ filiæ Henrici II. Francorum, etiamque Regnum Navarræ, Comitatus Britanniæ, Tholoſſæ, Ducatum Burgundiæ, aliaque diverſa Domania per fœminas unita Coronæ; [51.] nunquid producta conſenſu mutuo ſubditorum? Si autem utilitatis propriæ, & Regni Gallicani intuitu licet Gallis munus à Deo, & natura impoſitum recuſare, ſolvere arctiſſimam ſocietatem illam inter ſupremos, & ſubditos, transferreque Dominia, violata Sacrâ Regnorum lege, nodoque unionis ſuperioritatis, & obedientiæ diſſoluto; quo

(50.) Renat. Chopin. *Doman. Franc. lib. 3. tit. 3. & 6.* Joan. Lymn. *not. Franc. lib. 2. cap. 8.*

(51.) Renat. Chopin. *Dom. Franc. lib. 1. tit. 6.*

po-

poteſtatis, authoritatis, ac Majeſtatis defectu laboraſſe Regem noſtrum, Regemque ipſum Galliarum dicendum, ut pacis generalis ineundæ causâ, obque univerſalem ſalutem publicam Regnorum, non poſſint fœderaliter ipſum nodum diſſoluere correlationis, transferréque Domania, & renunciationem ſtipulari?

Et ſanè notatu dignum habendum, aſſerere Gallicanum rabulam, non poſſe jura ſucceſſionis diſſolui, nec Reges, quibus natura dedit populi ſibi commiſſi curam defugere, nec membra deſerere, quibus naturali ſocietate conjuncti ſunt? Nec medio renuntiationis Reginam Chriſtianiſſimam orbari Jure, & ſpe competenti ad paterna Regna, nec ſubditos ſuo capite citrà illorum conſilium, publicamque authoritatem; immemorem, quòd ambitioſa libidine raptus Hugo Capetus nodum legitimæ ſucceſſionis Regiæ diſſoluit, & calcatis naturæ, fidei, & obedientiæ ſacramentis, non modò à Gallicano Imperio dejecit Ludovicum Regem filium Lotharii, [52.] ſed in carcerem injecit, & repulſo jure Ludovici, & Caroli filiorum Regis, ſucceſſionis legem ſibi, & filiis ſuis dedit. Nonnè turpe tunc, & criminoſum habitum aſſerere naturæ, & ſanguinis jura immutabilia, quòdque Robertus [53.] ipſius Hugonis filius, paterna lege ſucceſſionis obliterata, primogenialibuſque juribus omiſſis, & exhæredato Roberto filio majore; Regnum teſtamentario elogio dederit Henrico, quià ſic expedire communi bono credidit? [55.]

Si verò negotium Regni univerſitatiſve tangit, ſummaque poteſtas, quæ naſcendi forte dimanat, ejurari non poteſt, niſi fiat conſenſu populorum; Qua voluntate, quovè illorum conſenſu, rejecta diſpoſitione Roberti Viennenſis Ducis, conſtituente Delphinatum Philippo ſecundo, filio Philippi Valenſis, & in illius, & ſucceſſorum defectu, Joanni Normandiæ Duci, filiis, & hæredibus, ſub expreſſa conditione ferendi nomen, & arma, utque numquam Galliæ Regno jungeretur; junctus, & unitus fuit Regno Delphinatus, conſtituto etiam, ut filio Regis natu majori competeret, Delphinuſque vocaretur? [55.]

(52.) Paul. Æmil. *de geſt. Franc. in Ludovic. V.*

(53.) Paul. Æmil. *in Henric. I.*

(54) Ex Gerard. Beſold. *diſp. Nomocopol. de Regn. ſucceſ. diſſert. 2. n. 20.* Lymn. *not. Franc. lib. 2. cap. 3. teſtimon. litt. M. Robertus perſiſtens in eodem propoſito conſervandi Regnum in domo ſua, deprehenſo magis Regio ingenio in filio Secundogenito, quàm in Primogenito, prætulit virtutem juri Primogenituræ, & fecit coronari Henricum ſecundogenitum, quem adhuc vivus auctoritate munivit, teſtamentoque cavit, ut Robertus contentus viveret Ducatu Burgundiæ, ligio vaſſallagio Coronæ Franciæ obſtrictus.*

(55.) Hieron. Bruchner. *reſolut. quæſt. practic. corollar. ult. num. 11.* Diximus. §. 4. *num.* 34.

Si enim vi hujus ſupremæ authoritatis, poteſtatiſque Majeſtaticæ, juſtum, & legitimum eſt quidquid ad ſalutem publicam, ac conſervandum Regni nomen, & honorem agitur: Hocque ſupremum, Regum præcipuè Gallicanorum arcanum habitum eſt; quarè renuntiatio ad utilitatem Regni Hiſpanici ſtipulata, appellabitur injuſta, iniqua, & inæqualis? Si juſta, ac legitima à Regibus Gallicis executa, ſalutem publicam præ oculis habentibus, quamvis contraria tunc juri Gentium, voluntatique teſtantium; cùm hæc, de qua agimus, renuntiatio, iiſdem veſtigiis incedat, iiſdem cancellis includatur, ſuoque utatur ſupremo jure? quid commiſit, quid egit Rex noſter Philippus, quod nomen flagitii mereatur, cui non ſummopere laudandum, ſiquidem ad Gallorum exemplar? Juſtum ergò cenſendum, etiamſi frœnum injiceretur conſenſibus popularibus, & privatis.

Tàm nullius momenti eſt, quod inculcatur? nempè, quòd ad executionem facti, & promiſſi in fœderibus pacis, & antenuptialis, adque renuntiationem præcedere debuit populorum conſenſus publicus; Nàm adhùc ſi id foret, aliquando è re, in pactis, aut privatis fœderibus; at verò in publicis jure Legationis, ac belli initis, locum non habet, cum eæ diſpoſitiones Gentium, aut conſuetudines, immò & leges corrigantur à jure Regni, ac Dominationis, ex quo Regibus adeſt poteſtas, & authoritas ſubvertendi, transferendi, mutandique Dominia, ſucceſſiones, & alia bona abſque ſubditorum (56) conſenſu.

In hoc enim belli, ac legationis jure, Majeſtateque ſuprema firmantur, & ut juſtæ laudantur translationes populorum, ac Dominiorum fœderalibus pactis pollicitis, & ſtipulatis? (57) Ex quo etiam legitimè promiſſa, & tradita ſunt oppida, urbes, territoria dominio directo competentia Hiſpano Regno, Regi Gallicano abſquè conſenſu populorum in ipſo fœdere, in quo fuit concepta, & ſtipulata renuntiatio. Et mirabile eſt, notâque dignum, ut cùm juſtum pactum laudetur, quo ad id omne, quod utilitatem Gallorum tangit, etſi directè tendat in everſionem libertatis ſubditorum Hiſpaniæ, derogationem ju-

(56) Diximus §. 4. Plaut. Amph. *act.* 1. *Scen.* 1.
Dedumque ſe, Divina, humanaque omnia,
Vrbem & liberos,
In ditionem, atque in arbitratum cuncti
Thebano populo.
Latè Pet. Fab. *libr.* 1. *Semeſtr. cap.* 7. Maximil. Fauſt. *conſil. pro erar. conſ.* 553. Anton. Coler. *de jur. Imper. ſect.* 28. Richard. Dieter. *de ſumm. Imper. poteſt. concl.* 64. ſupra §. 5. *num.* 6.

(57) Diximus §. 5. & ſupra *num.* 29. *& ſequentibus.*

jurium, tranſlationem Dominiorum : tamen id ſolum injuſtum declametur in ipſo fœdere conceptum, quod in Hiſpanorum tendat utilitatem, quamvis pendeat ex eventu, & ſolum proſpiciat ſpem incertam, & nullo vaticinio prævisam.

Ex his parvifacienda exemplaria, quæ concinnantur. Etenim, licet verum ſit, quod ſceptra transferantur per ſubrogationem de manu parentum in manus filiorum, adhuc tamen voluêre gentes, ut illa Majeſtatis, & Imperii tranſlatio à ſubditis dignoſcatur interventu reverentialis plauſibilitatis, [58.] & obſequii, & iis formulis more Majorum laudatis, & receptis. Hiſpanis enim mos fuit ab ſcepiro Pelagii ex Gothorum uſu antiquo, ut Amphidromiali die Regni vela Regia prodeant, acclamationibuſque publicis, ac communi ſubditorum placito labarum elevetur, in quo depicta ſint Regis inſignia, & voce publica intonetur illud uſitatum : [59.] *Regium, Regium, Regium, pro Rege Carolo domino noſtro.* Secundò ut ex Regia voluntate, & arbitrio, Curiæ generales coadunentur, in quibus Magnates, Proceres Regni, Prælati, Civitates capita Regnorum, & Provinciarum conſtituentes, homagia fidelitatis, & obedientiæ præſtent Regi ſuccedenti. [60.]

(58.) 3. *Reg. cap.* 1. *Vivat Rex Salomon* 4. *Reg. c.* 1. Petr. Greg. *de Republ. lib.* 6. *cap.* 20. Mendoç. *virid. lib.* 6. *de flor. eloquen. orat.* 1. *num.* 4.

(59.) Ambroſ. de Morales, *Chronic. General. lib.* 13. *c.* 2. Sandon. *Hiſtor. de Carl. V. lib.* 2. §. 13.

Quo ſuppoſito uſu Majeſtatis Hiſpanicæ, & Hiſpanorum arcano ; etſi voluerit aſſertor Gallicanus, populorum conſenſum eſſe neceſſarium ad cedendam, aut transferendam Imperii Majeſtatem, illudque firmare tentet exemplo Berengariæ Reginæ, quæ conventum coëgit Vallis-Oletanum, ut ex ſubditorum ſententia ejuraret Regiam poteſtatem, eamque in Ferdinandum filium conferret : Verùm non eſt aſſertum, nec conſonum rei geſtæ; cùm etiamſi Regina Mater ejurarit Regnum, ſceptrumque tradiderit filio, non tamen conventu coacto executum, ſed renuntiatione abſoluta, ex nudaque voluntate. Sic à Mariana accipimus : [61.] *Otellæ, ubi Regina mater erat, ipſa concedente continuò Caſtellæ Rex ſalutatus eſt, inaugurationis ceremonia Axagari perfecta, ſub frondoſa quidem ulmo, tanta ſive morum ruditas erat, ſive procerum, ſive populi feſtinatio.*

(60.) *L.* 5. *tit.* 16. *part.* 2. *l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 2. *Ordin.* Cabrer. *Hiſtor. de Felipe II. lib.* 5. *cap.* 7.

(61.) Marian. *Hiſtor. Hiſpan. lib.* 12. *cap.* 7.

Demus tamen, Vallis-Oletanum Conventum ſequenti tempore coactum, ſed alio conſilio: non quidem, ut conſenſum ejurationi Regni præſtarent ſubditi, ſed tùm ad firmandam legitimitatem Regiæ ſucceſſionis, audiamus ipſum Scriptorem: *Omniumque Ordinum conſenſu, & ſententia pronuntiatum Berengariam Regni Caſtellæ à morte fratris juſtiſſimam hæredem eſſe.* Tùm quia Ferdinandus Rex ex antiquo uſu, ac more recepto, voluit & edixit, ut in Conventu generali homagia ſibi præſtarentur, atque in eo liberarentur à juramento fidelitatis quondam Matri Reginæ præſtito: *Rex in Templum Divæ Mariæ Majoris, tanto populi concurſu, & lætitia, quantum fuiſſe non meminerant, deductus eſt, atque in ejus verba juratum.* Attamen ad virtutem renuntiationis nec deſiderata, nec neceſſaria Curiarum coadunatio; ſicuti nec fuit requiſita, nec præſtita in ejurationibus Regni factis à Regibus Beramundo Diacono, Idelphonſo Magno, conferente Regnum Garciæ filio, Idelphonſo IV. tradente ſceptrum Ramirio fratri, etſi ſuperſtitem habuiſſet filium Urracæ uxoris, filiæ Sancii Regis Navarræ.

Nec alia formula, nec conſenſu præcedente populorum, nec evocatis antè Comitiis Ordinum, ſe abdicavit Principatu Carolus V. Nàm renuntiatio, ejurationque Regnorum in favorem filii [62.] executa, etſi prolata in Comitiis, non fuit ex eo, quòd ad authoritatem, aut firmitatem neceſſariò deſideraretur Ordinum conſenſus, ſed ad exhibendam notitiam tantæ rei, ad liberandos ſubditos à juramento fidelitatis, utque novo Principi præſtarentur homagia. Quod ex ipſius renunciationis narratione, & [63.] actis evincitur, in quibus nec petitus, nec exhibitus concurſus voluntatis, nec conſenſus ullus, ex quo dignoſcatur Ordinum vota firmaſſe renuntiationem: cùm nec jure municipali, nec communi neceſſaria fuerint. [64.]

Contrarium etiam eſt veritati rei, & hiſtoriarum monumentis, quod de Henrico Brabantiæ enarratur: *Cùm Henricus olim Dux Brabantiæ Ioanni fratri, qui natu minor erat, jus, poſſeſſionemque ſui Ducatus tradere in animum induxiſſet; non Ordinum modò, ſed etiam Imperatoris conſenſum,*

(62.) Sandov. *Hiſtor. de Carolo V. lib.* 32. §. 33.

(63.) Sandov. *dict. lib.* 32. §. 36. Hareus, *Annal. Braban. in Philip. II. ann.* 1555. Divæus, *lib.* 19. *ann.* 1515.

(64.) Latè Valenç. *conſ.* 199. *per tot.*

ſum, & authoritatem neceſſariam eſſe judicavit: Neque Imperator abdicationem illam antè ratam eſſe voluit, quàm ipſe rem penitus, cauſamque, &c.

Nam ex fide hiſtoriarum, certum eſt, nec Ordinum interveniſſe conſenſum, nec Imperialem aſſenſum, nec ullam ratihabitionem in cauſa Henrici, & Joannis filii Henrici III. Ducis Brabantiæ: Id eſt, quòd verè conſtat; nempè, quòd defuncto Henrico Patre quatuor filiis ſuperſtitibus, Henrico natu majore, Joanne ſecundo, Gothifredo, & Mariâ, Henricus Primogenitus vecors, amens, ineptuſque ad gubernandum [65.] inventus fuit; quare Aleidis Duciſſa Mater (de cujus virtute, & gloriâ plura Scriptores, in Regiminiſque laudem, cùm ex conſilio ageret Angelici Doctoris) cui incumbebat Statûs adminiſtratio, filiorumque minorum tutela ex Parentis voluntate, egit, ut excluſo Henrico ob naturæ vitia, quæ illum indigniſſimum Principatu conſtituebant, Joannes ad Dignitatem proveheretur. Quod executum fuit; levatuſque, ac ſuſceptus Dux Brabantiæ, ob fratris majoris incapacitatem, [67.] annuentibus, & conſentientibus Civitatibus, & Ordinibus (præter Lovanienſem Civitatem, Arnoldumque Weſmaſiæ Baronem) à quibus præſtita vota fidelitatis, & homagii abſque fraternalis renuntiationis interventu [68.] (etſi non deſint, qui interfuiſſe dicant) [69.] Imperialivè aſſenſu, cùm prælatio executa fuerit boni communis, & ſalutis publicæ cauſa, attentâ Primogeniti indignitate. [70.]

Nullum lapidem non movit temporarius Scriptor, ut pactum renuntiationis denigraret; ſed quàm incaſſum videre eſt, dùm omnibus juris principiis, Principum exemplis, & hiſtoriarum ſerie ventilatis, non modò injuſtitiæ veſtigium ullum adeſt, quin evincitur juſtum, æquum, & ex zelo publicæ utilitatis genitum, & in decus Regnorum partum, quare nullatenus omittenda, quæ præfert, ut inde etiam dignoſcatur quibus Pactum renuntiationis; (a) juſtitiæ, decoris, utilitatis, & exemplorum monilibus ornatum fuit.

Inſurgit adhùc, ſed extra oleas urget exemplum Ferdinandi Regis Magni dicti, & Ildephonſi IX. Legio-

(65.) Franc. Haræus, *Annal. Brabant. in Aleid. pro liber. Erat Henricus Maximus filiorum ejus, vecors, ac omninò Principis loco indigniſimus*, Molan. *Mil. Sacr. c. 62.* Aubert. Mir. *Chron. Belgic. ann. 1267.* Hadrian. Barland. *Chronic. Ducum Brabant. c. 44.*

(66.) Lipſ. Lovan. *lib. 2. c. 16.* Haræus. *Annal. Brabant. in Aleid. ann. 1267.*

(67.) Joan. Andr. *Addit. ad Speculator. tit. de feu. l. §. Quoniam, verſ. 25. q. 7.* Luc. de Pen. & adducti à Molina, *de Primog. lib. 1. cap. 13. nu. 25. & 26.*

(68.) Petr. Divæus, *rer. Brabant. lib. 11.*

(69.) Aub. Mir. *Chronic. Belgic. ann. 1268.* Franc. Haræus, *Annal. Brab. in Aleid. pro liber. ann. 1267.*

(70.) Hadrian. Barland. *Chronic. Ducum Brabant. cap. 44. Anno ab obitu Henrici Octavo, Primores Civitatum Joanni Secundo filio Principatum Brabantiæ deferunt. Nam Henricus natu maximus, ob naturæ vitia quædam idoneus non erat ad gubernandum.*

(a) Arnold. Clapm. *de arcan. rer. public. lib. 4. cap. 4.*

gionis, ob idque inexequibile; cùm egerint de divisione Regnorum, contra mutuum, ac æternum fœdus, quo ex lege Regia illarum individuitas præscripta, ac præcepta fuit. Ex quo justè eæ divisiones non receptæ, sed repudiatæ à subditis. Rex enim Ferdinandus non jura successionis immutavit, non lineas sexuum discriminavit, sed violatâ lege condente individuitatem Regni [71.] illud dividere statuit inter filios, & filias, quod (uti diximus) esset extra limites Majestatis, & potestatis, fœdusque æternum populi, & Regis, contraque emologatam voluntatem Regis Sancii Navarræ, per testamentariam institutionem Regnum Castellæ relinquentis Ferdinando filio secundo, unitis terris bello quæsitis, in territorio Legionensi, quodque ei obvenerat ex dote uxoris, ob indignitatem Garciæ filii, falsò objicientis Matri turpe crimen. [72.] Nihil ergò mirum, quòd irritum fuisset, & prævaleret legis fundamentalis ordo constituens indivisibilitatem Regni, & non Regis voluntas illam destruentis.

(71.) Ex Concil. Toler. 3. & 4. *l.* 2. *Proœm. del Fuerojuzgo*, Mol. *l.* 1. *de primog. cap.* 2. vide *supr. num.* 23.

(72.) Ambros. de Morales, *Chron. Gener. lib.* 17. *cap.* 46. Marian. *Histor. Hispan. lib.* 8. *cap.* 14.

Ildephonsus verò voluntariâ irâ, & odio injusto [73.] victus, obliterato naturæ, & sanguinis jure, charitateque paternali filium Ferdinandum masculum excluſit à Regno patrio, & calcatâ sexus prærogativâ, vocavit fœminas. Ex quo exclusio filii, tanquàm illegitima, injustaque, nec admissa, nec executa: Sicuti apud Francos, qui ipsius rationis lumine ducti, annullarunt vecordem, ac turpem dispositionem Caroli VI. [74.] exhæredantis Carolum filium post Regem VII. Francorum, Regnum cedentis Catharinæ filiæ, sceptrumque Gallicanum Henrico V. Anglorum Regi, utque firmior foret exclusio filii, in fœdere ipso matrimoniali filiæ, regimen Regni genero Anglo tradidit sub titulo [75.] Gubernatoris.

(73.) Marian. *lib.* 12. *c.* 15. *Verdad es* (loquitur de Rege D. Alphonso) *que obscurecio, y amancillo las demàs virtudes de que fue dotado, con dar orejas à chismes. El odio que tuvo à su hijo Don Fernando.*

(74.) Guagin. *de Regn. Franc. in Carol. VI. fol.* 199.

Sanè multum, diùque jactati, nondùm tamen sedes quietas invenire possumus, aut latebras ullas historiæ; undè illud eruperit, quod fingit potiùs, quàm pingit assertor: *Necdùm ducenti anni effluxêre, cum in celeberrimo cœtu, Ferdinandus Aragoniæ Rex, qui Isabellam Hispa-*

(75.) Paul. Æmil. *de gest. Franc. lib.* 10. *in Carol. VI.* Guagin. *Histor. Franc. in Carol. VII.*

paniæ Reginam duxerat, jura ſucceſsionum movere, & legem Salicam in Francia uſurpatam inducere in Hiſpanias nequicquam tentavit. Nàm Procerum cœtus graviſsimè interceſsit: Nec Potentiſsimi Regis Majeſtas, nec tacitus Reginæ conſenſus, nec quorumdam ſtudia potuerunt Sacras Regni leges, & inveteratam conſuetudinem immutare. Cùm de hac re actum non fuerit ſub Regni Catholici regimine, diſceptatio enim in crepundiis Regni Catholicorum Regum inter virum, & uxorem, de Regni gubernatione, ac regimine orta fuit, non de ſucceſſione. Haud verò negamus ſummum arcanum, ex quo motus Rex noſter ad petendam, & ſtipulandam renuntiationem à Sereniſſima filia executam, abſconditam fuiſſe Regibus Catholicis, quare inter eos actum fuit: *De forma regiminis, Iſabellæ aulicis negantibus Ferdinandum ad aliquam Reipublicæ partem accedere fas eſſe, ac nè Regis quidem Caſtellæ nomen adſcribere.* Hæc verò contentio, attentâ ſalute publicâ, compoſita fuit fœdere inito inter virum, & uxorem: (76.) his legibus: *Ut in Regiis Tabulis, edictis, moneta, Ferdinandi prius, deindè Iſabellæ nomen exprimeretur. Contrà in communi clypeo Caſtellæ inſignia Aragoniis potiorem locum occuparent. Hoc gentis prærogativæ, illud viri Dignitati datum eſt, Iſabellæ nomine arces obtinerentur. Ejus Sacramento, teſſeraque quæſtores veſtigalia Regis adminiſtrarent.*

(76.) Anton. Nebr. *Hiſtor. Reg. Cathol. Decad. 1. lib. 3. cap. 2. & 3.* Marian. *lib. 24. cap 5.*

Cùm omnia in hoc tractatu cumulata, temporario ſpiritu dicta inveniantur, eodem etiam, quod de renuntiatione Statuum Belgicorum à Philippo II. Rege executa notantur: *Cùm Philippus Hiſpaniæ Rex circa annum milleſimum quingenteſimum nonageſimum octavum* (ut Meteranus ſcribit) *animo agitaſſet Principi Iſabellæ Provincias Belgii jure beneficiario poſſidendas tradere; vehementer à Belgis reclamatum eſt. Negarunt, ſe inſtar ſervorum mancipari, aut pretio æſtimari, aut arbitratu demùm Principis diſtrahi poſſe.* Nàm ſi Belgicarum rerum monumenta recolimus, inveniemus renuntiationem à Patre Rege in favorem filiæ factam ad Matrimonium contrahendum cum Archiduce Alberto, emologatam fuiſſe nuda ipſius Parentis voluntate, arbitrioque, abſque Ordinum, ac ſubditorum conſenſu (77.) interventuvè, ni ordinario illo neceſſario ad homagium, fidelitatemque jurejurando

(77.) Franc. Haræus, *Annal. Brabant. ſub Philip. II. ann.* 1598.

do firmandam [78.] novo Domino.

(78.) Petr. Divæus, *rer. Brabant. lib.* 19. Petr. Stockmans, *de jur. devolut. cap.* 29. *n.* 9 Franc. Haræus, *Annal. Braban. sub Philip. II. ann.* 1588. *Ad eum diem cùm omnes convenissent coram Præside Richardotto, ordines Brabantiæ per suum Graphiarium sententiam protulerunt, qui palàm pronuntiavit: Ordines ita censuisse se Alberto Archiduci Serenissimæ Infantis nomine, tanquàm Principis legitimæ harum Provinciarum, jusjurandum dicere paratos quidem esse, si mutuum ipsis jusjurandum præstetur, ac de observandis Patriæ Privilegiis.*

Eadem penè fide ingreditur assertor, dum asserit: [79.] *Scribit Sandovalius Episcopus Pompeiopoleos anno quingentesimo decimo sexto suprà millesimum tres præcipuos Regii Consilii Administros, & spectatissimæ fidei accitos fuisse à Ferdinando, cum in gravem is morbum incidisset, ut quid sibi faciendum esset in re maximi momenti edocerent, se testamento, quod Burgis scripserat, cavisse, ut Ferdinandus Princeps in Castellæ, & Aragoniæ Regna succederet, quòd is moribus Hispanicis esset, & institutis excultus, ac subindè vereretur, nè Carolus Hispaniarum administratione neglecta, studium omne suum, & animum aliò intenderet, illi ex fide sua, & Religione esse duxerunt, ut Regem ab instituto revocarent, ac magnoperè ei authores fuere, ne jus Regni sanctum, augustumque violaret. Negarunt Regiæ successionis constitutum Ordinem, & vetustate roboratum perverti posse. Paruit eorum consilio Ferdinandus, posteriori testamento priores tabulas induxit, & Carolum Regnorum hæredem juxtà patrias leges instituit.*

(79.) Manif. *fol.* 181. *Tract. Reg. Christian. jus in Braban. fol.* 125. *num.* 5.

Ne verò in repulsa impositæ assertionis immoremur, satis sit Episcopi narrationem (qua suam decorat assertor) exarare latis ad amussim verbis: [80.]

(80.) Sandov. *Histor. de Carl. V. lib.* 1. §. 58. Marian. *Histor. Hisp. l.* 30. *cap.* 27.

Mandò llamar al Licenciado Zapata, y al Doctor Caravajal, sus Relatores, y Refrendarios, y de su Consejo, y Camara, y al Licenciado Francisco de Vargas su Tesorero general, y de su Camara, todos del Consejo Real. A los quales en gran secreto dixo, que ya sabian quanto avia de ellos fiado en la vida, y que porque de lo que le avian aconsejado siempre se avia hallado bien, agora en la muerte les rogava, y encargava mucho le aconsejassen lo que avia de hazer, principalmente cerca de la governacion de los Reynos de Castilla, y Aragon. La qual en el testamento, que avia hecho en Burgos, dexava encomendada al Infante Don Fernando su vieto, que avia criado à la costumbre, y manera de España; porque creìa, que el Principe D. Carlos no vendria en estos Reynos, ni estaria de assiento en ellos à los regir, y governar como era menester, y estando como estava fuera de ellos en la tutela de personas no naturales, que mirarian antes à su proprio interese, que no al del Principe, ni al bien comun de los Reynos. A lo qual le respondieron los del Consejo, que su Alteza sabia bien, con quantos trabajos, y afanes avia reducido estos Reynos al buen govierno, paz, y justicia en que estavan; y que assi mismo sabia, que los hijos de

los

los Reyes, todos nacian con codicia de ser Reyes. Y que ninguna diferencia, quanto à esto avia entre el mayor, y los otros hermanos, sino tener el Primogenito la possession. Y que assi mismo conocia la condicion de los Cavalleros, y Grandes de Castilla, que con movimientos, y necessidades, en que ponian à los Reyes, se acrecentavan; y que por esto les parecia, que devia dexar por Governador de los Reynos de Castilla al que de derecho le pertenecia la sucession de ellos, que era el Principe Don Carlos su nieto; porque no embargante, que el Señor Infante Don Fernando fuesse tan excelente en virtudes, y buenas costumbres, que en èl cessava toda sospecha: Pero, que siendo de tan poca edad como era, avia de ser regido, y governado por otros, de los quales no se podia tener tanta seguridad, que puestos en el govierno, no deseassen movimientos, y revoluciones para destruir el Reyno, y acrecentarse. Y que no podria aver seguridad bastante que esto escusasse, sino era dexando lo suyo à su dueño. Lo qual era conforme à Dios, à buena conciencia, razon natural, y à todo Derecho Divino, y humano. Y que avia menos inconveniente, que si se acordava de lo passado, y de las dificultades, y trabajos que el, y la Reyna Catolica avian tenido, quando començaron à Reynar, para reduzir estos Reynos à su obediencia: conoceria claro en quanta ventura, y discrimen quedava todo, dexando por Governador al Infante estando ausente el Principe, y viviendo la Reyna Doña Iuana su hija. Y quedando la possession del govierno al infante Don Fernando, que estava presente, en especial si le dexava los Maestrazgos, como se dezia, que el menor inconveniente que de esta provision se seguia, era nunca venir el Principe en estos Reynos, que en la verdad el era el mayor; porque viendo à su hermano el Infante apoderado, no faltaria quien le pusiesse grandes dificultades, que le entibiassen mas su venida. Y que el mando, y gran poder combidavan al Infante à lo que no era de su condicion.

Prosequitur. §. 59.

Oìdas estas razones, y otras, que le fueron bien dichas, el Rey, con lagrimas en los ojos, dixo: Que le parecian bien, y que ordenassen las clausulas de el testamento. Y pareciò, que lo que tenia primero ordenado en Burgos, se devia del todo revocar, y hazer que nunca pareciesse, y escrivir de nuevo todo el testamento.

His callidis machinationibus, certisque aliis Bucheni compositis raptus assertor per propria Brabanti-

ni Ducatus volitat; sed colliquata cera in mare veritatis præceps ruet. Inquit enim : [a] *Ac ne plura, & aliena proferamus, uno quidem, & illustri utemur exemplo, quod apud Buchenum doctum hominem, & diligentem Annalium scriptorem legimus. Cùm Carolus Imperator anno millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto in Brabantiam venisset, Wenselinus, & uxor ejus Joanna, ad quam Ducatus Brabantinus pertinebat, Imperatorem adiêre, quicùm ea conditione pacti sunt, ut si absque liberis ex eo connubio decederent, jus omne in Brabantiæ Ducatum, & alios Principatus ad potissimum stirpis Lucemburgicæ hæredem, exclusa Margarita Joannæ Ducis sorore, & Flandriæ Comite, perveniret. Ea quidem conventio tùm authoritate, & consensu Ordinum firmata est. Cùm interjectis aliquot annis illi sine prole diem obiissent; qui tùm erat Lucemburgi Princeps ex conventione hæreditatem petit. Huic Ordines ipsi, qui antè consenserant, vehementer obsistunt; negant constitutum successionis ordinem, nisi si quæ subest gravior causa, aut Principis voluntate, aut populorum studiis, aut Ordinum suffragiis perturbari, aut eos demum excludi posse, qui, & patriis legibus, & Majorum institutis ad capescendum Imperium vocati sunt. Itaque Antonio Burgundioni Margaritæ nepoti, fremente licet, & frustrà obnitente Lucemburgica Domo, Brabantini Ducatûs data est possessio, & quæ perperam acta fuerant, rescissa.*

(a) Dict. Tract. Regin. Christ. fol. 127. num. 6.

Purum enim putum veritatis de re acta sub regimine Wenselini, & Ioannæ Ducissæ Brabantiæ (ut ad omnia descendamus) fuit: quod cùm Ioannes II. etsi tres filios habuisset Ioannem, Henricum, ac Godefridum, illis omnibus sine liberis extinctis, filiam Ioannam annosiorem desponsavit Wenselino Ioannis Bohemiæ Regis filio. Usque enim ad hanc ætatem masculorum linea haud defuerat in Ducatu Brabantino, à regimine Gerbergæ, & Lamberti Ducibus; quare ne super succedendi forma discordiis implicaretur Status, contentionibusque scinderetur publica quies, præcipuè flagrante Europa cruenta strage Imperialis belli vergentis inter Ludovicum, & Carolum: Regalisque inter Eduardum Anglorum, & Philippum Francorum, Lovanii coëgit Comitia Ordi-

num, ubi deliberatum eſt, rejecto jure Caroli Imperatoris deſiderantis ſucceſſionem qualitate ſexus, (81.) tamquamque maſculus nepos Margaretæ filiæ Joannis I. Ducatum pertinere ad Joannam majorem filiam : (82.) Et ne patris morte turbaretur deliberatio, cùm Joannes ſe jam morti proximum cerneret, demandavit Wenſelino Rempublicam, Principatum recipienti uxorio nomine Gentis Brabantinæ 3. Januarij anno 1356. (83.)

Erat enim Ludovicus Flandriæ Comes, maritus Margaretæ Brabantinæ filiæ ſecundæ Joannis, ſororiſque Joannæ Duciſſæ, qui ubi Joannam, & Wenſelinum in Duces acceptos cognovit, miſſis Legatis ſolutionem dotis à ſocero promiſſæ poſtulavit, (84.) aut quòd pars aliqua Brabantiæ dotis nomine uxori adſcriberetur. Cùm verò etſi Legatis benignè habitis reſponſum datum, ut Mechliniæ convenirent, nec amplius quidquam, iratus reſponſo Ludovicus ſolicitatis Mechlinienſium animis, bello in fratres proclamato Mechliniam exceptus fuit. Quo deturbati Duces, Trajectum ad Moſam profecti ſunt, ubi cum Carolo Imperatore Wenſelini fratre pepigerunt fœdus his legibus, (85.) ut Wenſelinus, & Joanna Ducatum Lotharingiæ, Brabantiæ, ac Limburgi obtinerent, quoad viverent ; Wenſelino tamen nihil ex eis vivente uxore alienare liceret, ſi verò Joannam ſine liberis mori contingeret, marito Ducatus permanerent : ſi Joanna Wenſelino mortuo ſecundò nuberet, proles ex eo connubio ſuccederet : ſi ambo orbati liberis deficerent, Ducatuum ſucceſſio ad Carolum Imperatorem, aliumvè proximum Lucemburgenſis familiæ devolveretur.

Quæ cùm Ludovicus intellexit, uxoriſque abdicationem odio injuſto natam Joannæ ſororis, (86.) & prælatum Carolum in ſucceſſione Ducatus contra Ordinum ; & Juris Brabantini conſtitutionem repellentem (87.) illius prætenſam ſucceſſionem ex perſona Margaritæ filiæ Joannis I. (de quo ſuprà) (88.) cum magno armatorum numero Brabantiam ingreditur, agros, loca, ad Bruxellas uſque devaſtans, bello

(81.) Meyer, *Annal. Flandr. lib.* 13.

(82.) Petr. Divæus. *rer. Brabant. lib.* 14.

(83.) Divæus, *dict. lib.* 14. Franc. Haræus, *Annal. Duc. Braban. in Ioan. III.* Adrian. Barland. *Chronic. Duc. Brab. cap.* 60. Aubert. Miræus, *Chronic. Belgic. ann.* 1105. *litt. X.* Ioli. Iſaac. Pontan. *Hiſtor. Gelric. lib.* 2.

(84.) Infrà *tract.* 2. §. 1. *à num.* 44. & §. 2. *à num.* 63.

(85.) Meyer. *Annal. Flandr. lib.* 13. Divæus, *dict. lib.* 14. Haræus in Wenc.

(86.) Haræus, *Annal. Braban. in VVenc. Quod vero res ſuæ Margaritæ, ejuſque marito Ludovico Comiti, graviſſimè eſſet offenſa.*

(87.) Meyer. *Annal. Flandr. dict. lib.* 13.

(88.) Divæus, *dict. lib.* 14.

satis cruento Brabantinos incutiens, usquequò commeante inter utrosque Principes Guilielmo Hollandiæ, & Hannoniæ Comite, de pace actum fuit, quæ in Ati oppido Hannoniæ concluſa fuit conditionibus his; ut fœdus inter Joannem, Wenſelinum, & Carolum Imperatorem apud Trajectum ad Moſam pro injuſto, & irrito haberetur, Duces Mechliniam pro belli impenſis Ludovico, & Margaritæ cederent, Antverpia cum vicis Margaritæ dotis loco aſſignaretur, eaque poſſideret beneficio Ducum Brabantiæ, penès quos remaneret titulus Marchiæ Sacri Imperii. (89.

(89.) Divæus, *lib.* 15. Haræus. *in VVenceſl.* Pontan. *dict. l.* 7. *ann.* 1357.

E vivis exempto Wenſelino, cùm noſſet Joanna Duciſſa, Brabantiam ad prolem Margaritæ ſororis devolvendam, Antonium filium ſecundum Philippi Ducis Burgundiæ non tantùm in ſucceſſorem adoptavit, ſed abdicans ſe Ducatu Antonio tradidit, cujus renuntiationis virtute Ordines illum in Ducem receperunt. (90.) De qua re latiùs Tract. II. (91.)

(90.) Divæus, *lib.* 16. Haræus, *in Ioan. vidua*, Auber. Miræus, *Chron. Belgic. ann.* 1105. *num.* 10. Adrian. Barland. *Chronic. Duc. Brab. cap.* 67. Iſaac Pontan. *Hiſtor. Gelric. lib.* 8. *num.* 1405.

Ex hac vera narratione evincitur, quantùm abſit à re, de qua eſt contentio, Brabantini Ducatûs ſucceſſio, actaque ſub Wenſelino, & Joanna Ducibus, ſubque Joanna vidua; imò potius ex facti illius ſerie illuminatur mens ad dignoſcendum omnia à Rege noſtro petita, & executa in fœdere antenuptiali legitima fuiſſe, tàm attento juris ſupremi ordine, quàm Majeſtatis arcano.

(91.) Diximus *tract.* 2. §. 1. *num.* 44. & §. 2. *à num.* 63.

Primò, in ea cauſa, ex actis, & executis conſtat, Principes abſque publica utilitate non poſſe ſucceſſionum formam immutare, tranſlatâ Dignitate in extraneam, aut diverſam familiam. Undè fœdus Trajectenſe ad Moſam, ex quo excluſis filiabus Joannis III. Ducatum devolvendum ſanxêre, morte Wenſelini, & Joannæ ad familiam Lucemburgicam, pro irrito, inani, & injuſto habitum.

Secundò, quòd in fœderibus publicis ad pacem feriendam, ex jure belli, & Legationis jus eſt in manu Principum abſolutè transferendi Domania, Territoria, etiam præter ſubditorum conſenſum. Ut executum notatur in fœdere ad Atim inito authoritate Guilielmi Hollandiæ, & Hannoniæ Comitis, tradito

do-

dominio Civitatis Antverpienſis , & Mechlinienſis Margaretæ , & Ludovico , rejecto individuitatis jure, ex quo erant inſeparabiles à Ducatu Brabantino.

Tertiò , quòd quoties communi bono , ſalutiſque publicæ utile ſit , forma ſucceſſionum mutationis non eſt expers , imò invertere licitum , ut obliteratâ prærogativâ Primogenituræ , ſecundogenitus præferatur ; qualiter à Joanna Duciſſa executum , tradente Antonio minori fratri Ducatus Lotharingiæ , & Brabantiæ , in quorum dominium permanſere Ducatus illi , & ad filios, & poſteros tranſlati, etiam in vivis agente Ioanne majori fratre filio Philippi Burgundiæ , Margaritæ Flandriæ nepote.

§. X.

OBJECTIONES OPPOSITÆ REGIÆ ultimæ voluntati Regis noſtri Philippi, in qua attenta vi, virtute, & legitimitate renuntiationis factæ à Sereniſſima filia, juris, & ſpei competentis ad Regna, & Status Hiſpanici Diadematis, illorum ſucceſſionem diſpoſuit, ad juſtamque rationem efformavit.

(1.) Silius. Italic. *lib.* 1.
Iuratumq́ Iovi fœdus, conventaq́ Patrum,
Sidonii fregere Duces, atque impius enſis
Ter placidum ſuaſit remorando rumpere Pacem.

(2.) Ex Senec. & Virgil. Hening. Arniſ. *Politic. lib.* 1. *cap.* 9. *Hæc ſumma virtus, petitur hâc cœlum viâ. Sit ille Patriæ primus Auguſtus Parens.*

(3.) Luc. de Pen. *l. Quicumque* 7. *num.* 8. *Cod. de omn. agr. deſert.* Marca *Concord. Sacerd. & Imper. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 2. Maucler. *de Monarch. par.* 3. *li.* 2. *de Monarch. Secular. cap.* 6. Adam. Contz. *Polit. lib.* 7. *cap.* 5.

(4.) Ex Cicer. ad Attic. *lib.* 8. *c.* 11. Arniſ. *dict. cap.* 9. *Summus cunctarum finis, Supremaq́ legum regula, Rex populi Pax, ſaluſq́ tueri.*

Pietatis , & charitatis prætextatis vocibus ornata aſſertoris declamatio , Regis noſtri facta , & diſpoſitiones contrarias inſimulat juri Divino , Naturæ , Gentium , ac communi , juſtumque bellum aſſerit diſrumpens conventa Regum , & juratum fœdus ; ideoque legitimum gladii uſum , quo placidæ pacis vinculum (1.) ſanguinaria ſtrage turbetur.

Aſſerit ergò iniquam diſpoſitionem , inofficioſum , & injuſtum teſtamentum Regis noſtri , turpemque clauſulam , in qua exarata capitula 5. & 6. tractatus antenuptialis Reginæ Chriſtianiſſimæ (primò habita Regni ratione , & ſubditorum bono , quos ab excellentiori (2.) paternali charitate tenebatur (3.) ultimo in elogio tueri , ne omiſſi eventibus fortunæ exponerentur manui , ac regimini inviſo extraneorum Principum) (4.) voluntatem ſuam emologavit ſub his verbis :

Et in horum tractatuum adimpletionem, Præfata Infans D. Maria Thereſia filia mea dictam renuntiationem cum effectu publica authoritate firmavit in Urbe Fontis-Rabiæ die 2. Junii 1660. ſubſignatam etiam teſtimonio D. Ferdinandi de Fonſeca Ruiz de Contreras meo Status, & univerſalis negotiationis Secretario, horumque Regnorum publico Notario. Et quamvis firmiter ſperò præfatam Infantem filiam meam, & Regem Chriſtianiſſimum ipſius conjugem præſcripta adimpleturos, cæteraque omnia, quæ in tractatu matrimoniali, & renuntiatione continentur, obſervaturos, utpotè jure, & conſcientia obligatos: Adhuc ut viis omnibus juris locum habentibus firmior ſit adimpletio in re, & negotio, quibus Pax, & tranquillitas Orbis Chriſtiani nititur, ut Pater & Dominus naturalis omnium meorum Regnorum, Statuum, & Dominiorum, utens, quemadmodum utique utor, ſuprema illa poteſtate quolibet jure mihi competente ad diſponendum, & ordinandum in ſubditorum, & cauſæ publicæ beneficium, ac ut eorum gubernationi conſultius provideatur, & damna illa evitentur de utriuſque Regni, & Statuum unione emergentia: Ex proprio motu, certa ſcientia, Regiaque, & abſoluta poteſtate, qua libens utens utor, cum notoria etiam, certa & integra notitia ab exemplaribus Prædeceſſorum meorum deprompta, qui ſcilicet mutarunt, diſpoſuerunt, & alterarunt Ordinem ſucceſſionis meorum Regnorum, Statuumque excluſis Primogenitis, ac deſcendentibus, attentis cauſis tractatuum Pacis, & Matrimoniorum: Juſtas itidem ob conſiderationes: Decerno, quod prædicta Infans D. Maria Thereſia filia mea, & quilibet ejus deſcendentes ex hoc Matrimonio tam viri, quam fœminæ excluduntur, & excluſi remanent, & ſi opus ſit, eos omnes ſubmoveo à quocumque jure aut ſpe, quomodocumque eis competentibus ad ſuccedendum in quodlibet meorum Regnorum, Statuum, & Domaniorum in perpetuum, tamquàm ſi non nati eſſent. Hanc igitur excluſionem, & quidquid circa illam hactenus, & in præſentiarum diſpoſitum in perſona præfatæ Infantis D. Mariæ There-

Y en cumplimiento de eſtos Tratados, la dicha Infante Doña Maria Tereſa mi hija, otorgò con effecto la dicha renunciacion, con juramento en la Ciudad de Fuente Rabia en 2. de Junio de 1660. refrendada por teſtimonio de Don Fernando de Fonſeca Ruiz de Contreras mi Secretario de Eſtado, y del Deſpacho univerſal, y Notario publico de eſtos Reynos. Y aunque yo eſpero, que la dicha Infante mi hija, y el Rey Chriſtianiſſimo ſu marido cumpliràn, y guardaràn todo lo referido y lo demàs que ſe contiene en el Tratado Matrimonial, y renunciacion, por ſer eſta obligacion de juſticia, y conciencia. Toda via, para que por todos los modos que aya lugar de Derecho ſe aſſegure el cumplimiento en materia, y negocio en que conſiſte la Paz, y ſoſſiego de la Chriſtiandad, como Padre, y Señor natural de todos mis Reynos, Eſtados, y Señorios, uſando como uſo de la Suprema poteſtad, que por todos Derechos tengo para diſponer, y ordenar en beneficio de mis vaſſallos, y de la cauſa publica, y proveer à ſu mejor governacion, y prevenir los daños que de juntar las dichas dos Coronas, y Eſtados, que à cada una dellas pertenecen, ſe podrian ſeguir: De mi proprio motu, cierta ciencia, y poderio Real abſoluto, de que quiero uſar, y uſo con notoria, cierta, y entera de los exemplares de mis predeceſſores, que han mudado, diſpueſto, y alterado el orden de la ſuceſſion de mis Reynos, y Eſtados, excluyendo à los Primogenitos, y deſcendientes por contemplacion, y cauſa de Contractos de Paz, y de Matrimonios. Y por juſtas conſideraciones, declaro, que la dicha Infante Doña Maria Tereſa mi hija, y otros ſus deſcendientes varones, y hembras deſte Matrimonio, quedan, y eſtàn excluſos, y ſiendo neceſſario los excluyo de qualquier derecho, ò eſperança, que en qualquier caſo puedan tener, ò tengan, para ſuceder en qualquier de mis Reynos; Eſtados, y Señorios perpetuamente, como ſi no huvieran nacido. Y eſta excluſion, y todo lo que acerca della eſtà diſpueſto, y diſpongo en la perſona de la dicha Infante Doña Maria Tereſa, y ſus deſcendientes varones, y hembras de eſte Matrimonio: Declaro, que ſe deva obſervar, y ſiendo neceſſa-

ſiæ,

ſiæ, & ejus ſucceſſorum utriuſque ſexus ex hoc Matrimonio declaro obſervari debere, & ſi opus ſit volo, & præcipio ſic obſervari, adimpleri, & executioni mandari in Sereniſſima Regina D. Anna mea ſorore, & ab ea deſcendentibus juxta ipſius tractatum matrimonialem, & renuntiationem, quam publica authoritate firmavit; necnon, & juxta diſpoſita à Rege D. Philippo III. Domino meo, & Patre tàm in dicta lege, quàm in ipſius teſtamento, de quibus ſuprà, quæ omnia vim habuerunt legis inter utramque Coronam pactæ: Et ego eam approbo ipſamet cum qualitate, qua fruuntur inter ſupremos Principes leges ſancitæ: plenitudineque poteſtatis revoco, & irritas facio quaſlibet leges, fora, jura, diſpoſitiones, aut mores, quatenus opus fuerit, & quomodolibet dictam excluſionem impedire poſſint, ac ſi ſingula hic exprimerentur, & de iis ſpecialis mentio facienda foret. Attamen declaro, ſi (quod abſit) Matrimonium inter præfatam Infantem D. Mariam Thereſiam filiam meam fuerit diſſolutum, & vidua abſque liberis remanens Hiſpaniam repetierit, aut ſi ob publici boni convenientiam, juſtaſvè conſiderationes, denuò nupſerit, meo, aut Principis filii mei conſenſu poſt meam mortem, volo, & eſt mea voluntas, quod ab excluſione, & renuntiatione libera extet, & tàm ea, quàm filii ex ſecundo Matrimonio geniti (dummodò non ſit in Gallia) capaces ſint ad ſuccedendum in prædicta Regna, & Status.

rio, quiero, y mando, que ſe obſerve, cumpla, y execute en la Sereniſſima Reyna Doña Ana mi hermana, y ſus deſcendientes, en conformidad de ſu Tratado Matrimonial, y renunciacion que otorgò, y de lo diſpueſto por el Rey Don Felipe tercero mi Señor, y Padre en dicha ley, y en ſu teſtamento, que quedan referidos, que todo tuvo fuerça de ley pactada entre las dos Coronas, y la apruebo con la miſma calidad, que tienen las leyes pactadas entre los Principes Supremos, uſando de la plenitud de poteſtad, y revoco, y anulo qualeſquier leyes, fueros, derechos, diſpoſiciones, ò coſtumbres, que ſea neceſſario, y que en qualquiera manera puedan impedir la dicha excluſion, como ſi cada una de ellas aqui fuera expreſſada, y de ella ſe hiziera particular mencion. Pero declaro, ſi (lo que Dios no permita) el Matrimonio entre la dicha Infante Doña Maria Tereſa mi hija, ſe diſſolviere, quedando ella viuda, y ſin hijos, bolviendo à Eſpaña, ò ſi por conveniencia del bien publico, y juſtas conſideraciones, en dicho caſo de viudedad bolvieſſe à caſarſe con mi conſentimiento, ò del Principe mi hijo, ſi yo fuera muerto. Quiero, y es mi voluntad, que no le obſte la excluſion, y renunciacion, y queden capazes ella, y los hijos del Segundo Matrimonio (como no ſea en Francia) para poder ſuceder en los dichos Reynos, y Eſtados.

Hanc, inquam, Regiam Paternalem Conſtitutionem, & Sacrum placitum declamat injuſtum, illegitimum, ambitioſaque mente exaratum, his oratoriis machinationibus:

(5) Manif. fol. 191. Tractat. Regin. Christian. jus in Ducat. Brabant. fol. 130. num. 1. & 2. ex l. Cùm acutissimi, C. de fideicommiss.

(5.) *Et sanè tot vitiis fœdata est illa renuntiatio, ut ea vix enumerari queant: Non enim modo forma exclusionis ab omni justitia remota est, non solùm in materia, & rebus ipsis, quæ huic conventioni subjectæ sunt, vehementer erratum fuit; sed ut ea conventio omni ex parte laboraret, his quoque munita est clausulis, quas ne probabili quidem defensione Hispani tueri possint. Quem enim non moveat illa exclusionis adjecta clausula, quâ Serenissima Infans cum posteris omnibus sic ab omni Hispaniarum Principatu ejicitur, ut si fortè stirps Regia defecerit, cùm Regna, tùm Principatus ad alienos transferantur. In hæc quippè verba concepta est illa exclusionis formula Serenissimam Infantem D. Mariam Theresiam cum liberis, qui ex ea nascentur, utriusvis sexus ii fuerint, & quocumque cognationis gradu ad eam referantur, non posse succedere in Regna, Principatus, Dominia, quæ sunt ditionis Hispanicæ: etiamsi Regia soboles virilis sexus, & legitimi successores defecerint. Quo enim cumque modo res se habeant, cùm illa, tùm ejus hæredes omni jure successionis dejiciuntur: quidquid aut leges, aut constitutiones, aut consuetudines, aut jura in contrarium statuerint: his enim omnibus hâc clausulâ omninò derogatur.*

An dubitamus, quin tàm immanis, & inusitata clausula ab Hispanici Consilii cupiditate, & ambitione magis, quàm à libera Regis Catholici voluntate profecta fuerit? Quam enim hoc non credibile, Regem optimum sic omnem, & humanitatis, & naturæ sensum exuisse, ut filiæ, stirpi suæ, nepotibus alienos anteponeret? An quidquam patri aut jucundius, aut charius esse potest, quàm liberis bona sua, fortunasque relinquere? Jam ubi agitur de Regni successione, tùm multò est acrior sensus ille naturæ, tùm pater omni studio, cura, industria, cogitatione enititur, ut acceptum à Majoribus summi

Im-

Imperii decus in posteros conferat. Nullâ quidem re homines ad Deum propiùs accedunt, quàm Imperii dignitate; neque usquam Divinæ Majestatis fulgor magis elucet, quàm in Regali potestate. Nàm quæ in cæteris hominibus insculpta est Creatoris effigies, hæc in Rigibus longè splendidior videtur. Quid ergo? potuitne Rex Catholicus manu sua delere formam illam, & velut Divinitatis characterem suo sanguini impressum? Scelerata quidem illa Eteoclis apud Euripidem sententia ab antiquis Philosophis fuit judicata, quâ pater jus omne violandum esse putat, dùm Regnum in domum suam, ac liberos transferat. Capitalis est, & pernicioſa illa regnandi cupiditas; sed tamen cum animi magnitudine facilè conjungitur, atque haud scio, an magis humana esset, ac ferenda illa animi elatio, quàm huic adversa patris voluntas, qui stirpe sua throno dejecta, Divino, & humano jure neglecto, alienos in Regni fastigium eveheret. Si quid atrocius pater in proprium sanguinem scripserit, aut testamento caverit, lex jubet, ut manum potiùs, quàm mentem patris lapsam errore judicemus; nec quid ab eo factum, sed quid ei faciendum fuerit ponderemus. Hinc magnâ sapientiâ statuit Imperator, ut si quid gravius in nepotes suos avus testamento sanxerit, quòd à natura ipsa, & parentis sensu abhorreat, in meliorem partem, quoad fieri possit, ducatur conjectura, quòd voluntatem testatoris ex naturali æquitate magis, quàm ex scripto interpretari oporteat. Nàm ut scitè glossa, id pietati Christianæ videtur alienum, exclusis liberis, quibuscum etiam vivi nostra partimur bona, quique nobis maximè cordi esse debent, alienos in spem hæreditatis vocare. Gravissimè quidem Covarruvias immanitatem cujusdam patris reprehendit, cui cùm unica esset filia, eam tamen omni successioni coëgit renuntiare.

tiare. Id verò negat vir doctiſsimus, ea conventione ſtari oportere, etiamſi pater illam teſtamento firmaverit: cùm filiæ ſuæ tranſverſarios hæredes citra ſummam injuriam non potuerit anteponere. Quo igitur animo excepiſſet illam clauſulam, quâ pater, filiâ, & nepotibus excluſis, bona ſua non conſanguineis modò, ſed etiam alienis reliquiſſet. Quâ Antiſtes ille prudentiſsimus objurgatione, aut quo potiùs convicio patrem illum à tanto errore, & perverſitate conatus eſſet avertere? Quid, ſi perſonarum conditio, rerum, quæ abdicantur natura, Principatus, Regna, Imperia, quæ ſubſtitutionis cujuſdam perpetuæ, & fideicommiſsi lege, non patris voluntate, aut teſtamento manant ad poſteros, quæque nec mancipi ſunt, nec in rationem contractus veniunt, graviſsimo huic viro propoſita eſſent, & excluſionis clauſula omnis explicata, quo is fulmine tàm iniquam pactionem, quæ Regnorum fundamenta convellit, perculiſſet?

Quibus addit, ut ſe præparet ad tuendam vim, violentiamque juſtitiæ nomine veſtiendam: (6.) *Quid hoc aliud eſt, quam familiæ ſuæ exitium moliri, ac renuntiationis ipſius vim omnem, & naturam convellere? Nam eò ſpectat, in eum eſt uſum inſtituta, ut domus, & generis ſplendor conſervetur, non in ſtirpis ruinam eſt comparata. Quòd ſi enim ejectis liberis alieni in hæreditatem vocentur, jam non renuntiatio ſed exhæreditatio dicenda eſt. Quarè ante hoc ſæculum nulla unquam eſt facta renuntiatio, quæ aliorum, quàm fratrum lucro cederet: quòd ſi ad ſorores etiam pertineret, vel hoc ipſo irrita erat, & nulla conventio:* Hanc fulciens mentem doctrina Saliceti, Guidonis Papæ, Gaſparis Baëcæ, Covarruviæ, & Antonii Fabri. [7.]

(6.) Manif. fol. 196. Tract. Regin. Chriſtian fol. 135. num. 4.

(7) Covar. in cap. Quamvis pactum, par. 3. §. 3. nu. 4. Ant. Fab. tit. C. de pact. convent dif. 12.

RES-

RESPONSIO.

Primæ objectioni oppositæ Regiæ testamentariæ voluntati, quatenùs Reginam Christianissimam vi renuntiationis, prolemque suam à Regnorum Hispanorum successione excluſit, & abdicavit.

ANtequàm ingrediamur in repulsam machinationum injustè impositarum Regiæ voluntati, necesse est monere lectores; Nec minus Regium esse Principi populos suos optimè meritos post obitum suum rectè regendos curare, quàm viventi justè gubernare. [8.] Quod à verè justo, pioque Rege nostro fuit cognitum, hancque curam Regio muneri necessariò injunctam esse cognoscens, quoàd potuit, & in ultimo elogio sic se gessit, sic mentem, ac animum direxit ad normam æquitatis, & justitiæ intra Majestatis limites, ut Regnorum successio firmaretur absque minutione proprii honoris, nominis, fasciumque Regalium, limitato ad id jure sanguinis, Gentium, Civili, & voluntario testantium, cùm ob salutem publicam, Regnique honorem subsint Dominationis Juri.

(8.) Ex Laurent. Valla, *lib. 2. de Ferdin. Aragon. Reg.* Vinc. Cabot. *lib. 1. disput. cap. 14. Neque enim minus Regium esse puto populos suos, & præcipuè de Principe optimè meritos post obitum suum rectè gubernandos curare, quàm viventem rectè gubernare.*

Ex his omnium consensu laudatis principiis, nullus est juris Scriptor ausus asserere, renuntiationes jurium, hæreditatum, successionum à filiabus in pactis antenuptialibus stipulatas in favorem parentum, fratrum, familiarumque injustas esse, adversantesque juri naturæ, & sanguinis, imò potiùs absolutè omnes fatentur justas, legitimas; ideòque laudatas more, usu, jure Hispano, & Gallicano, cùm in eis versetur honor, & decor familiarum. [9.]

(9.) Dixim. §. 2. *à n.* 38. 44. 51. & 52. & infrà *n.* 40. Latè. Anton. Fab. *in consultat. Ducat. Montisferrat. part.* 1. *à fol.* 144. Barthol. Kelemb. *de renun. illustr. famil. per tot.*

Cum ergò ex ipso jure antenuptialis fœderalis renuntiatio ab Infante Sereniſſima executa, justa, & legitima fuerit, quia utilis, ac necessaria bono publico, salutique Regnorum (ut jam evicimus.) Si ea innixus, vimque agnoscens, & justitiam pacti, ad consequendam ejusdem dispositionis inviolabilem executionem Rex noster Catholicus testamentariam clausulam declaravit, iteravit, novoque vinculo eundem nodum adstrinxit; quid mali egit? imò transgressor esset,

set, si quod vivens justè fecit, moriens subverteret. Non enim in odium Christianissimæ Reginæ filiæ, sed ductus Regali providentia, egit vivens in pactis nuptialibus. Et eodem Regnorum amore, & in subditos pietate testaturus processit, ut omnes venerabundi agnosceremus, quâ dilectione ab incunabilis Regni nos prosecutus fuerit, ea nos in finem dilexerit.

(10.) Paul. Æmil. *de Reg. Franc. in Carol. IV. Dico jure item Divino sancitum.*

(11.) Xenoph. Æconom. *Mulier in validiori corpore est, ut admoneatur intra tectum manere,* Arist. *lib. 2. de generat. animal. cap. 2. & 3.*

(12.) Arist. *lib. 1. Polit. cap. 8. Mulierem nasci ad parendum, non ad imperandum.*

(13.) Arnob. *Contr. gent. lib. 7. Quid fœminarum genus, quas ab negotiis publicis conditio fragilitatis excepit.*

(18.) Virg. *l. 7. Æneid. Bella viri, pacemque gerant.*
Ovid. *l. 12. Metamor.*
..... Columque
I cape cum calathis, & stamina pollice torque,
Bella relinque viris.

Sed ut ea cogitatione, necessariaque Regia providentia directam fuisse mentem Regis dignoscatur, non verò errore lapsam: notandum est, quòd illa Creatoris effigies insculpta hominibus, sed splendidior in Regibus (ut declamat assertor) aut forma illa, characterque Divinus sanguini impressus, luxque subditos illuminans, quam extinguere non posset Paterna manus: Ea, inquam, idea, & forma Dei, eo gradu, quo Regibus infunditur, ut ad ejus similitudinem subditos regant, non tamen infunditur, ut communicetur sexui fœminino, cui (ut in confesso est Gallis, & ejus celebri legi) natura non concessit perfectionem ad sceptrum congruam, nec illum inussit characterem, qui par sit ad publica negotia, minùs ad Imperium. Mulieres enim, quia invalidiores corpore (11.) ad parendum, non ad imperandum nascuntur: (12.) non ad (13.) fortia ac Bellica; (14.) sed ad domestica, (15.) privataque, (16.) ac artificiosa ministeria. (17.)

His innixa principiis à jure Divino, & naturæ ortis decantavit Gallia, [10.] remorandam propositionem Eduardi Regis Anglorum, ad Regni Gallicani successionem ei competentem, tamquàm proli legitimæ Isabellæ filiæ Philippi Pulchri. De quo infrà latiùs.

Ex

(15.) *L. Cum prætor, §. Moribus, de judic. l. Penult. de æden. l. 1. §. Sexum, de postuland. cap. Mulierem 33. quæst. 5.* Arist. *lib. 1. Polit.* Clement. Alexandr. *lib. 3. Xenoph. Æconom. Quæ domi sunt, uxori peragenda relinquo.*

(16.) Arist. *lib. 3. Polit. cap. 3.* Kekerm. *curs. Philosoph. disp. 28. Probl. 13.*

(17.) Proverb. *cap. ult. Manum suam extendit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fusum.* Virg. *lib. 8. Æneid. vers. 4. 10.*

..... Ceu fœmina primum,
Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerva,
Impositum cinerem & sopitos suscitat ignes.
Noctem addens operi, famulasque ad lumina longo
Exercet penso, castum ut servare cubile
Conjugis & posset parvos educere natos.

Ex quo etiam inter Gentes laudatum, quòd quamvis fœminæ, nativitate attenta, naturalique virtute (18.) ad parentum ſucceſſionem admittantur; tamen jure Divino, Humanoque, (19.) ſubmoventur ab hæreditatibus, & ſucceſſionibus illorum bonorum, in quibus ſplendor, honor, & memoria verſatur familiarum, & agnationum, cum profinitis, (20.) & extinctis cenſeantur familiæ, quarum decor ad fœminas devenerit, in quibus antiqua nobilitas, gloria anteceſſorum, Regiaque Majeſtas obliteratur, deletur, & tranſit in dedecus ſub Imperio extraneo. (21.)

His rationibus productis ex penetralibus Divini juris, & Gentium, Robertus Comes Atrebatenſis (22.) uſus fuit in repulſam juris prætenſi ad Gallicanum Regnum ab Eduardo Rege Anglorum (ut ſuprà notavimus) filio Eliſabethæ filiæ Philippi Pulchri, firmante mentem, & animum Comite ad euincendum inviolabiliter, eſſe ſervandam excluſionem non fœminarum tantùm, ſed maſculorum ab eis progenitorum, cùm in eo ſiſteret utilitas publica, & ſubditorum bonum: [23.] Cùm fœminei ſexus natura ſic contraria ſit luci Regiæ, ſic nebulas producat, ut illarum opacitate denigretur ſplendor Regnorum. Aſſerente tunc ex communi Gallorum aſſenſu juſtas, legitimaſque leges, conſtitutiones, pacta, ac fœdera prohibentia ſucceſſiones fœminarum: Laudante votum Agnetis filiæ Divi Ludovici, renuentis aſſentire voto Ioannæ filiæ Ludovici Utini, Gallicanum Regnum petenti, excluſo Philippo Longo, cui ob ſexum, rejectâ fœmininâ lineâ, datum fuit.

Summa hæc Regnorum ratio, ne ex fœminarum admiſſione Imperium in extraneam familiam tranſeat, nomenque Regni in exterum Principem, in Majeſtatis propriæ minutionem, induxit Petronillam Aragoniæ Reginam, ut excluſis filiabus, ad Regnum vocaſſet in maſculinæ prolis defectum, maritum ſuum Comitem Barcinonenſem. [24.]

Nec notum nobis, qua mente aſſertor decantet: *Cùm enim ſanguinis via ſucceſſionis ab aliis in alios, velut prono alveo, fluant, non magis deduci aliò poſſunt, aut deflecti,*

(18.) *L. Liberorum, de verb. ſignif. l. Quæritur, de ædili. edict.*

(19.) Numer. *cap.* 21. latè Ann. Robert. *rer. in dict. lib.* 2. *cap.* 4. Philip. Knipſchilt *de fideicom. famil. cap.* 8. *à n* 170. *cum ſeqq.*

(20.) *L. Pronuntiatio, §. Famil. verb. ſignif. l. Iuriſconſultus, de grad. cogn. §.* 1. *Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.*

(21.) Albert. Cranz. *Roman. Reſpublic. lib.* 5. *cap.* 1. *Muliebre Imperium, non ſatis ex dignitate videretur.*

(22.) Paul. Æmil. *in Carol. IV.* adduct. *num.* 6. latè. Suer. *Annal. de Fland. lib.* 11. *à fol.* 420.

(23.) Idem Paul. Æmil. *in Carol. IV.*

(24.) Zurit. *Annal. Arag. lib.* 8. *cap.* 5.

quàm profluentis omnis inhiberi vis, aut cursus in aliam partem contorqueri. Eadem penè est successionum ratio, nam vsitata sanguinis via, velut quodam suo itinere, & alveo labuntur, nec humanis consiliis potest ordo ille à natura constitutus everti. Indeque non potuisse Regem nostrum ultimi elogii vi evertere jus Sereniſſimæ filiæ competens, utque illa contempta Patrimonium suum, naturæ legibus perfractis, in alienos irrumperet.

Cùm animadvertere debuisset, priusquàm absolutè suam mentem evomeret: Quòd etsi successiones, velut prono alveo fluant, non ità suscipiunt vim inditam, quæ mutari non possit, ut aquæ, quæ etsi pronitate sua descendant, etiamque magno impetu fluant, utilitatis communis, & publicæ salutis causa, arte industriaque corriguntur, diriguntur, purgantur, loco mutantur, & per canales ducuntur. Traianus enim Tiberis alveum exsiccavit ab aliis fluentibus, quibus augebatur; (*a*) Principem decet arcere aquam, curareque, ne flumen diffluat, nec sibi noceat, etsi aliis noceat, nec id natura fuit, nec jure damnatum; (*b*) purgare alveum, reficere, & munire ripas ad ea, quæ possunt contingere, rationi, & juri consonum est. (*c*)

Ex quo fatendum, (25.) Regem nostrum justè præscripsisse ultimo in elogio successionis formam, (26.) refecisseque illius alveum, ut nativa honoris proprii pronitate descenderet; flumen enim sanguinis usitatâ viâ, suoque itinere non potuit ad Reginam fluere, jure, quo fluxit ab origine, (27.) cùm in ea renuntiationis virtute sisteret, nec posset ad prolem suam derivari, quia fœderalis renuntiationis vi, legitimis derivationibus exaruerat, (28.) fluebatque aliter, quàm fluxit. Quod justè constitutum ob utilitatem publicam, ex qua legitimè provisum, ut alveus sanguinis occultaretur (*d*) toties, quoties in cursu dissono timeretur damnum Regni, & Dominationis Hiſpanorum. Nec ob id dicendum fluminis alveum derelictum, sed directum, ut successio tendat in cursum salutis publicæ.

Nec in Regia dispositione invenimus, manum illam, qua declamatur, extinctum splendorem radii illu-

(*a*) Plin. *lib.* 8. *Epist.* Lipſ. *in Tacit lib.* 1. *Annal. num.* 270. *&* 272.

(*b*) L. 1. §. *Sunt qui putant. Ne quid in flum. publ. l.* 1. §. *Idem Labeo, de aqua plu. arcen.*

(*c*) L. 1. *& per tot. de rivis.*

(25.) Manif. *fol.* 197. *tract. Regin. Christian. jus in Brabant. fol.*

(26.) Thesaur. *decis.* 235. *in addit. Sed si pactum fuisset factum super modum succedendi in agnatione & in illorum descendentes, quia illud magis quandam formam successionis, & decus familiæ perpetuum respicit, quam votum captandæ mortis, & bonos mores.* Ex Albano, *cons.* 457. *lib.* 3. Gozadin. *cons.* 87. Cæsar. Barz. *decis. Bonon.* 14.

(37.) Paul. de Castr. *l. Planè.* §. *Si duobus, de legat.* 1. Alciat. *lib.* 4. *Parergon. cap. vlt.* Menoch. *cons.* 211. *num.* 13. Molsef. *de renun. in addit. ad quæst.* 5. *num.* 4. adducit innumeros Doctores Honufr. Donad. *de renun. cap.* 2. *à num.* 22.

(28.) Latè Molin. *de Primog. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 40. *&* 41. Menoch. *cons.* 172. *& cons.* 400. *num.* 41. & ab his relati Ioan. Iac. Vinter. *diss. jurid. Polit. dissert.* 12. *thes.* 2. Barth. Kellemb. *de renun. illustr. fœmin. q.* 33. *n.* 22. Hening. Arnis. *lib.* 2. *Polit. cap.* 2. *sect.* 12. *num.* 51.

(*d*) Bart. *Tract. de alveo in princ. vers. Relicto.*

illuminantis Creatoris effigiem : (29.) nam ea manus, quæ pennas duxit ad emologandam voluntatem, exarandum animum, & mentem Regiam, non extinxit, immò charitatis, & amoris ſubditorum oleo perunctа, materiam obtulit ad conſervationem, & perpetuitatem luminis, quo ſplendidior refulgeret decus, honor, & Majeſtas Hiſpanici Regni, perpetuuſque maneret fulgor politicæ divinitatis, quo decorantur Reges, præſcriptâ Regno ſucceſſionis formâ, vocatis his, quorum manu non minueretur Hiſpanorum nomen, (30.) gloria, faſces, excluſis, quorum admiſſio tenderet in illius minutionem.

(29.) Manif. *fol.* 190. *tract. Regin. Chriſt. fol.*

(30.) Præter adducta. §. 2. Iaſon. *lib.* 4. *conſ.* 137. *à num.* 10.

Hoc rationis radio illuminatus, ne antiquum Regium nomen mutaretur, Iacobus Aragoniæ Rex ad Regni ſucceſſionem, excluſis filiabus, maſculos filios vocavit ſubſtitutione reciprocâ. Quod exemplar ſecuti fuerunt Petrus Tertius (Magnus dictus) Petrus Quartus Cæremonioſus; nec ob id injuſta, ac illegitima dicta illorum elogia, immò ut juſta, ac legitima laudata voto judicum conferentium Regnum Ferdinando Caſtellæ Infanti. In quo actu, præcipuè conſideratum fuit : (31.) *Y que conſiderada la perſona, era el Rey Don Hernando por ſu madre natural, y el Conde Lombardo : y el Rey de Padre Rey de la miſma nacion, que eran los Reyes de Aragon.*

(31.) Zurit. *Annal. de Arag. lib.* 11. *c.* 82. 83. *y* 87.

Horum Regum, & Catholici noſtri, mens, ac votum in eundem finem proſpexêre, conformes undequaque cum Jure Divino, Gentium, ac publico, ut illorum immunitas firmamentum eſſet Dominationis, à quo etiam axiomate Imperii Galli diuturnitatem Majeſtati quæſivêre. Etſi enim filii munus cœleſte, & Divinæ indulgentiæ beneficium ſint, Regum præcipuè, cùm in eis ſita ſit ſpes parentum, familiarum decus, Reipublicæ robur, & Regnorum munimen, non verò ſine diſcrimine ullo cenſendi pro ſtabilimento ſceptri, cùm in fœminino ſexu potius extinguatur lumen Regnorum, decus, & gloria familiæ, & eo fluxu claudicante aliò, quàm deceat, tranſlatoque ſucceſſionis rivo, elongantur, & diffugiunt Dignitates, bona, Regna, nomen, & ſtemma in extraneam familiam, ablato

a propria ſceptro, cum dedecore proprii honoris, & ſubditorum.

Quod ex myſtica Iacobi benedictione dignoſcitur data Iudæ filio ſuo; conſtituit (32.) enim illum luminare Regium, prædicens: *Non auferendum ſceptrum de Iuda, nec ducem de fœmore ejus.* Quòd adimpletum fuit vſquequò in vltionem peccatorum, & vindictam tranſgreſſionum, benedictionis lumina extincta fuêre, ablato Diademate, fortitudine, & validitate ab Iuda. (33.)

Hoc iræ Dei ſignum Rex noſter verus ſubditorum Parens anxiè in finem concupivit à ſubditis avertere; quare Pater Patriæ (ut obviam iret damnis, & incommodis imminentibus Regno, decoriſque Majeſtatis) legitimè vltimo in elogio diſpoſuit purgare alveum ſucceſſionis Regni, præſcripto legitimo illius curſu, ne in dedecus Majeſtatis antiquæ ad manus exteri Principis tranſmigraret ſceptrum Hiſpanum, cum imminutione antiqui honoris, & nominis: claritudoque Hiſpana in aliam domum tranſlata obſcuraretur, (34.) obliterata tanti Regni Majeſtate.

Nec obeſt, ſi dicas; quod fœminarum abdicatio legitima fuiſſet inter Francos, non verò vtique inter Liberas Gentes, quorum inſtituta in fœminarum admiſſionem ſancta eſſe opportet. (35.) Cùm Regium placitum, & teſtamentaria conſtitutio Regis noſtri non fuerit emologata, jure communi attento; ſed nato, & producto ex fœdere Pacis, & antenuptialis Reginæ Chriſtianiſſimæ. Hoc enim fœdus obliteravit jura ſpe competentia filiæ, poteſtatem tranſtulit Regi Patri, ut ſicuti ex bono, & ſalute publica juſta fœminarum fuerit eiuratio ad Regnum vi Salicæ legis (ſiqua fuit vnquam) æquali jure Rex noſter vi renuntiati, & fœderati juris, abſolutè conſtitueret ſuper bonis, & juribus renunciatis, attento bono Regni, excluſa, ac exhæredata filia, quoties ſaluti publicæ vtile eſſet, & admiſſa, quatenùs ſine publica jactura liceret; (36.) quia non excludebatur ex odio, ſed ex publica, & Regali providentia.

(32.) Geneſ. c. 49. *Iuda te laudabunt fratres tui. Manus tuæ cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii.* Et poſt: *Non auferetur ſceptrum de Iuda & dux de femore ejus.*

(33.) Iſai. 3. *Ecce enim Dominator Dominus exercituum, aufert ab Ieruſalem, & ab Iuda validum, & fortem,* Petr. Gregor. *de Republ. lib. 6. c. 1. num. 3.*

(34.) Tacit. *lib. 12. Annal. Claritudinem Cæſarum aliam in domum ferret.*

(35.) Paul. Æmil. *in Carol. IV. Hoc inſtitutum apud vos valeat: Nos inſtituta, legeſque veſtras ſanctas apud vos eſſe oportere cenſemus.*

(36.) Idem Paul. Æmil. *Illi quidem ut propinquo, amiciſſimoque omnia ſecunda optamus, incrementaque cupimus: hiſq; quatenus ſinè publica communique jactura rerum Francicarum fieri licet, favemus.*

Quæ

Quæ mens innixa fuit communi Gentium, & Regnorum usui à populi Israelitici periodo, (37.) & infrà. Quarè inter Athenienses, Lacedæmonios, Romanosque laudatum, ut fœminæ, fœmininaque proles alienæ haberentur à successionibus, in quibus honor, & dignitas familiarum sita erant.

Et indè est, quòd cùm sequenti ætate inventus fuisset ad publicam vtilitatem feudorum usus, à successione illorum, in quibus necessaria erat personalis interventio, excluſus fuit fœmininus sexus; (38.) sicuti à fideicommissis, majoratibusque agnatitiis, omnibusque successionibus collimatis ad familiarum perpetuitatem. Quæ dispositiones, placita, constitutiones, vltimaque elogia plausibilitate recepta, & laudata inveniuntur, tanquam orta ex Divino, probata, & suscepta ex naturali, coalita ex jure Gentium: Quarè communis scribentium assensus asseruit, antenuptialia pacta renuntiationum, (39.) hæreditatum, & successionum in favorem familiarum, (40.) ad illarum conservationem à filiabus executarum, tàm in parentum, quàm fratrum favorem legitima, iustaque esse dicenda, etiamsi damnum irrogetur renuntianti, cùm compensetur utilitate publica obveniente, ex perpetuitate familiarum illustrium.

Cui ignota vota, quibus recepta à Germanis fideicommissa, pactaque familiaria, orta, & recepta ad memoriam, honorem, gloriamque familiarum illustrium? (41.) Ex quo iusta, & immutabilia inita inter Saxonicam domum, & Lanſgraviam: Saxonicam, & Brandeburgensem, excluſis filiabus, evocatis maribus ad successionem; etsi ex tunc extraneæ familiæ habebantur, ut de pacto reciproco successionis inter Bohemiæ Reges, & Archiduces Austriæ dignoscitur: (42.) Cùm remotio fœminarum non solùm singulis familiis, sed Reipublicæ toti, & Regno fructuosa, salutaris, proficuaque sit.

Et si attentè notatur mens omnium scribentium in laudem legis Salicæ inventæ libidine Philippi Valesii, ad removendum Eduardum Angliæ Regem ab sceptro Gallicano; non alio innititur principio, nec

(37.) Numer. *cap. vlt.*

)38.) *Cap. 1. §. Hoc autem de his qui feud. dar. poſſ. cap. vnic. quemadm. feud. ad fœm. cap. vnic. § Si quis igitur, & §, Filiæ de ſucceſſ. feud. ca. vnic. de feud. fœmin. ca vnic. de natur. ſucceſſ. feud.* vbi Scribent. Freder. à Sand. *comment. in conſuet. feud. Geldriæ, tit. 3. cap. 1. §. 1. n. 16.*

(39.) Vide ſup. §. *nu.* 28. 44. 51. *& 52.*

(40.) Paul. de Caſtr. *conſ. 324. n. 1. vol.* Boer. *1. deciſ. 339.* Natta, *conſ.* 474. Andr. Gayl. *lib. 2. obſer. 126. num. 9.* Harman. Piſtor. *quæſt. lib. 4. quæſt. 2. num. 20.*

(41.) Andr. Gayl. *lib. 2. obſer. 127.* latè. Philip. Knipſch. *de fideicom. famil. cap. 8. per tot.* Vlderic. Zaſ. *conſ. 2.* Theſaur. *deciſ. 225.* Theod. Reinfing. *de Regim. ſæcul. li. 1. clauſ. 4. cap. 18.* Ant. Fab. *in conſult. Ducat. Montiſferrat.* Papon. *arreſt. lib. 20. tit. 2. arreſt. 1.* Harm. Piſtor. *dict. q. 2. n. 20.* Maximil. Fauſt. *conſil. pro ærar. conſ. 135. clauſ. 4.* Anton. Coler. *de jur. Imper. theſ. 70. & 71.* Beſold. *diſp. de Reg. ſucceſſ. diſſert. 13. theſ. 47.* Barthol. Muſcul. *de pact. ſucceſſor. illuſtr. perſonar.* Supra *n. 9.*

(42.) Theod. Reinfin. *dict. cap. 18.* Maximil. Fauſt. *dict. conſ. 135.* Barthol. Muſcul. *dict. tract. concl. 8. & ſeqq.*

alio firmatur fulcro, quàm auertendi minutionem Majeſtatis, faſciumque Gallicanorum, provenientem Regno, & ſubditis ex tranſlatione Diadematis in exterum Principem. (43.)

(43.) Hen. Arniſ. *Politic. lib. 2. cap. 2. ſect. 12.* Ioan. Lymn. *notit. Franc. lib. 1. cap. 8. teſtimon. litter. HH.*

Nec etiam turpis, ambitioſa, pœnaliſvè Reginæ Chriſtianiſſimæ excluſio à Regno Hiſpaniæ dicenda: Non enim ex quo Rex Pater Regni ſucceſſionem efformavit filia rejecta, pœna ipſi filiæ infertur, nec proli, cùm illam rejicere conveniat ad Regni ſplendorem, & dignitatem, ipſiuſque Reipublicæ ſalutem, & utilitatem. Nàm quemadmodum pœna dici nequit, quòd fœminæ ab officiis Civilibus remotæ, & excluſæ ſint, & quòd in aliis juris conſtitutionibus deterior ipſarum conditio conſtituatur, propter ſexus imbecillitatem, ità etiam inæqualis, & ambitioſa exhæredatio Reginæ Chriſtianiſſimæ decantanda non eſt, nec pœnalis, cùm ex juſta cauſa orta ſit, nimirùm conſervationis Regni, & ſalutis publicæ, etſi dura Reginæ videatur, & ipſa ægrè ferat: Nàm publica ſalus ſuprema lex eſt, & publicum commodum commodis filiæ à patre præferendum fuit.

(44.) Ex Angel. *conſ. 68. num. 4.* Corn. *conſ. 335. num. 18.* Bartho. Muſcul. *de confratern. ſive pact. illuſtr. perſon. concl. 10.*

Nec injuſta etiam, ex quo de ſupremis Domaniis, de Regniſque diſpoſitum: (44.) Regna enim, Imperia, & Domania teſtamentariæ diſpoſitioni, vltimæque voluntati Regum ſubſunt. Ex quo invenimus hæreditarias inſtitutiones emologatas ab Attalo Rege Pergami, Ptolomeo Alexandro Ægypti, Herode Hieroſolymæ, & Roberto Burgundiæ. Quod maximè receptum apud Francos, inter quos reperitur Ludovicum Pium, Lotharium, & Dagobertum, de Regno teſtamentariè conſtituiſſe, tàm inter filios, quàm extraneos, abſque Regni, aut ſubditorum querela, inofficioſitateque. Nec obviam itur executioni voluntatum, etſi de Majeſtate diſponant, cùm hæreditario jure deferretur Regnum vſque ad placitum Hugonis Capeti Conſtituentis, ut Francorum Diadema ſanguinis jure, non teſtamentaria voluntate deferretur. (45.)

(45.) Beſold. *dict. diſp. Nomocopol. diſſer. t. 1. n. 15.* Supra §. 5. *n.* 42.

Haud negare poſſumus, fuiſſe quoſdam credentes, Hiſpanorum Regna ſanguinis jure delata, (46.) ſed tamen

(64.) Latè Molin. *de Primogen. lib. 3. cap. 6. à num. 5.*

men ſemper apud Hiſpanos Reges actum, collimantes, & voluntatem, & jura ſucceſſionis ad apicem Regni unione inſeparabili; ac quod ſi elogium Regis contrarium non ſit honori Regni, legum conſtitutioni, & fundamentalibus præceptis conſtituentibus, ne exteri ad Regni culmen aſcendant, (47.) id ſervetur, quod à Rege ultimo poſſeſſore teſtatum ſit.

(47.) *Concil. Tolet. III. & IV.* Adducti §. 9. *à num.* 17.

Hoc jus à prima Hiſpanici Regni periodo receptum habemus. Nam etſi Ormiſinda Pelagii Regis filia mortuo Patre Regnum ſuſcepit, non id tamen jure ſanguinis, nec mariti Idlephonſi agnati proximioris Recharedi Gothorum Regis, (48.) ſed ex teſtamentaria Patris voluntate. (49.) Quo more ſervato Idelphonſus Caſtus hæredem Regni teſtamento inſtituit Ramirium filium Beremundi; (50.) quæ diſpoſitio, ut æqua, legibuſque antiquis conſona, executa fuit, & repulſa illa, ex qua voluit tradere Regnum Carolo Magno extero, peregrinoque in ſolo nato. (51.) Hinc Caſtellanorum Reges ultimis in elogiis de Regno diſpoſuerunt, ut ex Sancii Regis monumento euincitur, Ioanniſque Regis, hæredibus inſtitutis Sancio, Idelphonſo, & Garcia. (52.)

(48.) Sebaſt. Sal. Epiſc. *Era* DCCC. LXXVII.

(49.) Marian. *Hiſtor. Hiſpan. lib.* 7. *cap.* 4.

(50.) Marian. *dict. lib.* 7. *cap.* 12. Ambroſ. de Moral. *lib.* 13. *cap.* 51.

(51.) Dixim. §. 7. *num.* 57. *&* §. 9. *num.* 25.

Et quanquam legibus Alphonſinis Regnum ſucceſſivo jure deferri conſtitutum diximus; cùm verò Regum mentes colliment in ſalutem publicam, ſubditorum utilitatem, quod eſt primum illorum munus, & officium; abſolutè omnes Hiſpaniarum Reges condidère teſtamenta, in quibus filios hæredes Regni inſtituère, illoſvè, quos convenire ſaluti publicæ credidère, cùm hæc ſit ſuprema lex, ſupraque naturalem ſucceſſionis ordinem. Quod etiam inter Francos receptum, in quorum monumentis refertur, quod etſi Hugo Capetus legem edidit ſucceſſionis, Regnumque ſtatuit ſanguinis jure deferendum; attamen obliterata lege, communis boni cauſa, Robertus filius ipſius Hugonis exhæredato filio majori, inſtituit Henricum ſecundum filium in hæredem Regni. (53.)

(52.) Marian. *lib.* 8. *cap.* 1. *&* 13.

Indè eſt, quòd more Majorum ſemper, & vbique ſervato, ex teſtamento inſtituuntur Regni ſucceſſores. Exemplo ſint teſtamenta condita à Regibus Hen-

(53.) Dixim. §. 5. *num.* 43.

rico III. (54.) Regina, & Rege Catholicis Ferdinando, & Elisabetha, Carolo V. Imperatore, Philippo II. & III. Idem videre est in Aragoniæ Principibus Sancio Majori, Petronilla Ramirii Monachi filia, quæ instituit ultima in voluntate Ildephonsum nepotem; sicuti, & Iacobus, Petrus, aliique relati à Zurita, & Ancharrano. (55.)

Ex hoc Regio more, consuetudineque recepta inter Hispanos Principes, Hispanicas Dominationes, Regnaque; etsi à Pelagio successione delata sint, translataque de patre in filium, adhuc tamen mixta habita est successio, præcipuumque jus in ea censetur hæreditarium, (56.) & mixtum unione inseparabili, nempè si concurrant naturæ votum, ac Regum testantium ad conservationem antiqui nominis, & tituli honoris Regni, nè ad exterum Principem in minutionem Majestatis dilabatur, qualiter in admissione Petronillæ filiæ Ramirii Regis Aragoniæ ad Regnum paternum notatur, executa ex voluntate patris, nuptæ Ramonio Barcinonensi Comiti, eo fine: *Vt vitarentur gravia incommoda, quæ minabantur, si sceptrum ad exterum Regem deveniret.* (57.)

Hæc summa ratio, supremaque lex mentem Regis nostri direxit ad emologandum ultimum elogium, adinstar voti, & dispositionis prædecessorum Regum de Regno testantium, attenta utilitate publica, & subditorum, cæteris naturæ, & sanguinis obliteratis vinculis, ut ab Ildephonso Rege Aragoniæ (58.) executum invenimus, qui ob euitanda damna imminentia ex translatione Majestatis in exteram manum, filias à successione Regni excluſit, votum matris Petronillæ adimplens, quæ etsi fœmina, etiam filias à successione rejecit: (59.) Nàm cùm Reges ante omnia Deo, deinde Patriæ nati sint, pòst familiæ decorandæ, & unicuique quod suum est tribuere debeant, sequitur necessariò post Deum, Patriæ, & Regni commodum, præferendum commodis filiorum, singularibusque uniuscujusque illorum emolumentis, maximè in his, quæ ad Regni, Majestatis, & Dignitatis splendorem, & honorem spectant.

(54.) Testamento del Señor Rey. D. Enrique III. Gil. Gonçal. *en su Histor. cap.* 88. Señ. Rey Catolico, Maria. *lib.* 30. *cap.* 27. Señor Emperador, Sandou. *en su Histor. lib.* 32.

(55.) Zurit. *Annal. lib.* 8. *cap.* 5. Anchar. *conf.* 335. D. Nicol. de Castr. *Portugal. convencid. cap.* 4 *sect.* 6 *par.* 2.

(56.) Oldrald. *conf.* 94. *n.* 6. *& conf.* 95. *&* 231. Besold. *disp. Nomocop. dissert.* 1. *thes.* 10. Philip. Knipschilt *de fide icom. famil. cap.* 3. *n.* 21. Covar. *practic. cap.* 1. *num.* 6. Camil. Borrel. *de præst. Reg. Cathol. cap.* 56. Vincent. Cabot. *lib.* 1. *disp. cap.* 10.

(57.) Zurit. *dict. lib.* 8. *cap.* 5.

(58.) Zurit. *dict. cap.* 5.

(59.) Supra *num.* 4.

Si

Si enim illa vltima placita Regum, juſta, & legitima laudata ſint, quia in vtilitatem publicam collimata, qua ratione, quo jure injuſta & naturæ inimica erit illa clauſula, quæ jura Reginæ adêmit ob Patriæ, Regni, & ſubditorum commoda? Nonnè inimicum naturæ dicendum placitum Francorum, conſtituens (Carolo Vtino Rege è vivis ſublato) quòd ſi Regis uxor (60.) Clementia prægnans ederet in lucem poſthumam fœminam, nec illa poſtremò nata, nec Ioanna filia ipſius Regis ſuſcepta ex primo thalamo Margaretæ filiæ Ducis Burgundiæ, ad apicem Regni aſcenderent? Et ſi jure id conſtitutum, laudatumque à Philippo defuncti Regis fratre, tunc temporis regias habenas gubernante, & quidem precario (cùm jure Franco Gallico ad Reginam viduam pertineret regimen) ab ipſaque Regina, etſi filiabus jura naturæ adempta eſſent, deletaque illa effigies Creatoris, quæ ſplendidior in Regibus videtur, attenta tantùm ſumma ratione publica, nè in exterum deveniret alueus ſucceſſionis Regiæ; quid diverſum in Regia noſtri Regis Catholici voluntate, quod illam inimicam conſtituat naturæ, Gallicanam verò conſonam juſtitiæ, & æquitati?

(60.) Paul. Æmil. *de Reg. Franc. in Philipp. Hutin.* Meyer, *Annal. Flandr. lib.* 11. Suer. *lib.* 10. *Annal. Flandr. ann.* 1316.

Sed etſi ex dictis pulchram Regis noſtri voluntatem jactare poſſimus, decoratamque illis juſtitiæ, & æquitatis ornamentis, quibus antiqui Reges ſua decorarunt elogia; & adhuc in ipſius tutelam circumſtent proxima avorum exemplaria Caroli V. Philippi II. & III. quos invenimus nixos ipſo Majeſtatis & Regiæ poteſtatis principio, quo Rex noſter, ſua condidiſſe teſtamenta, & attenta ſalute publica, juribuſque à filiis, & filiabus antenuptialibus renuntiationibus ſtipulatis, de ſucceſſione illorum conſtituiſſe: & jura publica in commercio inducta ſint, demptaque ſtirpi Regiæ adhuc nec ut injuſta rupta, nec ut inofficioſa relata, nec inimica naturæ dicta ſunt.

Imperator enim Carolus V. expreſsè teſtamento (61.) diſpoſuit de ſucceſſione Statuum Belgicorum, Burgundiæ, & Brabantiæ, attentis tantùm conditionibus, & pactis initis in fœdere antenuptiali Philippi Principis, & Mariæ Anglorum Reginæ, inque illorum

(61.) Teſtamento del Señor Emperador, referido por Sandov. en ſu Hiſtor. *par* 2. *fol.* 867.

implementum, aut defectionem, progrediens ad constituendam successionis formam necessariam in decus, & splendorem Regni, & subditorum. Quod idem à Philippo II. executum, quoad Status Belgicos quos antenuptialiter donaverat Elisabethæ filiæ, ad matrimonium cum Archiduce Alberto: Et à Philippo III. testante attentâ renuntiatione antenuptiali Annæ Reginæ Christianissimæ, stipulata ad matrimonium Christianissimi Ludovici XIII. (62.)

(62.) L. 7. tit. 7. lib. 5. Recopil. Dixim. de leg. Polit. lib. 2. cap. 14. à num. 30. & 61.

Cùm ergo his exemplis, nostri Regis voluntas progrediatur justa, & legitima, & tanquam Castrorum acies otdinata, in illius tutelam utendum non est auxiliaribus armis voluntatum Regum Davidis, (64.) Xerxis, Seleuci, Caroli Magni, Ludovici Crassi, aliorumque constituentium successiones, præferentiumque ad Regnum aptiores, (63.) attentâ utilitate subditorum, non proximiores inspecto jure naturæ, & sanguinis.

(63.) Mier. de Majorat. par. 4. q. 1. n. 292. Vt scilicet filii succedant jure sanguinis, & prorogentur illi, qui sunt aptiores.

Nec immanis, & inusitata clausula declamanda, nec juri adversa, ex eo quod filiæ, stirpique suæ alienos anteponeret: Nam aut Regia voluntas directè disposuit in favorem filiæ secundæ Margaritæ tunc Serenissimæ Infantis, nunc Imperatricis Augustæ, cùm illam, ut stirpem suam, ad Regni, & Imperii Hispani successionem vocavit: & hoc in casu disposuisse Regem in alienos dicendum non est, immò inter suos in favorem stirpis propriæ, in gnatam legitimam, primum successionis locum repræsentantem, cum Regina Galliarum Major filia communis Patris, virtute renuntiationis gradum, & locum amiserit, habendaque sit tàm quoad se, quàm ad prolem, ac si non esset in rerum natura, subrogata Sorore, illaque occupante primum naturæ gradum; ex quo legitimè à Patre instituta, & vocata est.

(64.) Dixim. §. 1. à nu. 35. 48. & seqq.

Aut concepta fuit, ac præscripta forma successionis Regni, attentâ salute publicâ, utilitateque communi; vocatis his, ex quorum admissione nomen, titulus, splendor, ac dignitas apud Hispanos necessariò permanerent absque diminutione, mutatione vocis, vestium, & morum; quod esset impossibile, si Hispana

Ma-

Majeſtas Gallis commiſceretur : Hic vertitur cardo; Scylla, & Charybdis hæc eſt. Et eo in caſu, in quo vocantur exteri, ſed de eadem ſtirpe, & propagine ad Hiſpaniæ clavum, illi non cenſentur exteri, nec alieni, cùm ut ſupremum apicem ſuſcipiant Hiſpanici Regni, obliterabunt ſtemma propriæ ſtirpis.

Quare ad inducendam, ut injuſtam Regiam voluntatem, nil obeſt ſententia adducta ex Covarruvia, Fabro, & aliis aſſerentibus. Primò : Non eſſe credibile Regem optimum, ſic omnem humanitatis ſenſum exuiſſe, ut filiæ, & ſtirpi ſuæ, nepotibúſque alienos filios anteponeret, præcipuè attentâ juris præſumptione, charitateque naturali, quæ non patitur, ut excluſis liberis, alieni ad hæreditatem vocentur. (65.) Secundò : Filiam renunciantem perſonaliter removeri poſſe à ſucceſſione bonorum, non verò ex eo, quod excluſa ipſa ſit vi pacti, excluſos cenſendos, qui ab ea derivantur. Undè deducitur, quod etſi ob renuntiationem Regina potuit à Patre exhæredari ipſa, non verò removeri nepotes à Regno, quibus etiam excluſa Matre, per ſucceſſorium edictum apertus erat locus ad ſucceſſionem ex jure ſuo.

(65.) *L. Cum acutiſsimè C. de fideicomm.*

(66.) *L. Lucius Titius, §. Quæſitum, de legat. 3. l. fin. C. de verb. ſignif.*

Nam prima ratio, etſi tanti ponderis, elevatur, fræ-
numque recipit à voluntate (66.) expreſſa teſtantium; (67.) præcipuè in ſucceſſione Dignitatum, dùmque agitur de immunitate ſplendoris illuſtrium familiarum, (68.) ut exemplis pactorum Auſtriacæ familiæ, Hungaricæ, Saxonicæ, & Brandenburgenſis, notatur à Scriptoribus. (69.)

(67.) *L. Cum ita, §. In fideicommiſſo. de legat. 2. l. Lucius, l. ult. de hæred. inſtit.* argum. *l. Publius, §. Titia. de cond. & demonſtr. l. fin C. de verbor. ſignif.*

(68.) Iaſ. *conſ. 1. n. 13.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 15. n. 1.* Caſtanat. *conſ. 45 num. 48.* Ludou. Morot. *reſp. 99. num. 20.*

Sicuti, & ſecunda ex jure, & Scriptorum aſſenſu: Agunt enim, an valeat pater abſolutè per contractum, vel ultimam voluntatem exhæredare, removereque ab hæreditate, & ſucceſſione filiam renuntiantem hæreditates, ſucceſſioneſque paternas in tabulis antenuptialibus, filioſque ac ſtirpem renuntiantis ? Et quamvis ſint aſſerentes, vi pacti renuntiantem pro mortua habendam, & tanquam quæ ſi non eſſet in rerum natura, (70.) poſſe parentes de omnibus bonis abſolutè diſponere, excluſâ, omiſſâ, ſeu exhæredatâ filia reeuntiante, maximè in maſculorum, & agnationis favorem : Quæ liber-

(69.) Supra *num. 41.*

(70.) Poſt adduct. *n. 76.* Franch. *deciſ. 552. n. 7.* Ponte. *conſ. 40. n. 11.* Surd. *deciſ. 14.* Donad. *dict. cap. 2. n. 123.* Barthol. Kellemb. *de renunt. illuſt. fœmin. q. 37. num. 28.*

tas

tas disponendi, etiam contra stirpem renuntiantis (71.) extendenda, cùm à radice infecta non producantur fructus, sed hos quoque rejiciendos esse. A quo principio, inter Francos (72.) laudatam exclusionem filiarum, & stirpis renuntiantium in tabulis antenuptialibus, & etiam laudandam esse Regis nostri dispositionem, fateri necessariò possemus, sicuti laudata fuit repulsa Eduardi à Regno Gallicano, cùm nequiret Isabella Mater tradere filio, nec in morte relinquere, quòd ipsa sibi vindicare non vellet. (73.)

Adhuc fulcitur receptiori, ac saniori mente, votoque scribentium, moreque, & usu Hispano, & Gallicano, (74.) à quibus habitum immutabile, & firmum axioma: ut ad admissionem, aut exclusionem personalem renuntiantis, realemque filiorum, & stirpis, notanda sit renuntiationis natura; nàm si personali tantum Patris positione attenta, concepta est renuntiatio, utque possit pater limitatè inter filios distrahere bona, juraque remissa, tunc, cùm limitata sit authoritas, limitatos effectus producere poterit; quare his deficientibus, in quorum commodum beneficium concessum est, filia ad successionem etiam bonorum, & rerum renuntiatarum admittenda est: (75.) Mens Covarruviæ, Fabri, aliorumque ea est. (76.)

Si verò renuntiatio realis est in familiæ, & agnationis utilitatem, ut de bonis renuntiatis majoratus familiarevè fideicommissum relinquatur, vel ut bona in decore antiquo, nomine, & avito honore serventur incolumia; tunc patri aperta est liberè disponendi facultas, testandique absque injuria, aut violatione jurium filiæ, & stirpis: nec locus erit filiis, aut nepotibus ad querelam, ruptionem, ullumque aliud remedium contra parentis voluntatem, scripto, aut verbo, neque injusta, contraque naturæ jura vocari potest, immò justa, & æqua, & quæ digna sit executioni mandari. Qualiter executa fuit exclusio stirpis Violantis filiæ Regis Aragonum, quæ in tabulis antenuptialibus remiserat, ac renuntiaverat jus, spemque ad Regni successionem. (77.)

Cùm ergo in fœdere antenuptiali stipulata fuisset

(71.) Post Bart. *in l. 2. §. Videndum, ad Trebel.* Molin. *de Primog. lib. 3. cap. 5. à n. 41.* Fusar. *de substit. q. 404.* Philip. Knipsch. *de fideicom. famil. cap. 8. à n. 240.*

(72.) Ann. Rober. *rer. judicat. lib. 2. cap. 5.* Papon. *arrest. lib. 16. tit. 4. arrest. 6. & 7.* Mayn. *decis. Tholos. lib. 4. decis. 23.* præcipuè *num. 5.*

(73.) Paul. Æmil. *in Carol. IV. Ego contrà defendo nihil in Regnum hoc juris penes mulieres esse: & quam spem mater Isabella vindicare sibi ipsa nequeat, eam nec in vita filio tradere, nec in morte relinquere posse,* Hening. Arnisæus. *Polit. lib. 2. cap. 2. sect. 12 nu. 52.* Ex Paul. de Castr. *cons. 364.* Alber. Brun. *de statut. exclud. fœmin. art. 6. n. 89.* Franc. Pisc. *eod. tract. num. 48.*

(74.) Dixim. §. 2. *à n. 12. n. 47. 51. & 52.*

(75.) Ancharran. *cons. 339 num. 10.*

(76.) Covar. *cap. Quamvis pactum, 3. par. §. 3.* Ant. Fab. *in Cod. tit. de pact. & de error. Pragmat. Decad. 13. error. 9.* Cancer. *var. par. 3. cap. 15. à n. 17.* Boër. *decis. 184.* Molfes. *ad consuetud. Neapolit. tit. de renunt. par. 2. nu. 8.* Honuf. Donad. *de renun. cap. 2. à num. 117.*

(77.) Zurit. *Annal de Arag. lib. 11. cap. 83.*

ſet noſtra renuntiatio, poſteaque in vim fœderis executa, non attenta parentis poſitione perſonali, ſed Regia; (78.) nec limitativè in commodum patris, & filiorum, ſed Regni, & Patriæ, (79.) adque ſalutem publicam conſtantem in diſtinctione, & ſeparatione Regnorum Hiſpanici, & Gallicani; legitimum, firmumque fuit jus Regi noſtro ad emologandam voluntatem, ſcalamque ſucceſſionis Regni conſtruendam abſque violatione juris filiæ, illa ſtirpe ejus excluſa, exhæredata, & rejecta, (80.) dùm excluſio utilis haberetur ſaluti publicæ.

Miramur ergò à tam ſapienti viro inculcatum: (81.) *Non potuit ſanè in mentem venire Sereniſſimæ Infanti, ut jura ſua, & Principatus omnes jam delatos ſorori ſuæ juniori concederet*; ut indè declamat, contrariam naturæ juri voluntatem Regiam, cum haud ignotum ei ſit, Primogenituræ jura renuntiari poſſe (82.) pacto, eique ſtandum eſſe, etiamſi in favorem fratrum minorum ordinata ſit, & concepta renuntiatio; [83.] ut omiſſa renuntiatione Primogenituræ facta ab Eſau in Jacob, evincitur: [a] Ex executa à Violante Aragoniæ Regis filia, in favorem Martini patrui: Joannæ filiæ Philippi Regis Navarræ, in favorem Mariæ ſororis minoris ad nuptias Petri Aragoniæ Regis: (84.) Joannis Primogeniti Philippi Audacis Burgundiæ Ducis, in favorem Antonii fratris minoris, de ſucceſſione Ducatus Brabantiæ, cujus virtute Principatum recepit, tranſtulitque in Joannem, & Philippum filios. (85.)

(78) Covar. & Fab. adduct. *num.* 76. Barthol. Kellemb. *de renunt. illuſtr. fœmin. q.* 39. *per tot.* præcipuè *à n.* 13: Boër. *deciſ.* 204. *n.* 40.

(79) Virgil. adductus *ſupra lib.* 11. *Æneid.*
Cedat jus proprii Regi, Patriæque remittat.
§. 7. *num.* 54.

(80.) Supr. §. 4. *n.* 20. §. 5 *num.* 27. §. 9. *à n.* 9.

(81.) *L. fin de pact. l. Papinianus.* §. *Conditioni, de inoffic. teſtam. l. Non dubium. verſ. Illud. Cæod. l.* 2. *de fideicom.*

(72.) Philip. Knipſch. *de fideicom. famil. cap.* 16. *n.* 125. Ex Angel. & aliis Boër. *deciſ.* 204. *num.* 39. & 40.

(83.) Doctores adducti *à n.* 70. *præcipuè n.* 76.

(a) Geneſ. *cap.* 25. latè poſt Div. Thom. Cajetan. Abulenſ. Perer. in Geneſ. *diſp.* 8. latè antiqui Scribentes *in l. pactum dotali, C. de pactis.*

(84.) Dixim. §. 4. *nu.* 40. & 41.

(85.) §. 9. *num.* 89. & *Tract.* 2. §. 1. *num.* 44. §. 1. *à num.* 63.

§. XI.

RESPONSIO OBJECTIONI OPPOSITÆ, ex dispositione Regis nostri, quatenùs à successione Regni excluſit Reginam Christianissimam, prolemque natam ex connubio Regis Christianissimi, eamque admisit, & vocavit superstitem liberis orbatam.

ETsi omnia à Gallo Assertore decantata ad oblitterandam antenuptialem renuntiationem Christianissimæ Reginæ, Catholiciqúe Patris Regis votum, à temporaria adulatione proveniant: Attamen, quæ noviter in Pium, Justum, Regiumque animum imponuntur, latratus veri sunt vulpecularum, canum illorum, quibus Childerico Francorum indita à Basinia uxore fuit tertia Francici Regni ætas. (1.) Sed cùm dignosceret in vanum elaborasse, nihilque egisse, cùm ex omnibus machinationibus suæ deperditæ rationis diffidentiam ostenderet; imò potiùs apertam mansisse Gentibus viam ad cognitionem injustitiæ, quâ violatis sanguinis, & charitatis vinculis, Flandricum à Rege Christianissimo susceptum bellum, armaque in Hispana Dominia turbativa vi inducta; anxiè egit ad purgationem publicam actionum Christianissimarum, asserens: (a) *Quàm injusta sit, & naturæ inimica illa clausula, quæ Regni jura stirpi Regiæ adimit, eaque in alienos confert, satis demonstratum arbitramur: quæ hanc excipit, non naturam modò, sed etiam religionem videtur, & matrimonii dignitatem oppugnare. Hujus itaque clausulæ ea summa est, Reginam Christianissimam Principatus, successionum jura, & spes omnes abdicare, nisi fortè, & vidua, & liberis orbata fuerit: tùm enim sua jura omninò salva, & integra retinebit. An ferenda est tàm inhumana conventio? Quæ matrimonii causa, qui finis, quæ vota, nisi proles ipsa, aut liberorum educatio? Quid est dignius, in quo omnis parentum diligentia, labor, industria consumatur? Nepotibus etiam in longum tempus futuris avi prospiciunt: hinc substitutiones, & alia juris subsidia sunt excogitata, quibus posteris suis cavere parentes solent. Nihil denique natura hominum generi charius, nihil jucundius esse voluit. Id munus cœleste est, & divinæ indulgentiæ bene-*

(1.) Guag. *Histor. Reg. Franc.* in Childer. ex Aymon. Petr. Gregor. *lib. 13. de Repub. cap. 33. num. 20. Tertia canes, vulpeculas, & alia similia minuta animantia.* Et post: *Tertiam autem fraudibus, seditionibusque refertam.*

(a) *Tract. Regin. Christian. fol. 137. num. 4.*

beneficium, spes parentum, familiarum decus, Reipublicæ robur Ergone fœcunditas, quæ semper in honore fuit, huic connubio, quo non aliud est in orbe splendidius, uni Reginæ Christianissimæ calamitosa, & acerba futura est? Quod si primogenitum Ecclesiæ filium Regina pepererit, hic, priusquàm usura hujus lucis fruatur, exhæres erit, materna successione movebitur, & quod indignius est, matri ipsi erit exitiosa fœcunditas: nàm aucta prole, jura sua, & spes Regni simul amittet. Contra sterilitatis præmium eam manet, bonorum suorum, & Principatuum illibata possessio. Quàm perversa est illa, & præposterа Hispanorum prudentia, quâ Rex Christianissimus Pater esse non potest, quin sponsa exhæredetur: nec Reginæ filius nasci, quin & Mater, & filius avitis Regnis spolientur. Nihil profectò leges ipsæ æquè respuunt, atque illas clausulas, quæ nuptiarum libertati, & matrimonii dignitati repugnant. Si quis ea conditione mulieri quid legaverit, dum ea non nubat, etiamsi nupserit, legatum ab ea peti posse leges decernunt. Infinita sunt hujus generis exempla: Sed in re tàm usitata monuisse nullo jure, nullis moribus, sterilitatis, aut orbitatis præmium mulieribus unquàm fuisse propositum. Atque hujusmodi conditiones, quæ nuptiarum votum, aut liberorum procreationem impedire possunt, pietati Christianæ, bonis moribus, imò & Philosophorum decretis omninò repugnant. Sæpè incidunt tempora, cùm bona repetuntur, ubi hæredes, aut legatarii sine liberis decesserint. At nunquàm conditio contraria recurrit, ut si quis liberos susceperit, hæreditatem, aut legatum reddere teneatur: inhonestum quippè visum est vinculo pœnæ matrimonia obstringi.

Illud itaque portenti simile videtur, instrumento dotali cavere, ut mater exhæres futura sit, si liberis augeatur: cùm pacta dotalia ad liberorum utilitatem comparentur, eò spectent nuptiæ, in eam spem jungantur connubia; nulli ante hæc tempora hujusmodi conventio in mentem venerat. Ne illorum quidem, qui nuptias damnabant, eò provecta est audacia, ut matrem omni hæreditate pellerent, quod liberos genuisset. Eam tamen vim habet hæc clausula, eò tendit, ut Regiæ Principi patrimonium adimatur, si sit prole fœlix. Memoriæ quidem traditum est Reginas olim Imperio mulctatas fuisse, quod steriles essent, quod spe sobolis Majestatem Regni non sustinerent: sed nullo dùm exemplo proditum fuit, ut Principi fœcunditas fraudi esset, & ob eam causam throno dejiceretur, quòd liberos procreasset: cùm sceptra ipsa, & Im-

peria ſtirpe Regia, ac liberis firmentur. Ergò Regina ex omnibus una eſt, cui dignitas matris, aut filii decus ſit detrimento. Neque enim perſona diſplicet, ſed matris honos, aut prolis ſplendor apud Hiſpanos offendit. Nihil haberet negotii, aut controverſiæ, ſi ſterilis foret: at fœcunda ſine ſummo fortunarum omnium diſpendio eſſe nequit. Divina indulgentia, vis Sacramenti, natura ipſa in cauſa ſunt, cur patriis bonis exuatur: quæ omnibus glorioſa eſt, & decora, uni Reginæ eſt exitioſa fœcunditas, quæ ad ſucceſſiones dare ſolet aditum, huic omnes eripit, quæque eſt votorum ſumma, hìc ſola eſt exhæredationis ratio.

O Imperii ſacra libido! quanta vi humana pectora cogis, mentes elevas, obcæcas oculos, obtrudis aures, ut naturæ, [2.] & amoris ſtragulamentis detruncatis, ſacraque violata jurisjurandi Religione, nec ratio ſervetur, nec juſtitia gaudeat perpetuitate, & conſtantia neceſſaria!

Declamat enim Gallia Divina indulgentia, voto juris Gentium, & Communi, Reginam Chriſtianiſſimam ad paternam ſucceſſionem evocatam. Immemor, Robertum Comitem Atrebatenſem Regni Gallicani voce, ad Excluſionem Eduardi Regis Anglorum à Regno Francico, firmiter aſſeveraſſe Divino jure [3.] ſancitum eſſe, ut fœminæ ſuum ſexum agnoſcant, neque gentibus jura dicant.

Quo ſapientiæ radio illuminata nunc fuit Gallorum mens, ad aſſerendum, filias eſſe munus cœleſte, beneficium Divinæ indulgentiæ, familiarum decus, & Reipublicæ munimenta? tunc verò, ut haberentur finis familiarum, extinctio honoris, & virtutis Regnorum, ob idque removendas, excludendas, rejiciendaſque ab illorum ſucceſſione? tunc enim publicam Gallorum repulſam meruit Eduardi dolor, quo à Gallis quæſivit: (4.) *Quid tandem ſceleris admiſit Eduardi mater, ut à Rege orta, Regumque ſoror ſpe Regni privari ipſa debeat, nec jus ſuum ſpemque relinquere poſſit.* Quidque ſceleris admiſiſſet mater à Rege orta, Regumque ſoror, ut ſpe Regni, privari deberet, nec jus ſuum filio maſculo relinquere?

In tantæ aſſertionis votum ad removendas fœminas à Regnorum ſucceſſione (5.) illarumque proles innixum

(2.) Senec. ..... *Pro Regno velim Patriam, Penates, conjugem flammis dare, Imperia pretio quolibet conſtant benè.*

(3.) Paul. Æmil. *in Carol. IV, Dico jure item Divino ſancitum, ut fœminæ ſexum ſuum agnoſcant, intraque illum ſeſe contineant: Jura gentibus ne dicant.* Guilielm. Bened. *cap. Raymutius. verbo Duas habens filias, num. 78. & 79.* Suer. *Annal. Eland. lib. 11. fol. 428.* Joan. Lymn. *not. Regn. Franc. lib. 1. cap. 8. in teſtimon. litt. HH.* Papon. *lib. 4. arreſt. tit. 1. arreſt. 2.* Hening. Arniſ. *Polit. lib. 2. cap. 2. de excluſ. fœmin. ſect. 12. n. 51.*

(4.) Paul. Æmil. *de Reg. Franc. in Carol. IV. Quid tandem ſceleris admiſit Eduardi mater, ut à Rege orta, Regumque ſoror ſpe Regni privari ipſa debeat, nec jus ſuum, ſpemque relinquere?*

(5.) Idem Æmil. *Ego contra defendo, nihil in Regno hoc juris penes mulieres eſſe, & quam ſpem mater Iſabella vendicare ſibi ipſa nequeat, eam nec in vita filio tradere, nec in morte relinquere poſſe,* Suer. *dict. lib. 11.* Joan. Lymn. *not. Franc. lib. 1. cap. 8. litt. HH.*

xum jure Divino, Gentium, & publico, à quo communi Gallorum assensu laudatum. (6.) Quid novi in ipso jure Divino, & Gentium inventum ab assertore, ut pactum, Regiumque placitum in honorem Regni, & salutis publicæ emologatum, injustum decantet, contrariumque naturæ, & sanguinis juri? Nunquid mens Regia collimavit in aliud, quàm ad conservationem Majestatis, & nominis proprii? Exclusio filiæ non in ejus odium versata fuit: nec præscripta absolutè, sed constituta, ac præcepta tamdiù, quamdiù ex admissione quæreretur incommodum Regno; & saluti communi? In quo ergò, si his firmata munimentis, principiisque utilitatis publicæ innixa patris voluntas, injusta objicitur, contrariaque invenitur juri naturæ, & in quo etiam versatur inhumanitas in conventione? Si enim Eduardi repulsa à Regno Gallicano justa, ne Francorum fasces Anglicanis submitterentur: Si legitima, jurique naturæ conformis habita exclusio Joannæ, & Margaretæ filiarum Ludovici Utini, (7.) admisso Philippo Pulchro patruo, ne Diadema Gallicanum redimeret exteri Principis tempora: Qua mente injusta modulanda Regis nostri voluntas, agentis ex munere ad impediendam fascium Hispanorum summissionem in proprii Regni dedecus?

(6.) Idem Æmil. *Ius fœminis nullum in Regnum*, Lymn. *dict. litt. HH. Iuridicè magis, quàm ad historicum morem.*

(7.) Paul. Æmil. *in Ludovic. Hutin.*

Verè ignota nobis est assertoris via. Cùm etsi valeat fulcire sententiam tutantem, exclusiones fœminarum in Regno Gallico, ex legis Salicæ fundamento; inveniet, quòd legis illius virtus, & coactio potestativa, tantùm innititur voluntate Regum, semper supremè habentium, si jus violandum est, regnandi causa violandum: Placitum verò Regis nostri constituens Reginæ, & stirpis Gallicanæ exclusionem, firmatum virtute, vi, fide, ac immutabilitate supremæ legis, ortæ ex pacto fœderali inito potestate Regum, & sacra jurisjurandi religione firmato. (8.)

(8.) Liv. *lib.* 33. *Illa lex*, Martin. Scok. *de Pace, cap.* 2. Conrad. Dieter. *concl. de summ. Imper. potest. concl.* 46. Jul. Ferret. *de re milit. tract. de feriis & induc. nu.* 201. Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 11. *cap.* 14. *per tot* Petr. Gudelin. *de jur. Pac. cap.* 10.

Sed etsi adhuc objiciat Gallia, injustam Regis nostri voluntatem, ex quo exclusa Regina, & illius prole, exteros evocavit, & admisit ad apicem Hispanicæ Majestatis: meminisse oportet id fieri ex æquo, & emologari posse, ut notavimus suprà: (9.) Siquidem

(9.) Suprà §. 10. *nu.* 64. *& seqq.*

excluſio filiæ, & ab ea provenientis ſucceſſionis, non concepta, nec plaſmata fuit attenta Reginæ Chriſtianiſſimæ perſona, nec in illius privatum odium. Sed quatenus inſtitutio exitioſa, pœnalis, turpiſque fuiſſet Regno Hiſpano, faſcibus Majeſtatis, decori ſubditorum, utilitatique publicæ, & caſu, quo nec juſta tantùm, & legitima everſio, & mutatio ſucceſſionum, ſed præcepta, & à politicis [10.] commendata Regibus, quo fulcro firmatum notavit Petrus Gregorius, [11.] arcanum inter Gallos, ex quo ſucceſſionis Regni jura, etſi firmata, & transformata naturæ, & ſanguinis virtute (cùm aliàs Majeſtas Gallicana nativo honore gaudere non poſſet) tranſlata è Merovingia familia ad Carolingiam, è Carolingiaque ad Capetam.

(10.) Arniſ. etſi cautè habendus, *Politic. lib. 2. cap. 2. ſect. 4. n. 99.*

(11) Petr. Greg. *lib. 18. Syntagm. cap. 2. nu. 22.*

Miramur enim, ſic abſolutè aſſertorem dicere, antenuptiale pactum, & voluntatem Regiam immanitatis vi omnem humanitatis virtutem repuliſſe, naturæ, & ſanguinis vincula diſſolviſſe, ac quod diſcuſſa antiquitate Chriſtiana, ac politica, populorumque moribus, ante hoc ſæculum ulla unquam eſt facta renuntiatio ſimilis ſtipulatæ, executæque ad commodum Reginæ: [12.] *Nec ulli ante hæc tempora hujuſmodi conventio in mentem venerat.*

(12) Manif. *fol. 202. Tract. Regi. Chriſtian. jus in Brabant. fol.*

Sed etſi ex ipſis verbis pateat temporaria ſcribentis mens, quàmque devia ſit à via juris, cùm tamen paſſim injuſtam, naturæ inimicam Regiam voluntatem reſonet, pugnantemque eſſe religioni, & matrimonii dignitati, calamitoſam Regno, acerbam ſubditis, abſurdam planè, & iis difficultatibus involutam, quæ nulla ratione poſſunt expediri, neceſſe credimus patefacere Hiſpanas res Gallos facilè inimicos invenire, ſed non veritatis amatores, quos ſemper, & ubique credituros putamus, abſurditatem pacto antenuptiali non ineſſe, nec in placito Regio acerbitatem; abſurditatem fateor, in aſſertoris mente acerbitatemque in voluntate natam, à diuturna ſervitute, ex qua ad adulationem eſt eruditus, & ex qua etiam collectaneo quodam vitio ad concipiendam in ſe immanitatem, juriumque violationem ducitur.

Ad quod evincendum, notandum eſt: Quòd ſi Juris-

ris-Consultorum responsa, Imperatorum constitutiones, scribentiumque sententiam lustrasset, illorumque veritate versata collimasset ad disquirendum, an pactum initum fuisset sub legitimis, justis, & æquis positionibus, vel injustis, turpibus, impossibilibus, contraque substantiam conjugii; inveniret nullam in illo, nec substantialiter, nec accidentaliter inesse, nec adjectam fuisse, injustam, acerbam, nec vitiosam fœcunditati, substantiæ matrimonii, nec bono prolis. Conditiones enim, quæ à jure, ut injustæ, ac turpes rejiciuntur, pactumque sub illis initum, ut injustum, damnatumque repellitur, illæ sunt, quæ tendunt directè contra substantiam conjugii, fœcunditatem, (*a.*) bonumque prolis: [13.] Illæ verò, quæ circa extrinsecam conjugii naturam versantur, qualiter tendentia ad dotem, doarium, successionem, aut renuntiationem hæreditatum, cum quibus, & sine quibus potest esse matrimonium, justæ laudantur, nonque ut crudeles damnantur. Nec pactum tale ex eo declamandum, cùm ad hoc, ut crudelitatis nota inuratur, necesse est quòd insint in eo qualitates illæ, in quas invehit Augustinus. (*b.*)

Dùm verò conditio ad extrinseca collimatur, adque successionem bonorum ad locum, admissionem, aut exclusionem personarum, denegata hæreditate certis præscriptis, aut designatis personis; vel præcepto, ut ex tali familia, aut agnatione excludantur à successione, legitimæ habentur, justæque; nec rejiciuntur, (14) immò exequitur lex, voluntas, pactumvè sub eis constitutum, cùm non tendat contra substantiam matrimonii, sed ad res ipsas, adque jus succedendi, absolutè diversum, ac separatum à matrimonii substantia.

Quare Accursius tenuit, quòd dùm conditio respicit, commune bonum, utilitatemvè publicam, etsi secundariò cælibatum, aut viduitatem inducat, non ob id, ut turpis rejicienda, sed ut justa exequenda sit. (15.)

Ex quo, cùm in antenuptiali fœdere Reginæ Christianissimæ non versatum sit erga libertatem, matrimoniique substantiam, sed tantùm, circa renuntiationem bonorum hæreditariorum, ac successionem temporalium

(*a*) *Cap. Solent. cap. Aliquando* 32. *quæst.* 2.

(13.) *Cap. ult. de condit. appos.* ubi DD. Joan. Brunel. *desponsal. concl.* 33. *num.* 5. & 6. Galganet. *de cond. & demonst. par.* 1. *cap.* 40. Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 33. *num.* 1.

(*b*) *Dict. cap. Aliquando: Libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procuret.*

(14.) *L. Cum vir. l. Sed si hoc,* §. *Cum vir. l. Cum ita legatum, l. Pater Severinam de cond. & demonst.* ubi Bart. & Scribent. Oldrad. *cons.* 16. Surd. *decis.* 30. *nu.* 28. Galganet, *de cond. & demonst. par* 1. *cap.* 8. & 10. Ofluald. *lib.* 8. *comment. cap.* 32. *litt. H.* Menoch. *cons.* 1083. *num.* 4. Covar. *de sponsal. par* 2. *cap.* 3. §. 3 *num.* 7. Sanch *dict. disp.* 33. *nu.* 7.

(15.) Accurs. *l. sed si hoc* §. *Cum vir, de cond. & demonst. Si autem dicti liberi erant impuberes, non poterit habere legatum, si nupserit; quia in hoc casu videtur vir injunxisse uxori curam liberorum, & non viduitatem.*

fortunarum, quatenus utile esset saluti publicæ Regnorum paternorum, ad unionem illorum, & Gallicanorum impediendam, successioque Reginæ Christianissimæ, & prolis contrariaretur bono communi, non dubium utile esse pactum, nec iniquæ dicendæ sunt conditiones exclusivæ matris, & stirpis, nec contrariantes qualitati maternitatis, & filiationis, nec rationi naturæ; sicuti nec talis habita conditio successionis Regni Siciliæ, ex qua filius secundogenitus, absolutè rejicitur à successione, [16.] etiam orbato deficiente primogenito, cùm non concepta sit ratione attenta matrimonii, à quo nati filii, sed bonorum, quorum successio illam nativè recepit naturam; pactumque antenuptiale, in quo stipulatur, quòd filius primogenitus illius matrimonii expers sit successionis, fideicommissi, aut majoratus matri competentis, etiamsi ex eo violentur primogenialia jura, omni jure sacra. [17.]

(16) Bald. *in cap unic. de filiis nat. ex Matr. ad majorat. contract. Idem argumentum ad successionem Regni Siciliæ, quòd ex pacto defertur Primogenito: Quia Secundogenitus non succedit, etiam primo mortuo sine hærede.*

(17.) *L. 7. tit. 7. lib. 5. Recop.* Alciat. *lib. 9. respons.* 909. plura Larrea, *decis. Granat.* 51. *per tot.* D. Joan. del Castill. *controv. cap.* 177. & 178.

Sed ad quid cumulata tot jurium immutabilia axiomata in repulsam temporariæ assertionis? nunquid Romana censura, quæ tot formulas, & privilegia in favorem matrimoniorum induxit, quot notata ab Scriptoribus, credidit evertere illorum libertatem, & substantiam, ex quo constitutum, ut Nobilis Plebeio nupta amitteret Nobilitatis, seu Patritiatus jura nativitate quæsita? Nunquid contrariæ naturæ, adversæque libertati, ac substantiæ matrimonii habitæ constitutiones, statutaque lata ob salutem publicam, ne in exteros bona transferantur, & constituentia, ut filia nupta extra territorium exuatur bonis paternis præsentibus, aut futuris, quæsitis, aut quærendis tàm ex testamento, quàm jure sanguinis, suitatis, aut naturæ? Nullo modo: Ut justa, ac legitima laudata sunt, recepta, ac executa inter Europæos, Italosque, præcipuè Venetos, Novarenses, Mediolanenses, alioque, de quibus latè Doctores. [18.]

(18.) *L. Fœmina, de Senator.* ubi Corras. Baron. Rebuff. & Scribent. Liv. *lib. 4. & lib. 10.* Joan. Jacob. Drac. *de jur. Patric. lib. 1. cap. 7.*

Credimus sanè, supradicta omnia haud ignota fuisse Gallicano assertori, necnon, & legitimitatem, virtutemque inhærentem renuntiationi, & pacto antenuptiali. Ut verò mentem celaret propriam subtili machinatione, duas dubitationes jactavit in medium,

(19.) Andr. Alciat. *respons.* 53. Joan. Baptist. Plot. *cons.* 19. *num.* 75. & 76. Barth. Socin. *cons.* 53. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 510. *per tot.* Joan. Petr. Lym. *cons.* 77. *per tot.* & *cons.* 270. latè Carpan. *Statut. Mediolan. cap.* 310.

qua-

quarum Primæ, (20.) (etsi facilis, & communis esset responsio, ne in re, & causâ tàm verè sacra, politicè versaremur, & in qua Rex noster mentem sequens Catholicorum Regum Ferdinandi, & Elisabethæ, præsentia providere, ex officio, Majestate, & dignitate debuit, quia id ad illum attinebat, cætera nihil ad eum, etsi possent quandoque contingere) (a) Deus præclusit viam, concessumque Hispano Regno beneficium Divinæ indulgentiæ in Rege nostro Carolo, à quo ad Ecclesiæ defensionem, inimicorum suorum stragem, Hispanici Regni splendorem Deus providebit multiplicatam prolem, quâ vivente, nec locus fiat Secundæ, (21.) cui dum casus eveniet (quòd absit) à jure, & Doctoribus constitutum, ac receptum est, quid agendum sit, servandum, exequendumvè. (22.)

Et quamvis ex latè exaratis ab Assertore, in renuntiationem Reginæ Christianissimæ mentem direxisse videatur; attamen animus est simul agere ad evertendum antenuptiale fœdus initum ad connubium Reginæ Christianissimæ Annæ, & Christianissimi Regis Ludovici XIII. In quam dolens David Blondellus (23.) etiam pro-

(20.) *Tract. Reg. Christian. jus in Ducat. Brabant. fol.* 140. *num.* 8. *Quærere enim libet, quis in Regnum Hispanicum jus habuisset, si Rex Catholicus sine filio superstite antè obiisset, quàm Regina Christianissima sobolem procreasset. An fortè interim dubia, incerta, & velut pensilis Regni Hispanici esset futura possessio? An interea temporis Serenissima Infans ex secundis nuptiis nata fiduciario, aut precario jure regnaret?* Manif. *Hispan. fol.* 205.

(a) Anton. Nebrisens. *Histor. rer. gestar. sub Reg. Ferdinan. & Elisabeth. Decad.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *Quare illa juris decisio, quòd ad nos attinet nihil, profuerit, nihil nocuerit, sed fuerit, quasi quoddam præjudicium ad ea, quæ possunt aliquando contingere.*

(21.) *Dict. Tract. fol.* 141. *dict. num.* 8. *At si fortè is casus, quem clausula designat, inciderit; si Regina, quòd absit, & marito, & liberis superfuerit, quem exitum conditio tùm est habitura? An quâ Infantem duxit Imperator, statim Hispanici Regni deponet insignia, eaque Reginæ Christianissimæ est traditurus? Mirum si Regni dulcedine illectus, jam accepta fide à subditis, tàm facilè cedat Hispania. Quousque ergò Hispanici Regni jus suspensum, & dubium futurum est, aut quando certa sede consistet?* Manif. *Hispan. dict, fol.* 205.

(22.) Barthol. Kellemb. *de renunt. Illustr. fœmin. quæst* 23. Latè Molin. *de Primog. lib.* 3. *cap.* 6. *à num.* 29. ubi Addit. innumeros Authores refert *à num.* 29. *ad* 30.

(23.) David Blondell. *Geneal. Franc. in præf. Apologet. Henrico Magno A. D.* 1610. *Maii* 14. *Feria* 5. *immaniter, & impiè trucidato, Ludovicus XIII. A. D.* 1601. *Sept.* 27. *SS. Cosmæ, & Damiani Festo, Feria* 5. *exeunte natus successerat: quæ Regni afflicti clavum tenebat Maria Medicea parens, maternæ originis memor de jungendo pupillo Philippi III. Primogenitæ statim cogitavit, quibus conditionibus tanti conjugii A. D.* 1612. *Aprili mense inita, & Aug.* 20. *confirmata pacta steterunt? Licèt Regnorum omnium, ditionumque Hispanicum Imperium, quantum quantum est constituentium fœminæ per se capaces sint; juraque sua universa in posteros utriusque sexus transfundere aptæ natæ sint: Anna Ludovico nostro, anno ætatis undecimo, quo necdùm sui juris erat, ut quomodocumque de se statuere posset, desponsata, communi jure gentis, eoque utendi potestate (quæ illibata Mariæ germanæ postgenitæ mansit) carere, nisi in casu Franciæ genti probroso jussa est, si Ludovico superstite, germanos ejus omnes, eorumque utriusque sexus posteros denasci contingat, ea cùm liberis omnibus Francico sanguine genitis, exhæres pronunciatur; si elato viri funere, liberis carere, in Hispaniam redeat, & Patris, aut Fratris auctoritatem secuta denuo nubat, universam hæredita-*

probrosam, pœnalem, exitiosam clamitat, contrariamque dicit bono, & æquo, ac adversam substantiæ matrimonii, maternitatique, cùm ex puerperio, in quo est nuptiarum decus, & gloria, desiderati fructus connubii Reginæ Galliarum exuantur hæreditatibus, bonis, Regnisque paternis.

Sed etsi mentes lectorum, illa cura, quâ execratur Assertor, tendant in illa verba: *Nulli ante hæc tempora hujusmodi conventio in mentem venerat*, ac intenderint in juris Civilis Historiam, lucubrandasque scribentium sententias, consuetudines Gentium discutiendas, ullus erit sic juris communis, & consuetudinarii expers, ni noster Gallo-Græcus Assertor, ausus dicere, pacta antenuptialia efformata, & stipulata sub publicis conditionibus, ac positionibus, quibus constituta fœdera antenuptialia Reginarum Christianissimarum, contraria esse naturæ; juri sanguinis, substantiæ matrimonii, charitati maternali, & amori prolis?

Ad avertendum assertoris animum ab exitiosa criminosaque illâ origine, quâ pacta antenuptialia Reginarum concepta credidit, à novitate, undè nata decantat, utque credat nec levatam fuisse, orbatamque exemplis politicis, quibus exornaretur, sed Christianissimis, reminisci eum jubemus, Gallicanam Majestatem voluntate subditorum fulcitam, à sceptro rejicere, tanquàm peregrinum, extra nativum Gallicanum circulum nubentem, filiosque masculos, natos extra proprium solum, & patriam; etsi vocati fuerint jure, & consuetudine Gallicana ad apicem Regni, sintque munus cœleste, beneficia Divinæ indulgentiæ, spes parentum, & familiæ Regiæ Gallicanæ decor. [24.]

Si enim justa à Gallicanis habita exclusio, remotio, & obliteratio jurium competentium natura, sanguine, & sexus prærogativa, ex eo solùm, quod sic utile habitum saluti publicæ Gallicanæ Dominationis; undè exitiosa, pœnalis, probrosa, crudelis, & sæva, stipulatio publica, fœderalis excludens fœminam à Regno Hispanico, dùm illius admissio contra-

tatem Hispanicam, quæ solium Francicum insidens excideret, cernet, & ad liberos exindè nascituros transmittet. Et post: *At anno 1612. perindè ac si Hispanici generis Principi cum Francorum Rege affinitatem contraxisse, aut Hispanis ex affinitate illa nato cuiquam subesse, pudendum esset, in Francicarum nuptiarum pœnam, utroque avita hæreditate trans Pyrenæum carere; hanc verò Francico Matrimonio illigatæ recuperandi Patrimonii Hispanici conditionem supereresse, si postquam Franci Regis uxor esse desierit, ad secunda cum Hispano, aut alio quoquam propinquis Hispanis grato vota transeat: quantum à priscis illis Hispanis mutati sunt hodierni? Vtros sapuisse, ut ex æquo, & bono agere censerentur, Christianus Orbis dixerit?*

(24.) Joan. Lymn. not. Franc. lib. 2. cap. 3. litt. F.

traria est decori Regni, honori subditorum, bonoque communi? Quæ insita virtus inest inter Gallicanos ad inviolabilem exclusionem, etiam masculorum natorum extra Patriam tali immunitate, quod cùm Henricus (post Rex III. Francorum) [25.] ad Regnum Poloniæ vocaretur, renuit à Gallia excedere, antequàm diploma expediretur eum in finem, ut Rege Carolo fratre mortuo, non relicta prole mascula, posset succedere in Regnum Franciæ: Idemque juris fuisset liberis suis, quos fortè extra Franciam susciperet, & in Regione peregrina; quæ etiam non inesset in Rege nostro ob Regni honorem; & commodum subditorum ad stipulandam renuntiationem, constituendamque ultimo in elogio illius virtute exclusionem Reginæ Christianissimæ?

(25.) Idem Lymn. *dict. cap. 3. in testim. litt. F. Henricus III. ad Regnum Poloniæ vocatus, antequam Gallia excederet, obtinuit diploma, quod 17. Septembris, anno 1573. in Parlamento publicatum fuit, eum in finem, ut Rege Carolo fratre suo moriente, non relicta prole mascula, posset succedere in Regnum Franciæ, idemque juris esset liberis suis, quos fortè extra Franciam susciperet, & in Regione peregrina.*

Anglicani Reges, Anglicana Gens, nunquid injustam sustinebit, contrariamque humanitati, & charitati, more Majorum, laudatam consuetudinem, ut filiæ Regum renuntient in pactis antenuptialibus jura succedendi in Diademate Anglicano? [26.] Absit talia dicere; justa, & æqua sustinentur, defenduntur, & laudantur, tamquàm necessaria saluti Regni, & honori Dominationis.

(26.) Diximus ex Besold. §. 4. *num.* 52.

Credimus sanè, quòd etsi Assertor Gallicanus, his perlectis, non decantet palinodiam, annuet sententiæ nostræ, justamque dicet, ac ex bono, & æquo stipulatam renuntiationem Reginæ Christianissimæ, ad normamque muneris Regii emologatam voluntatem Catholici Regis nostri. Sed & nos cùm eo publicè, & palàm fatemur monstruositatem inesse pactis antenuptialibus Gallicanarum Reginarum, ultimisque in elogiis Catholicorum Parentum Regum Philipporum III. & IV. quos decantandos asserimus, egisse in illorum conceptione supra limites Regalis officii, & Paternalis, attento simultaneè bono Patrio Regnorum Hispanorum, exclusis filiabus, dùm admissio in illorum incommodis versaretur, utilitateque Gallicanorum ex tàm augustis matrimoniis consecuta, provisoque filiarum amore, & charitate admissis ad successionem, dùm utilitati consulerent communi. Nam cùm etsi dignoscerent, quod lumen matrimoniorum filiarum refulsul-

fulgeret in ſplendorem Regni Gallicani, ex quo optata, & anxiè petita à ſuis Regibus, qui executa fuerunt renuntiationum interventu neceſſariarum ad nuptiarum perfectionem, quarum virtute Reginæ filiæ ſucceſſionis Regni Hiſpanici expertes habebantur, vi paternalis charitatis rapti meditati fuêre quærere medium, quo etiam inter flammam ignis conjugii ardentis in commodum Galliarum non comburerentur radices Hiſpanicæ ſtirpis Auguſtiſſimæ: Conſtituentes (recepto, ac laudato more, ac jure, ut diximus Italico) (30.) ut ſi orbatæ liberis Francorum Regum uxores eſſe deſierint, tunc ceſſante unionis Regnorum obice, poſtliminii naturalis ſimilitudine, (27.) ſua ſucceſſionis jura ſalva, & integra retinerent, rejecta medii (28.) temporis incapacitate, quaſi nunquàm ab eis eſſent profectæ, (29.) ſuccurſum fuit hoc charitatis Regalis, & Paternalis radio, bono publico, ſaluti ſubditorum, dictaminique naturæ, ac pietati filiarum. Audiamus Paternam charitatem inter publicæ rei miniſteria: *Quòd ſi (id abſit) fortè acciderit, Sereniſſimam Infantem Rege conjuge orbari abſque filiis ex hoc matrimonio, tunc à prædicta excluſione libera cenſeatur, capaxque ſit ſuccedendi in omnia illa, quæ duplici in caſu ad eam poſſunt pertinere. Primò, ſi jam vidua, & ſine prole Hiſpaniam repetiverit. Secundò, ſi ob boni publici commodum, juſtaſque alias cauſas, matrimonium contraxerit ex aſſenſu Regis Catholici Genitoris ſui, & Principis Hiſpaniarum ſui fratris. In his caſibus capax remanebit, ac habilis ad hæreditatem, & ſucceſsionem.*

(27.) *L. Hereditate, §. Pater de Caſtrenſ. pecul. Poſtliminii cujuſdam ſimilitudine pater antiquo jure habeat peculium, retròque videatur habuiſſe rerum dominia.*

(28.) *L. Sed etſi §. ſolemus, de hæred. inſtituend.*

(29.) *L. Proponebatur, de Caſtrenſ. pecul. Non nunc obveniſſe patri, ſed non eſſe ab eo profectum creditur.*

(30.) Petr. Lym. & adducti. *num.* 19.

Quis ad hujus Paternalis voti conſpectum, ſic temerè auſus erit, ut illud inhumanum, conventionemque, ex qua ortum, inhumanam decantet? Manuque Regum, quâ ſubſcripta, & obſignata hæc ultima elogia, extincta naturæ, & ſanguinis lumina? Quis orbitate inducta à Regibus noſtris reſtrictam matrimoniorum libertatem? Quis criminata, & offenſa maternitatis vota, & prolium cœleſte munus? Quis adverſa naturæ juribus, & fœcunditati prolis antenuptialia fœdera? Quis infelicem Reginarum

ſortem , & in eos fatalem , & acerbam fœcunditatem , ni hi , qui Hiſpanos injuſto , & nullis de cauſis proſequuntur odio , oculoſque opprimumt cupiditate dominationis , obtrudunt aures ambitionis libidine, mentes potentiæ vanitate , ne lumen videant , quod offerimus ?

Cùm enim , quidquid à Rege noſtro Philippo actum , ac executum fuit , tàm in fœdere antenuptiali filiæ , quàm ultimo in elogio , teſtamentariaque conſtitutione , juſtum , legitimum , æquum, bonoque, & ſaluti publicæ conſonum , Miniſtrorum ſuorum conſilia , quia directa ad decorem Majeſtatis , Regni honorem , ſubditorum commoda, juſtitiæ conſona , perpetua , & conſtantia , ſubque præceptis Juris Divini , Naturalis , Gentium , Communis Hiſpanici, & Gallicani concepta fuerunt. Benè dignoſcitur clamante juſtitia pro Rege noſtro , extrà Galliam optimo eſſe loco res noſtras ; intrà verò egiſſe authorem ſuavi vocum ſonitu , aruſpicaque doctrina , ad demulcendum Regis ſui animum , utque ſummo aromatum , & thymiamatum adulationis , meditaretur pulchritudinem Dominationis Europæi Circuli , ad quàm vi propriæ Majeſtatis perfecti decoris eſſet. Nec alio titulo deſignandus , ni aruſpicis , Aureoli, vel Magi , qui temporaria aſſertatione decantavit in Conſiliarios Regis Catholici , ſub his clauſulis : *Crudelis ſanè politica , & ſæva Hiſpanici Conſilii prudentia , quæ ſacri connubii Chriſtiano Orbi ſalutaris fœcunditatem tàm immani jacturamulctat.* (31.)

(31.) Manif. *fol.* 208. *Tract. Regin. Chriſt. jus in Brab. fol.* 142. *num.* 8.

Cùm illorum fides , & vota collimaſſent unicè, ut obliterato , ac rejecto impedimento , ex quo remoræ interverterent filum tractatus matrimonialis , & Sereniſſima Infans , optatis nuptiis, Regi Chriſtianiſſimo traderetur , ex quibus vi ſacræ unionis Auguſtæ maritali , quâ nullâ aliâ in Orbe ſplendidior , cœleſte munus filiorum ſuſciperet Rex Pater , decor , familia , ſtirpſque Regia, Gallicanæ Gentes, beneficium Divinæ indulgentiæ , robur , & munimentum Francorum Imperium.

Animadverte, ô Rex Christianissime (si forsitan tuas hoc opus pervenerit ad manus) jura ab illius tractatus Auctore in lucem edita, incertiora esse somniorum interpretatione, quâ Regi Balthasari Ministri sui imposuerunt.

Vosque, ô Serenissima Domina Hispaniæ Infans animo concipe hos caracteres, quibus tuæ Christianissimæ Majestatis jus efformatum est, ellebori mixtione esse confectos; itaquè cùm ad vestrum Catholicum Patrem, cujus pietas, in Deum Amor, Charitas, Fideque sceptrum immortale, quo fruitur, meruerunt, precabunda accesseris, inter amantis suspiria deprecaberis, ut antè Dei conspectum supplex preces effundat ad vestram fœlicitatem, Regiamque, & longam nepotum seriem obtinendam, nè memineris consiliorum (32.) libelli hujus; sed potius dignas illi referens grates, ob nuptiale pactum concluſum, in quo Galliæ purissimum impertivit sanguinem, ut fidei adamas illo perficeretur in Regno, & splendoribus irradians Catholicæ Romanæ Ecclesiæ ornaret Coronam: Nàm si attendimus, Regna esse Dei Optimi Maximi beneficia, & suprà humana omnia illustria conservari debere, æqua lance inter Augustum sanguinis, & naturæ, ut sint omnibus in cultum, & venerationem; hoc ipso in facto Catholicus Monarcha sanguini, quem â materno sinu Rex Christianissimus acceperat vestrum Majestatis sanguinem copulavit in perpetuas duraturum æternitates, cùm inextinguibili Regalis purpuræ, & Diadematis splendore.

Sed si fortè adulationis nebulæ Christianissimi Regis animi fulgorem obumbrarint jura Regno-

rum

(32.) Manif. 209. *Que nuestra Illustre Princesa pudiera dezir con mucha justitia al difunto Rey su Padre.*


Porque consentia V. M. à mi casamiento si temia su fecundidad; y si la deseava, porque razon la castiga?

Dexe V. M. que la Naturaleza restituya à la Descendencia de un Glorioso Monarca por las leyes de la sangre, lo que la Paz le ha hecho soltar, por las leyes de el Amor: Y que recupere en los frutos de un Casamiento, con titulo de succesion, lo que quiza posseeria sin el Matrimonio, con titulo de conquista.

rum ſibi per vos competentia perſuaſi ; quæ ad palpationem potiùs , quàm ad Juſtitiam Miniſtri confingunt ; ei in mentem revoca liberam , ſponta-neamque voluntatem , quâ eis renuntiaſtis , & prudens (ſicut Jovi pari (33.) in cauſa Juno) obteſtare , pactum , & renuntiationem , ipſa Hiſpana cogente natura pro conſervatione , & Majeſtate tuorum libenter feciſſe , quum cognoviſſes quòd ſi à juribus ad vos tanquam Patris veſtri filiam pertinentibus , non abdicaſſes , forſitan aliqua vis ſuperior fœdera diſrumperet , (34.) & in perniciem Regnorum Iberi , & Gallicani Auguſtas nuptias intricaret : Etiamque omnes tanti ponderis cauſas excelluiſſe ſupremam hanc , videlicet vos aleam , ſi non renuntiaſſes , experiri voluiſſe , ne Hiſpani ſui honoris tenaces , hunc proſpicientes (quod æquum juſtumque erat) potiùs , quàm vobis debitum honorem , ut Regis filiæ , obſequium Reginæ Galliæ detrectarent , quòd vobis ipſi , & Magni Philippi filiæ ſponte ſubjicerent.

(33.) Virgil. *lib.* 12. *Æneid.*
Iunonem intereà Rex Omnipotentis Olimpi Alloquitur.
Pro Latio obteſtor , pro Majeſtate tuorum ;
Cum tàm connubiis Pacem felicibus (eſto)
Component , cum jam leges , & fœdera jungent ,
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos ,
Nec Troas fieri jubeas , Teucroſq; vocari ,
Aut vocem mutare viros , aut vertere veſtes.
Sit Latium , ſint Albani per ſæcula Reges ,
Sit Romana potens Itala Virtute propago.

(34.) Turquet. adductus ſupra §. 7. *nu.* 46. *lib.* 7. *de Monar. Ariſtocratique* , Lymn. relatus *dict. num.* 46. *Quod ſi vero aliquando contigit tractare de Matrimonio , cum illis ubi ſpes optima ſucceſſionis apparuit , ſemper impedimenta , & remoræ intervenerunt , vi neſcio cujus arcanæ diſpoſitionis , quæ filum tractus abrupit.*





TRACTATVS SECUNDUS.

RAPTUS Gallicanus Assertor rationis virtute, impetuque justitiæ, viam veritatis amplexus, agnovit, quòd ut posset Reginæ Christianissimæ addicere jura ad implorandam successionem Statuum, & Regnorum paternorum, ei erat necesse collimare, ut inutilem, nullam, ac inofficiosam demonstraret renuntiationem antenuptialem, executam virtute fœderis, tabularumque matrimonialium. Sed sibi falsus, non cæteris, credidit id acceptum ex omnibus latè declamatis Tractatu I. quare non jam amplius se continens intrà suspicionum, & conjecturarum limites obstrepit, & intercedit hoc in II. Tractatu sub his verbis: (1.) *Profligata quippè, & funditus eversa renuntiationis clausula, jam munitus videbatur aditus ad ea stabilienda jura, quæ à multis retrò sæculis inveterata consuetudine, & patriis moribus continentur.* Si verò profligata, aut eversa manserit renuntiationis virtus oppositionibus, & machinationibus, quibus scriptor tractatum plasmavit, censeant, & judicent, qui veritatem desiderantes, pura oculorum acie, lucernas intuentur justitiæ inhærentis actionibus, desideriis, & voto Regis nostri Philippi Magni, & in facto, jureque hoc in examine exaratas.

(1.) Manif. *fol.* 213. *Tract. Regin. Christian. jura in Ducat. Braban. fol.* 147. *num.* 1.

Et quamvis assumptis authoris verbis victoriam pro pacto antenuptiali, ac ultimo Regis elogio decantare possemus, eùm ex contentione, quâ Catholici Regis actiones trutinatæ sunt I. Tractatu, clausulæ renuntiationis, ac exhæredationis, nec profligatæ, & eversæ

fuerint, ſed egreſſæ, pulchræ, ſuaves, electæ, & ſpecioſæ juſtitiæ virtute, ac æquitatis ornatu, & ad inviolabilitatem, firmitatemque juris fœcialis, publici, & Gentium aciebus ordinatæ. Ex quo legitimè Regina Chriſtianiſſima excluſa, remotaque fuit à ſucceſſione paterna, juribuſque ſpe, aut aptitudine competentibus, quibus morte Parentis ſpiravit ſpiraculum vitæ; quare nec neceſſe erat agere in repulſam aſſertionis hujus ſecundi Tractatus, nec ad patefaciendum Chriſtianiſſimi Regis conatum directum Maiorum more, potiùs ad præcidendam Inferiorem Germaniam, illamque vel ſibi detrahendam, vel in arctiores redigendam fines, (2.) quàm ad tutamen, & defenſionem jurium ad ſponſam Reginam ſpectantium in Brabantiam, Amburgum, Geldriam, Lucemburgum, Limburgum, Cameracum, Namurum, Hannoniam, Attrebatum, Burgundiam, Comitatuſque Sacri Imperii: Cùm hæc Domania, Status, Ditiones, & Dignitates in tabula antenuptiali comprehenſas expreſſæ habeamus in clauſula renuntiationis à Regina Chriſtianiſſima executæ die 2. Iunii anno 1660. ſub his verbis: (3.) *Et quod etiam pateat, excluſam remanere Sereniſſimam Infantem, & ab ea deſcendentes, ita ut nullo tempore, nec caſu ſuccedere poſſint in Status, & Dominia Inferioris Belgii, Comitatus Burgundiæ, & Charolois cum omnibus ſuis adiacentiis, & pertinentiis.*

(2.) Meyer. *Annal. Flan. lib. 6 ann.* 1180. *Verum ex ea die conati ſemper ſunt Galli, Flandris præcidere, alios detrahere, quidquid poſſent, illoſque in arctiores redigere fines.*

(3.) Tratado Matrimonial, *cap.* 5. Renunciacion de la Reyna Chriſtianiſſima, referida §. 5. *a. num.* 11.

Y que aſſimiſmo ſea, y ſe entienda quedar excluſa, y excluida la Sereniſſima Infanta, y ſus deſcendientes, para no poder ſuceder en ningun tiempo, ni caſo en los Eſtados, y Payſes Baxos de Flandes, y Condado de Borgonna, y Carolois, con todo lo adiacente, y perteneciente à ellos.

Sed quamvis hæc publica fœderalis pacti antenuptialis executio, & profeſſio inviolabilis, immuniſque nota nullitatis ſit, utpotè firma munimentis juris Gentium, Publici, Majeſtatici, Sacrataque Religione jurisjurandi, profligari intenditur, ac everti, nova declamatione in lucem prodita; aſſerente (4.) Authore, Brabantiæ Ducatum non incluſum, nec comprehenſum in pacto antenuptiali, nec in renuntiatione poſſe, nec potuiſſe comprehendi, cùm numerari non valeret inter bona à Rege Catholico Patre poſſeſſa, quæ tantùm in commercio pacti incluſa fuerunt: in ſui mentis tutamen proferente, quòd ex vi juris conſuetudinarii, devolutioniſque (inter Brabantinos primum in ſucceſſionibus gradum vindicantis.) Ducatus

(4.) Obſervationes, *ſive reſponſio, ad duos tractatus Bruxellis editos, adverſus Reginæ Chriſtianiſſimæ Ius in Brabantiam, & in alias quaſdam Belgii Provincias.*

tus Brabantiæ Reginæ Christianissimæ competebat jure jam quæsito, ex quo renuntiatio, etsi generalis, ad illum protendi non potuit, sic in renuntiationem exarata sententia : (5.) *Debebat itaque Hispania mentem suam clarius aperire. Et quoniam ex iis, quæ supradicta sunt, evidenter patet jus Devolutionis Hispaniæ non adeò ignotum fuisse, dubitari nequit, quin omnibus eventibus, qui ex isto jure oriri possent, distinctè obviam ire voluisset. Sed quoniam verebatur de isto jure, quidquid in mente habebat aperire de quo dubitabat, an Francia plenam notitiam haberet; & quia ipsi constabat, Franciam nihil de isto jure, si exprimeretur, remissuram, quæ jam in favorem Pacis, ac Matrimonii tot aliàs res concesserat sibi, suisque rebus, hac occasione aliquatenus provisum credidit, si suas omnes anxietates, vota, consilia terminis generalibus includeret, & quoquo modo salva fieri tentaret, sperans, se posse aliquando vi, ac temporis opportunitate ea communire? quæ non potest aliter, quàm subtilitatibus, & expositionibus indirectis sibi vindicare.*

(5.) Dict. Obser. *Tract.* 1. *fol.* 46.

Nec certè Francia ex sua parte jus Devolutionis ignorabat, nec quid illud Reginæ conferre valeret : Sed ipsius non erat tunc temporis de eo suam mentem aperire. Et quidquid ii, qui rebus Gallicis invigilabant, ex sua prudentia procurare debebant, in eo versabatur, nè tam præcisa verba in tabulis nuptialibus exprimerentur, quibus præjudicium Reginæ juribus afferri posset, nec pariter termini generales ab illis recusarentur, ex quibus nullum unquam periculum oboriri poterat.

Et id ipsum certè cum tanta sagacitate confectum est, ut impossibile sit Hispanis in pacto, quod inter ambos Reges initum allegatur, aliquid offendere, ex quo in rem suam, vel minimum argumentari valeant, quandoquidem in ipsius pacti verbis id deprehendi non potest, quod Hispania non apposuit, & quod Francia apponere noluit.

Itaque quidquid additur de derogatione generali consuetudinibus facta, nullius pariter est momenti, quamvis concederetur talem derogationem fieri potuisse, cùm pro nihilo haberi eo casu debeat, quo renuntiatio ipsa non valet, in cujus subsidium solummodò derogatio vocata est. Nihilominùs pro verò affirmari debet derogationem istam indicium etiam esse manifestum, atque constans, consuetudines privatas vim habere in successionibus Principum ordinandis, quandoquidem Hispani deroga-

tiones earum adeò expressas tàm accuratè stipulari satagunt.

Priusquàm ingrediamur ad cognitionem juris Devolutionis, illiusque positionis (quarum apprimè, gnaros vindicat author Cardinalem Mazarinum, Leoniumque) cujus virtute proprietariam Brabantini Ducatus meditatur Reginam Christianissimam: memorare necesse credimus; quòd etsi Tractatu I. latè designatum fuit (Jure Civili attento, Canonico, Hispano; Gallicano, moribusque Europæis) renuntiationes antenuptiales filiarum in favorem parentum legitimas esse, receptas, & laudatas, illarumque virtute vindicanda omnia bona, actiones, & jura competentia renuntianti, sivè de præsenti, sivè de futuro, spe, aut aptitudine; præcipuè, si in familiarum, agnationumque versentur utilitatem. (6.)

adhuc tamen hæc sententia inter Brabantinos, & Belgas (quorum jura, & Maiorum mores ex puritate naturali viresçunt irrefragrabilior habita. A quibus receptum, ut quidquid antenuptialiter stipuletur, & renuntietur, sivè de presenti quæsitum, sivè de futuro quærendum, (7.) firmum habeatur, stabilimentumque teneat, omni obliterata querela in stipulationem,, & pactum, prælata promissione antenuptiali, (8.) omni jure, sivè à natura, & sanguine producto, sivè à Civili Romana forma, testandi libertate, captandæ mortis voto, (9.) nè alioqui illudatur alterutri sponsorum; aut parentibus, qui aliter contracturi non erant. (10.)

His

(6) Latè *tract.* 1. §. 2. & 4.

(7.) Christin. *ad ll. Mechli. in tit.* 9. *art.* 12. *nu.* 13.

(8.) Frederic. à Sande, *comment. Geldria, in consuet. feud. tit.* 2. *de succes. test. c.* 3. *qui num.* 4. *Suntque ridendi, qui contendunt hujusmodi pacta statutis, ac moribus stabiliri non posse, quia captandæ mortis votum inducant: Valeat hæc ratio inter Italos: Nostratibus ista suspicio tanti non est, ut non magis Matrimoniis faveamus, ac defendamus pacta, quibus invitantur homines ad nuptias contrahendas, quæq; sinè interitu salutis æternæ observari possunt.* Latè Rosental. *de feud. cap.* 7. *quæst.* 25. *num.* 14. & 17.

(9.) Cornel. Neostad. *de pact. antenupt, observ.* 2. Idem Sand. *dict. tract. tit.* 2. *cap.* 3. *num.* 15. *Romani enim privata quadam, atque œconomica consideratione studuere ultimis morientium voluntatibus. Nostri verò Geldri consideratione quadam magis Politica, addicti fuere sanguinis honori, ac familiarum conservationibus, quod item de plerisque Galliæ Gentibus,* notat. Steph. Paschal. *lib.* 9. *Epist.* 1. *Atque idcircò quemadmodum illo jure Romano favorabiles sunt ultimæ voluntates, atque odiosa quæcumque eas restringunt, vel impediunt, sic è contrà moribus nostris admodum favorabiles sunt; nonmodò legitimæ successiones, quæ legibus publicis deferuntur, sed, & leges antenuptiales præsentibus propinquis, atque amicis confectæ, ut vix æquum, vel honestati publici conveniens videatur, eas exindè privata dispositione, vel pactione rescindi, aut immutari, quòd lex ibidem conjugali societati dicta nè quidem communi consensu possit derogari, etiamsi ea lege antenuptiali communi Patriæ jure fuerit derogatum, ac conjuges conditionem societatis ad commune illud jus voluerint revocare.*

(10.) Idem *dict. cap.* 3. *num.* 16. *Ne alioqui illudatur alterutri sponsorum, aut ejus parentibus, qui aliter fortiter contracturi non erant.*

His fortè innixus moribus, jureque Petrus Stockmannus tenuit, Devolutionis jus renuntiationi submissum esse, tàm intrà, quàm extrà pacta antenuptialia, sivè illud præparatorium versemur successionis paternæ, sivè rerum, aut dominiorum quæsitorum filio per mortem unius ex parentibus: Sicuti primogenitale jus Regnorum, Imperiorum, supremarumque Dignitatum, salutis publicæ causâ, renuntiationi obnoxium est. (11.)

Quòd maximè, cùm ad potestatem, & authoritatem pacti antenuptialis Reginæ Christianissimæ inesset Majestas Patris, Regis supremi Brabantinæ Dominationis, Regisque Christianissimi Sponsi Galliarum supremi, renuntiatioque nec collimata ad privata jura; sed ad agendum de salute publica, de communi Regnorum utilitate, obliteratis, ac derogatis ad id vi Majestatis publicæ, legibus, moribus, & consuetudinibus adversantibus pacto, ut ex illius verbis evincitur: *Et in hujus actus majorem solemnitatem, authoritatem, & vigorem, sua Catholica Majestas ad implementum capitum 5. & 6. dixit. Quod, quatenus ad causam publicam, & suorum Regnorum, subditorum, ac Vassallorum commune bonum spectat, confirmabat, & confirmavit has præsentes litteras, eo ipso modo, & forma, quibus eas signavit, & firmavit Serenissima Infans D. Maria Theresia, desponsa, & futura Galliarum Regina, charissima ipsius, & dilectissima filia; & motu proprio, certa scientia, plena, ac absoluta potestate, & sicuti Rex nullum in temporalibus superiorem agnoscens, supplebat, & Regia ipsius authoritate pro suppletis haberi volebat quoscumque defectus, ac omissiones de facto, jure, substantiâ, qualitate, stilo, aut consuetudine in hac signatione contentas; & specialiter, ac præcipuè confirmabat, & approbabat præfatum caput quintum, & quæcumque in eo resoluta fuerint, & pacta inter se & Christianissimum Franciæ Regem: Volebat etiam, & præcipiebat, legis id vim, & vigorem habere, nec non & Pragmaticæ sanctionis, & ut talem accipi, custodiri, observari, & executioni mandari in omnibus suis Regnis, Statibus, ac Domaniis, non obstantibus legibus, ordinationibus, foris, & consuetudinibus in contrarium extantibus, aut extare valentibus, quæ omnia derogabat, & pro hac vice pro abrogatis, & derogatis haberi vult,*

(11) Everar. *cons.* 12. & 96. Wames. *cons.* 15. *cent.* 6. Per. Stock. *tract. de jur. Devolut. cap.* 18. ex Boer. *decis.* 204. *num.* 32. *& seqq.* Freder. à Sand. *dict. cap.* 3. *num.* 20.

Verba renuntiationis signatæ à Regina Christianissima.

vult, quamvis talia sint, & illius qualitatis ad quorum derogationem expressior, & specialior necessaria mentio requiratur.

Tunc enim, dùmque contractus, testamentum, pactumvè antenuptiale supremæ authoritatis interventu stipulatur, emologatur, aut feritur, ullus est Brabantinorum legum, ac morum elucidator, dicens, Jus Devolutionis renuntiari, aut remitti non posse; imò cuncti asserunt, quod si à filiis renuntiatio antenuptialis executa sit, impetrata ad id gratia Principis, bona, etsi Devolutioni subjecta; in commercio parentum habentur, de eisque liberè agere possunt, tàm ex contractu, quàm ex testamento. (12.)

(12.) Latè Kinschot. *tract. de licen. testan. c.* 5. & 6. Frederic. à Sand. *comment. in consuetud. Gelr. tit.* 2. *de succes. test. cap.* 1. *nu.* 6. & 2. *nu.* 5. & *cap.* 3. *n.* 9. infrà §. 2. *num.* 8.

Hoc jacto fundamento, ex eo liquet Reginam Christianissimam legitimè renuntiationem stipulasse, ex qua, jure attento Brabantino & Belgico, excluſa habenda à succession jurium, & bonorum, Domaniorumque renuntiatorum. Etsi ad profligandà, & evertenda à Scriptoribus Gallicanis decantata, viam, & formam ab eis electam servare teneremur, in triplicem positionem diviso responso. Primò, agendo de virtute consuetudinis, quâ roboratâ habenda, etiam inter supremos. (13.) Secundò, circà actiones competentes Reginæ Christianissimæ ex paternis bonis jure hæreditario. Tertiò, dato Patrem Regem non posse illam exuere vi pacti antenuptialis juribus competentibus jure consuetudinario Brabantino: Seriò omittimus, cùm prima positio acta (14.) sit ad designandam virtutem, vimque juris consuetudinarii, variis, & communibus ad id conglutinatis axiomatibus, ad quæ supervacaneum respondere credimus. Secunda, (15.) ergà successionem maternam, hæreditariamque fraternalem obventam morte Principis Balthasaris fratris, cùm in eo latè actum sit suprà §. 2. à num. 55. (16.)

(13.) Manif. *fol.* 214. *Tract. Regin. Christ. jus in Brab. fol.* 148. *à num.* 2.

(14.) Manif. *à fol* 215. *dict. Tract. ad num.* 2.

(15.) Manif. *à fol.* 254 *usque ad* 276. *dict. Tractat. à fol.* 123. *ex n.* 1.

(16.) §. 2. *à num.* 55. *& seqq.*

Quarè collimavit mens nostra in hoc Tractatu ad directè agendum, quo jure attento versanda res circà successionem Statuum, ac Domaniorum Inferioris Germaniæ, simulque Ducatus Brabantiæ in pacto antenuptiali renuntiationis, comprehensorum sub his ver-

verbis: *Status, & Dominia Inferioris Belgii, Comitatus Burgundiæ, & Charolois cum omnibus ſuis adjacentiis, & pertinentiis.*

Priuſquàm verò juris arma moveamus ad contentionem, cunctis profeſſione publicâ innoteſcere debet; quòd adhuc ſuperſtite Magno Philippo Rege noſtro, non omiſſum fuit votum Gallicano Regi prætenſi juris, defuncto verò Patruo, publicè, & palàm, imò in privatis, & domeſticis, lararіis colloquutionibus, tàm inter gymnaceum Gallicanum, quàm extrà, nihil aliud divulgabatur, quàm de ſucceſſione Reginæ Chriſtianiſſimæ in Brabantiam: ſed adhuc etiam inter ipſos Gallos pro cujuſque opinione, aut intellectu efficta fuit, vel variata. Attento verò Chriſtianiſſimi Regis ſpiritu, cognitaque etiam Gallicanorum Scriptorum temporaria aſſertatione, ut obviam iretur imminenti periculo, ſi mediata jura Reginæ, utque legitima verſarentur; in lucem edita fuit *Deductio, ex qua probatur clariſſimis argumentis non eſſe jus Devolutionis in Ducatu Brabantiæ, vel in aliis Belgicis Provinciis ratione Principum earum, prout quidam conati ſunt aſſerere.* Ut perlecta à Chriſtianiſſimo, meditatum philtrum Aulicorum Phytoniſorum ab animo, & mente averteret.

Hujus deductionis ſplendor, Gallicanam ſtoliditatem (*a*) non amovit à conſtruendis diverſis in deductionem tractatibus; ſed cùm pulchritudinem coloribus pennarum fulgentium tantùm oſtenderent, pavonum inſtar, Petrus Stockmannus Regis noſtri doctus, & gravis Adminiſter apud Belgas, illius deductionis author, ne veritas ſuæ ſententiæ inaudito nomine authoris damnaretur, luci commiſit nomen ſuum edito tractatu *De jure Devolutionis*, (17.) in quo illud genus, poſitiones, praximque ſervatam, & executam inter Brabantinos elucidavit, axiomate inviolabili aſſerto, inter ſupremos, nec recepta, laudata, nec executa devolutiva conſuetudine.

(*a*) Ex Jul. Mamertin. Petr. Gregor. *de Republ. lib. 4. cap. num.* 4.

(17.) Pet. Stockman. *tract. de jur. Devolut.*

In hoc opus, quia conceptum, levatum, & coalitum naturali virtute, ſubſtantiaque juris conſuetudinarii Devolutionis, oſtendens Regi abſcondita philtra Gallicanæ præſtigiæ, efformatus fuit Tractatus anonymus

mus, ſub titulo: *Reginæ Chriſtianiſsimæ jura in Ducatum Brabantiæ, & alios Ditionis Hiſpanicæ Principatus*, nomine Regis Chriſtianiſſimi publicè laudatus, fœcialique ſolemnitate evulgatus.

Necdùm in manus traditus, nec perlectus, cùm cognitum fuit inciviliter exaratum, temporariè, indiſtinctè, indigeſtè, nec lumen ei ineſſe veritatis, juris publici, ac Gentium, idque ipſum Gallia cognovit, quare ad purgandam turpitudinem ortam à callidis machinationibus illius primi Tractatus, eructavit ſecundus, decoratus titulo: *Obſervationes, ſivè reſponſio ad duos tractatus Bruxellis editos adverſus Reginæ Chriſtianiſsimæ jus in Brabantiam & in alias quaſdam Belgii Provincias.*

In has obſervationes, adque evertenda propoſita Reginæ Chriſtianiſſimæ jura, aulicoſque Gallorum ſermones, ipſe Petrus Stockmannus (18.) typis edidit novum opus nomine: *Pars ſecunda Tractatus de jure Devolutionis, in qua exploduntur obſervationes, quibus eundem Tractatum maculare conatus eſt Anonymus, ubi multæ inſignes, hallucinationes, & non pauca falſificata circà ſubſtantialia deteguntur, & refelluntur.*

(18.) Petr. Stockman. *par. 2. de jur. Devolut.*

Hæc fuit origo, progreſſuſque contentionis prætenſi juris Regum Chriſtianiſſimorum ad Ducatum Brabantiæ, alioſque Status Inferioris Germaniæ expoſitus, ut innoteſcat, à quibus orta, flagranterque ſtructa cupiditatis, & dominandi libido, profligata gladio juſtitiæ, veritatiſque malleis flagellata; utque ſciant cuncti, quòd etſi in his tractatibus variè verſatum circà juris Devolutionis cognitionem, illiuſque praxim, & uſum, quàmplura tamen ſunt à Petro Stockmanno elucidata ad rem noſtram non agentia, apud quem perluſtranda, cùm mens noſtra ſit, agere intrà contentionis Regiæ gymnaceum.

Sed omittere non poſſumus, quod poſt hoc veritatis examen vernaculo idiomate natum, ipſe Petrus Stockmannus tertiam ſui operis partem evulgavit hoc titulo: *Pars tertia tractatus de jure Devolutionis, in qua novæ ineptiæ, & errores, quibus Anonymus ſecundam partem ejuſdem tractatus maculare conatus eſt, reprimuntur, & refutantur.* In qua ſumma authoris emicat juris, & hiſtoriarum

notitia; ſed etſi in ea averſa aliqua à mente noſtra ducta tantùm credant, ne veritas detrimentum patiatur, utque per viam juſtitiæ Regis noſtri acta ad aures gentium perveniant, cùm & noſtra vota, quamvis per varios caſus, perque diſcrimina rerum, tendant in Latium.

Ingredimur (ut diximus) in viam veritatis, & juſtitiæ: Sed ut in ea plana ſint omnia, ſciendum eſt, quòd Gallia à ſceptro Ludovici XIII. flagrantiſſimè concupivit Dominia ſua ultra rationem extendere, novis ad id dogmatibus conceptis, adverſantibus bono publico, & hominum tranquillitati deſideratæ, levatis manu aulicorum Scriptorum ad evertenda jura poſſidentium Regna, Status, Dignitateſque ſub fide publica, tutelâque juris Gentium, & Publici, ex quibus deducta axiomata, quæ etſi politicè laudabilia, his quibus ſacrum, violandum jus regnandi causâ, inter juſtitiæ cupidos; Antichriſtiana, impiaque ſunt dicenda.

(19.) Manif. *fol.* 5. ſuprà §. 1. *à n.* 3. *Tract. Regin. Chriſt. jus in Brabant. fol.* 5.

Primum enim eſt, quòd principio tractatus exaratum notamus: (19.) *Quòd erit in terrarum orbe tribunal, cui ſiſti poſſit Rex Galliarum, & de jure ſuo experiri.*

(20.) Ioan. Lymn. *notit. Franc. lib.* 1. *cap.* 5. *Duplex Gallorum eſt prætenſio in illas Orbis partes quas aliæ gentes, aliique Principes hodie poſſident. Vna generalis, reliquæ ſpeciales. Variis ex titulis generaliter univerſum orbem ad ſe pertinere contendunt, in quo cum Turcæ eodem appetitu laborant.*

Secundum, Gallicanæ Dominationi ſubeſſe, nec Europæos circulos tantùm, ſed & Orbis univerſi (in quo notavit Lymnæus Gallicanam libidinem, & Othomannam pari currere paſſu) (20.) quia Galli procedunt à Iaphet Primogenito Noëmi; ex qua prærogativa Orbis Dominium eis competit. (21.)

(21.) Ex Caſſan. idem Lymn. *dict. ca.* 5. *lit. K.* ubi Addit.

Tertium, quòd Dominia, Status, & Territoria ſuprema, non ſubſunt legibus, aut diſpoſitionibus præſcriptionem conſtituentibus, imò abſolutè libera eſt ſupremis facultas revindicandi bello, armiſvè iis, quæ vi, vel alio medio, etſi legitimo, à propria dominatione avulſa, ſeu ſeparata ſint. (22.)

(22.) Lymn. *dict. cap.* 5. *lit. DD.* ex Scipion. Duplex, *en l'Hiſtoire generale de France, tom.* 3. *pag.* 524. *num.* 9. Hiſtoir. *du Miniſt. du Cardin. du Richelieu p.* 2. *pag.* 589. Caſſan. *lib.* 2. *De la recherche des droits du Roy, & de la Coronne de France, cap.* 3. *pag.* 65.

Quantò verò contrarientur hæc dogmata lumini rationis humanæ, politicæ prudentiæ, generis humani bono, certitudinique Dominiorum; nulli dubium, ni his, qui obliteratis juſtitiæ præceptis barbara cupiditate, & ambitioſa dominandi libidine rapiuntur.

Hâc verò politicâ doctrinâ ſervatâ à Gallis Scriptoribus, ex eaque fræno impoſito juri Gentium, ac Publico, necnon & quietem deſiderantibus, Brabantiæ Ducatum inter circulos Gallicanæ Dominationis terminarunt.

Hæc antiqua, ab Hugoniſque Capeti temporibus flagrans libido, à Gallicanis Scriptoribus noviter aromatibus juſtitiæ ſacrata Chriſtianiſſimo Regi fuit, ut illorum odore, poculoque ſuavitatis ducatur ad credenda juſta, & legitima jura in Dominia, & Principatus Inferioris Germaniæ, maximè Ducatûs Brabantini philtrum inhærentibus, ſub his verbis: (23.) *Lex eſt in Ducatu Brabantiæ non vetuſtate modò, ſed etiam uſu, & moribus univerſim comprobata; ut ſi alter conjugum deceſſerit, feudorum, quæ ſunt ſuperſtitis, dominium jure quodam Devolutionis (ita enim vulgò id juris ſolet appellari) liberis ſtatim tranſmittatur, poſſeſſione dumtaxat, vel uſufructu penes eum, qui ſupereſt, parentem, remanente.*

(23.) Manif. *fol* 277. *Tract. Regin. Chriſtian. jus in Ducat. Brabant. fol.* 186. *num.* 1.

Quâ conſuetudinariâ lege attentâ (Devolutionis dicta inter Brabantinos) aſſerunt Galli Scriptores, ſtatim, ab ipſoque inſtanti obitus Reginæ Catholicæ Eliſabethæ Matris, quæſitum Principi Balthaſari, Sereniſſimæque Infanti Mariæ Theraſiæ, Catholicorum Regum filiis, Dominium, juſque directum proprietatis Ducatus Brabantiæ, unicuique in portione illa conſtituta, ſeu aſſignata ex ipſius conſuetudinarii juris diſpoſitione, remanente tantùm penes Regem Patrem poſſeſſione, uſufructuque illius Dignitatis, ſed impeditum abſolutè alienandi, aut diſponendi de toto, neque de illius parte, quare cùm morte uterini fratris Balthaſaris Principis proprietas, dominiumque directum feudorum Regis Parentis ſuperſtitis devolutum ſit Reginæ Chriſtianiſſimæ abſolutè: extincto Rege noſtro exercitium Majeſtatis & Imperii Ducatûs Brabantiæ ipſo jure ei permiſſum fuit jure proprio abſque impemento, quòd Pater Rex Regem noſtrum Carolum filium maſculum ſuperſtitem relinqueret, cùm morte Patris nullum ei competeret jus de novo quæſitum illius virtute, ſed removeretur impedimentum illud, ex quo Patre vivente, uſusfructuarius proprietarius

Dig-

Dignitatis Brabantinæ habebatur vi juris consuetudinarii.

Sanè cùm veritatem amemus, haud negandum inter aliquos privatos inferiores, subditos Ducatus Brabantiæ, receptum esse, jus illud consuetudinarium *Devolutionis*, dictum, servatum, ac executum his formulis, regulisque, quibus à Scriptoribus, refertur, & elucidatur. (24.)

Sed ipsa veritatis natura, & virtute attenta, fatendum nobis est : Quòd illa consuetudo, ex qua ortum Devolutionis jus, non nata fuit (ut credunt ignari illius juris Scriptores) in pœnam commissi criminis à sponso transvolante ad secundum thorum in injuriam primi, filiorumque ab illo productorum : Cùm ut ex verbis constitutionum, seu articulorum illud efformantium plasmetur devolutiva successio, seu translatio dominii in ipso puro actu dissolutionis matrimonii morte unius ex consortibus, non in executione secundi matrimonii. (25.)

Hujus Devolutivi juris productio, nec mirum, quod incognita Gallis Scriptoribus fuisset : Cùm si Brabantinos recolimus usquè ad contentionem nostram (ad quam Petrus Stockmannus tractatum *de jure Devolutionis* in lucem prodidit ex professo) de illo jure scriptum non fuit, nec de eo actum, ni per transennam ab Everardo, à Frederico de Sande, Kinschotio, & Christinæo.

Ut verò sciant cuncti consuetudinem Devolutivam jus constituentem, genitam fuisse ex privativo dictamine aliquarum Gentium Brabantinarum ; notandum est, quòd hæ gentes inter se receperunt, ad propriæ vitæ usum, regimenque familiarum, ut illa societas, communioque fortunarum, (26.) quæ per matrimonium inibatur inter virum, & uxorem, sic indissolubilis haberetur, inseparabilisque à primo thalamo, quoad feuda Brabantina à manu, & liberalitate Ducis provenientia, ut morte unius sponsorum non dissolveretur, sed conservaretur in filios, & prolem illius matrimonii privativè, denegata filiis secundi thalami communicatione, sustinente voto communi amore patrio.

(24.) Kinschot. *resp. 65. & tract. de licen. testam. in feud. cap.* 6. Paul. Christin *decis. Belg. tom.* 6. *decis.* 41. *n.* 39 *& decis.* 43. *nu.* 14. *& ad consuetud. Cur. feud. Ducat. Brabant. art.* 6. Freder. à Sande, *comment. in consuet. feud. Geldr. tit.* 3. *de successión. legitim. cap.* 1. §. 1. *& cap.* 4. §. 9. *per tot.* Petr. Stockmans, *de jur. devolut. cap.* 2.

(25.) *De succes. feud. art.* 1. *cap.* 2. Aliàs, *de succes. feud. art.* 22. Petrus Stockmans, *de jur. devolut. dict. cap.* 2. *num.* 1. Infrà §. 2. *à nu.* 11. referuntur verba.

(26.) Ultra relatos, *n.* 17. Petr. Stockm. *de jur. devolut. cap.* 1. *in princip. & cap.* 4. *nu.* 2.

Quod ſanctum habitum inter Brabantinos, inter quos etiàm turpe ad ſecundum convolare connubium.

Sed in hoc notandum etiam, quòd hic Majorum mos, ex quo (ut diximus) ortum Devolutivum jus, non fuit abſolutè in toto Brabantiæ circulo receptus, ſed in privatis laribus, territoriis, ac pagis; [27.] quare ad hoc, ut more Brabantino ſucceſſio, hæreditas, bona, feudavè devolvantur, neceſſe eſt, ut conſuetudo devolutiva ſpecificè recepta, ac ſervata probetur in ipſis rebus, bonis, feudis, locis, in quibus, & de quibus eſt contentio: [28.] Cùm quia irrationabilis ſit contraria juri, paternali charitati, filiorumque bono, poſitione conſtituta inter natos ex primo, & ſecundo thoro, extenſibilis non eſt de loco ad locum, nec de bonis ad bona; quare nec laudata, nec recepta, nec jus Devolutionis in omnes circulos, Domaniaque, in quibus ſua experiuntur jura Chriſtianiſſimi Reges, ut ex Petro Stockmanno evincitur. [29.] Præcipuè in Bruxellenſi circulo, Antverpienſi Civitate, [30.] Territoriis Bredæ, Marchia Bergenſi, Territorio Ryenenſi, Thurnautano, Ultramoſano, (31.) & Mechlinienſi. [32.]

Hic Majorum Brabantinorum mos, ex quo ut diximus ortum Devolutionis jus, coævus eſt diverſarum Gentium dictamini, inter quas ad proprium regimen uſu recepta eſt ſucceſſionis forma, diverſa à communis juris regulis; ſed hæc tantum jus conſtituit, & efformat illis in locis, ſubque bonis, ac perſonis, à quibus veterata, laudata acceptioneque communi accepta invenitur abſque extenſione ad alia bona, loca, perſonaſque, etiamſi ab una, propriaque juriſdictione, imperio, aut manu dirigantur, ut agens de diverſis ac variis moribus, & conſuetudinibus Germaniæ Inferioris, ipſiuſque Brabantini circuli, notat Kinſchotius. [33.]

Inter Hiſpanos viget conſuetudinarium Devolutionis jus, ex quo receptum; ut bona, mortuo poſſeſſore, ad truncum, ſeu radicem familiæ, à qua exierunt, devolvantur. [34.] Quòd etſi uſitatum, ac receptum ſub titulo fori Vigueræ, ac Sepulvedæ diverſis in Civitatibus, Villis, ac locis, tantùm ſervatur in his, in quibus

(27.) Paul. Chriſtin. *deciſ. feud.* 41. *num.* 40. *vol.* 6. *Quamvis in pleriſq; locis non fiat diſtinctio inter prioris, ac poſterioris Matrimonii liberos.*

(28.) Freder. à Sand. *comment. in Gelr. conſuet. feudal. cap.* 1. §. 1. *num.* 4. *Illis tantummodo locis procedit, ubi moribus receptum fuiſſe conſtiterit.*

(29.) Petr. Stockman. *de jur. devolut. dict. cap.* 2. Henric. Kinſchot. *tract. de licen. teſtan. de feud. tract.* 7. *cap.* 6. *n.* 2.

(30.) De quo infrà §. 5. *verſ.* 2.

(31.) Eſcudo de eſtado y Juſticia. *fol.* 134. Chriſtin. *in leg. Mechli. tit.* 10. *art.* 24. *in addit. verſ. Nota.* Diſcurſo de la verdad vengada, *part.* 2. *cap.* 3. *à fol.* 20.

(32.) Paul. Chriſt *deciſ. Belgic. vol.* 6. *deciſ.* 41. & 43. & *comment. ad leg. Municipal. Mechlin. tit.* 16. *art* 22. *n.* 8. & ibi addit.

(33.) Kinſchot. *tract.* 2. *de Author. Senat. Brabant. cap.* 5. *num.* 5.

(34.) *L.* 6. *Tauri*, ubi Scribent. Cervant. Tell. Fernando Ciſuent. Avend. Anton.

bus vetuſto more uſitatum eſt, in hiſque bonis, in quibus etiam recepta, ac præſcripta conſuetudo, nec ad alias Civitates, bonavè extenditur, in quibus non recepta, etſi (ut diximus) unione individua ſub unamet-ipſa juriſdictione ſubſiſtant. Nec ab his alienæ ſunt Gallicanæ Provinciæ, inter quas conſuetudines eſſe, notant latè Robertus, (35.) & Chopinus, laudantes, ac efformantes ſucceſſiones bonorum, feudorumque certis ſub regulis inextenſibilibus ad bona, locaque, in quibus non receptæ. (36.)

Et licèt dicta ſufficere videbantur ad cognitionem veritatis, illiuſque juris, quo attento terminanda venerat ſacra contentio noſtra, cùm Scriptores Gallicani (juſtitiæ clamore detegi timentes, injuſtitias prætenſi juris, actionumque Regis Chriſtianiſſimi, ſervitutem dare cogerentur) indiſtinctè obſtrepuerunt ob jura Reginæ Chriſtianiſſimæ, ſubque involucro juris devolutivi vellicarunt naturam. Nè verò ipſius turpitudinis nota inuretur mens noſtra, ad veritatem dignoſcendam, illiuſque juris originem, poſitiones, & praxim ingredimur.

Ad quod notandum eſt, quòd in Brabantiæ circulo, cæteriſque Inferioris Germaniæ, in quibus uſum juris devolutivi efformant, & conſtituunt Gallicani Aſſertores, feuda non verſantur ſub una, eademque natura, ſed diverſis, ac diſtinctis poſitionibus: feuda enim deferuntur ſecundùm conceſſionum proviſionem; quæ vel Imperialia (37.) ſunt, & individuitate abſoluta decorantur, deferunturque Primogenito; vel ſunt hæreditaria, delata ex ſolo jure hæreditario; vel ſucceſſiva ex ſolo jure ſanguinis; vel mixta ex utroque jure conjuncta; vel ſunt conſuetudinaria ſecundum ſpecialem quandam loci conſuetudinem. [38.]

Ex his poſitionibus orta eſt diſtinctio feudorum impropriorum, & irregularium, (39.) quorum etiam ſunt poſitiones diſcretæ. Sunt enim feuda dividua hæreditaria, quorum diviſio permiſſa inter filios abſque ſexûs diſtinctione. Sunt alia dividua inter filios maſculos, excluſo ab eis fœminino ſexu. Sunt etiam individua, diverſis tamen conſtitutis portionibus filio Pri-

(35.) Ann. Robert *rer. judic. lib.* 1. *cap.* 1. Renat. Chopin. *ad ll. And. in prælud. & de morib. Pariſ. tit.* 3. Maynar. *deciſ. Tholoſan. lib.* 4 *deciſ.* 45.

(36.) Latè Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 1. *num.* 3. *& deciſ.* 11. *num.* 34. Vide latè §. 3.

(37.) Frederic. à Sande, *comment. in Geldriæ conſuetudin. tit.* 3. *de ſucceſſ. legit. cap.* 2. *num.* 4. §. 2. Paul Chriſtin. *deciſ. Belgi. tom.* 6. *deciſ.* 43.

(38.) Sande *tit.* 3. *cap.* 2. §. 1. *num.* 4. *Feuda ſucceſſoribus ſecundum conceſſionum proviſionem alias deferri ex ſolo jure ſanguinis, alias ex ſolo jure hæreditario, aliàs utroque jure conjunctim.*

(39.) Rolent. *de feud. ca.* 7. *concl.* 38. *nu.* 20. Petr. Gregor. *lib.* 6. *Syntagm. cap.* 2. *à num.* 7.

Primogenito, ſecundùm conſuetudinis formam, ſi conſuetudinariam naturam tenet feudum, vel ſecundùm proviſionis conceſſionem. (40.)

Hinc inter Germanas Inferiores gentes diſcreta feuda, attentaque (ut diximus) qualitate nativa conceſſionis, aut productionis receptæ ex Gentium placito, diverſis ſub titulis, aut nominibus deſignativis propriæ poſitionis. Imperialia enim appellantur Geldrica, Zutphanica, Montfortica, Brabantica, Flandrica, Hollandica, Trajectenſia, Tranſiſulanica, Mechilinienſia, Kuikana, Clivanſia, Colonienſia, & Monaſterienſia; quorum omnium diverſa eſt natura, diverſoque jure deferuntur.

Inter hæc omnia feuda Brabantina, Geldrica, & Zutphanica, non abſolutè, ſed certis in Civitatibus, locis, Territoriis, aut Pagis, Devolutionis naturam conſuetudine inditam admiſerunt, ſub diſtinctione, diviſioneque filiorum, & bonorum; de qua latè infrà. §. 2.

Imperialia feuda Dignitatum Regalium, Ducatuum ſcilicet; Marchionatuum, Comitatuum, Baroniarum, omniaque ex pacto, & providentia, (14.) fideicommiſſariaque ſubſtitutione, & ſucceſſivo jure ſanguinis creata, juri Devolutionis ſubjecta non ſunt, nec in eis locum habet diſtinctio prolis ex primo, vel ſecundo thoro, tàm ob odioſam, & contrariam juri naturæ illam diſtinctionem filiorum, (43.) tàm ex individua nativa qualitate bonorum, repugnante directè dividuitati neceſſariæ ad executionem juris Devolutivi; (44.) quàm, quia in his ſucceſſio tantùm aperta eſt, ſanguinis, naturæ, & ſexus ordine attento, ut exemplis Comitatus Namurienſis, (44.) & Ducatus Brabantini notatur. Mortuo enim Henrico III. Duce, apicem Dignitatis, & Imperii adeptus fuit Godifredus Barbatus, defuncti Ducis frater, excluſis filiabus ultimi poſſeſſoris; (45.) cùm in eo non hæreditario jure ſucceſ-

(40.) Freder. à Sande, *commen. in Geldriæ Conſuet. Tit. 3. de ſucceſſ. legitim. cap. 1. num. 3. Feuda alia propinquitatis, ſexus, vel ætatis ratione in unum hæredem ſolida deferuntur; alia pluribus hæredibus, & vel omnibus tàm fœminis, quàm maſculis; atque iterum alia omnibus hæredibus, vel omnibus, & ſolis hæredibus maſculis deferuntur pro portionibus æqualibus; alia pro portionibus inæqualibus; item alia pro portionibus de toto ſeparabilibus, alia pro portionibus inſeparabilibus. Quæ quidem ſeparabilitas, vel inſeparabilitas æſtimatur non ex natura ſubjecti, ſivè rei dividuæ; aut individuæ, ſed ex ipſa feudorum conditione ac Curiarum moribus.*

(41.) Scribentes *in cap. Imperialem, §. præter ea Ducatus, de prohibit. feudor. alien.* Freder. à Sande, *dict. tit. 3. de ſucceſ. legitim. cap. 1. §. 6. n. 10. Porrò feuda maiora Dignitatem annexam habentia: puta Ducatus, Marchionatus, Comitatus feudiſtico jure, etiam conſentientibus cohæredibus, abſque aſſenſu Domini dividi non poſſunt,* Roſental. *de feud. cap. 9. nu. 55.* Petr. Gregor. *dict. cap. 2. num. 10.*

(42.) Chriſtin. *ad ll. Mechli. tit. 16. rt. 22. verſ. Quæritur.*

(42.) Roſent. *de feud. cap. 7. concl. 16. in not litt. I.*

(44.) Infrà §. 5. *verſ. 4.*

(45.) Infrà §. 1. *verſ. 3. num. 34.*

ceſſio deferatur ultimi poſſeſſoris morte, (46.) nec admiſſibilis devolutivi juris conſtitutio, ſed ſucceſſivo per ſubrogationem, ſubintrationem, (47.) præoccupationemvè loci vacui morte poſſeſſoris, præfixi ſanguini maſculo primi adquirentis, (48.) ex voluntate concedentis.

Quod dilucidiùs refulget, ſi attentè notamus, quòd in feudis regularibus ex pacto, & providentia familiaribus, attentâ fideicommiſſalis, vel Maioratus naturâ, qua trutinatur illorum ſucceſſio, inadmiſſibilis eſt diſtinctio dominii, & uſusfructus hæreditarii, inter patrem ſuperſtitem, & filium, ad quem devoluitur dominium ex nativa qualitate juris Devolutivi: (49.) Cùm poſſeſſor feudi uſusfructuarius tantùm deſideretur à jure, quoad fruitionem fructuum, & commoditatem obſequiorum, juriſdictionum, obventionumque, (50.) etſi irregulariter in honorem decoretur domini voce, ac titulo. (51.)

Ex his inter patrem, & filium dominii utilis, & directè diſtinctio inadmiſſibilis in feudis ſucceſſivis, etiam ad effectus patriæ poteſtatis, conceſſa tantùm patri fruitione fructuum, ſeu illorum uſu. (52.)

A quo orta etiam ipſius Devolutivi juris natura, quòd etſi ex illius conſtitutione ſponſo ſuperſtiti doarium competat in feudo defuncti, adhuc tamen non extenditur ad feuda ordinaria ex pacto, & providentia, in quibus doarium ſuperſtiti denegatur, cùm non devolvantur hæreditario jure, ſed tranſmittantur ſucceſſivo, in quibus conſuetudini feudali non eſt locus. [53.]

Quod conſonum eſt rationi, juriſque: Nàm cùm horum feudorum ſucceſſio trutinetur, attenta voluntate, pacto, liberalitatevè Principum concedentium, inefficax in illis habetur, [54.] qualis qualis foralis, vel conſuetudinaria conſtitutio, ad hoc, ut illarum virtute ſubvertatur nativa naturalis conditio conceſſionis, ac inveſtituræ; præcipuè ad hoc, ut dividuita-

(46.) Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. tom. 6. deciſ. 45. num. 55.*

(47.) Cujac. *lib. 4. de feud. ad. tit. 54.* Freder. à Sande. *dict. tit. 3 cap. 2. §. 3. num. 4.*

(48.) *Cap. 1. § & quia, verſ. Cum verò*, ubi gloſ. verb. *Frater*, *de his qui feud. dar. poſſ.*

(49.) Frederic. à Sande, *dict. tit. 3. cap. 1. §. 9. num. 2.* Chriſtin. *ad ll. Mechlini. tit. 16. art. 25. verſ. Ad Sextum*, Stockmans, *de jur. Devolut. cap. 1.*

(50.) Harm. Piſtor. Poſt antiquos, *quæſt. jur. lib. quæſt. 6.* Latè Molin. *de Primog. lib. 1. cap. 20.* Roſent. *de feud. ca. 11. quæſt. 9. num. 6.* ubi addit. *litt. G.*

(51.) *Ex l. Species, de Auro & argen. legat. l. ult. de uſufruct.* Petr. Stockman. *de jure Devolut. cap. 6. nu. 3.* Roſent. latè *de feud. cap. 1. quæſt. 6.*

(52.) *Ex l. Si uſufructu, de jure dot. l. Vſufructu, ſolut. Matrim.* Molin. *dict. cap. 20 num. 11.* Roſent. *de feud. cap. 7. concl. 14. in not. lit. P.*

(53.) Chriſtin. *Ad ll. Mechlini. tit. 9. art. 12.* in addit. *verſ. Ad doarium.*

(54.) Frederic. à Sande, *cavment. in conſuet. Geld. tract. 1. tit. 1. cap. 1. num. 20. Sed hic quoque opinor, Municipales publicas leges, nihil derogare, feudalis veſtituræ conventioni, ab antiquis temporibus receptæ, ac frequentatæ.* Neoſtadius Holand. *rer. judicatar. obſer. 2.* ex Bald. & antiq. Decian. *reſp. 24. num. 71. vol. 1.*

tem recipiant, excludanturque masculi à successione etiam ex secundo thalamo producti, prælato fœmineo sexu, contrà omnia Naturæ, Gentium, & Positiva jura.

His attentis principiis, quibus innititur feudalis juris communis constitutio, ad hoc ut prætensa jura Reginæ Christianissimæ vim, virtutemque legitimam recipiant, utque sponsus Rex possit collimare animum ad justitiam implorandam (priusquàm ad consuetudinis vim elucidandam trutinaretur) Galli Scriptores exponere Regi suo debebant, quâ qualitate nativâ ortum feudum Brabantini Ducatus, ut eâ attentâ, in successione versaretur; nùm voluntaria dispositione fundatorum, nùm ex lege præscribente illius successionem, nùm verò feudum Imperiale habeatur, nùm successivum, an hæreditarium, dividuum, individuum, regulare, ordinarium, improprium, vel consuetudinarium: Cùm hoc sit primum axioma, luxque, ex qua successionis forma terminanda, (55.) priusquàm ex defectu legis, gratiæ, aut voluntatis ad consuetudinem deveniatur: Cùm illi more Gentium tantùm sit locus post legem, voluntatisque rationem. (56.)

(55.) *L. Si argumento, §. ult. de leg. 1. l. Nummis, de legat. 3.* Corn. Neostad. *de pact. Antenuptial. observ. 2.*

(56.) Vincen. Cabot. *lib. 1. Disp. ca. 10.* Hug. Grot. *de jur. bell. lib. 2. cap. 7.* Besold. *dissert. de Reg. succeff. l. 1. dissert. 2. per tot.* Pet. Gregor. *de Republ. lib. 7. cap. 10. n. 27.*

Sed cùm hæc omnia non ignoranter à Scriptoribus omissa sint, sed temporario arcano, brevi, sed vero stylo conabimur patefacere Regi Christianissimo, Gentibusque Europæis naturam, qua constat genitum Brabantiæ Ducatum, susceptum, & levatum per metas millium quinquaginta annorum, in quibus sub varia Martis fortuna coalitus, suprema decoratus Majestate, titulóque honoris ornatus, ex quibus dignoscatur toto cœlo aberrasse, alienosque fuisse Gallos Assertores à juris & veritatis ratione in suorum tractatuum efformatione. Ad quod digestum hoc nostrum opus erit quinque §§. seu articulis.

Primò enim agemus de natura, origineque Ducatus Brabantini, ex qua ei innata successionis forma, quâ attentâ terminanda est.

Secundò, de natura juris Devolutionis, quibus in feudis, ac bonis locus fit illius constitutioni, quæ inadmissibilis, nec admissa unquam in ipsa supremitate Ducatus Brabantiæ.

Ter-

Tertiò: Quòd etsi forma successionis in Ducatu non fuisset voluntate præscripta, mos, consuetudovè subditorum, inferiorum inefficax est ad constringendum Principem, ut illius virtute terminetur Dignitatis supremæ successio.

Quartò: Quòd exempla, quibus Galli Assertores conantur asserere, Devolutivo juri fuisse locum in Ducatu Brabantiæ, nec fidem tenent, nec virtutem necessariam ad constituendum jus consuetudinarium, cùm extrà casum nostrum versentur.

Quintò, & ultimo: Quod jus Devolutivum, nec receptum, nec servatum in Provinciis, Domaniis, Statibus delatis Regi nostro Carolo Patris Regis morte, & in quibus collimant mens Regis Christianissimi, & Gallicanorum Scriptorum responsa.

§. I.

BRABANTIÆ DVCATVS NATIVAM retinet successionis formam, ex qua legitimè delatus Regi nostro Hispaniarum Carolo.

INgentia Imperia fragilitati humanæ subjecta, (1.) propriaque laborantia magnitudine, suas tenent periodos, & confinia maximè Regnis, Imperiisvè æquâ magnitudine ornatis. Nulla major toto seculorum curriculo invenietur, in qua humana instabilitas effigietur quàm in Brabantinorum Dominatione. Nàm levata ex Romani Imperii decrementis, manu Andoverpiorum, Nortmanorumque, nutrita sinu Imperii Germanici, & Gallicani, passa est fortunam, mutationesque unius, & alterius potentiæ. (2.) Hæc ratio summa, ob quàm dissentientes Historiographi variè versarentur, ac contrarii, circà originem, & nomen Circuli Brabantini, Dominorum, Principumque Brabantinorum. Sed omissa hâc contentione Scriptoribus, (3.) quorum cura collimavit in veritatis elucidationem, ad rem nostram ingrediemur.

Ad veritatem enim successionis Ducatûs Brabantiæ (quo titulo, aut nomine agenda res est, cùm eo nos-

(1.) Senec. *Declam. Ingentium Imperiorum magna fastigia oblivione fragilitatis humanæ collapsâ sunt.* Eric. Putean. *Histor. Insubr. in præfat. num.* 3.

(2.) Guagin. *Histor. Franc. lib.* 5. *in Lothar. Ad hunc modum mutilata Austrasia, cum nomen, tum Regni dignitatem amisit, adhuc nihil est, quod integrum perseveret.*

(3.) Lipsi. *in Lovan.* Molan. *Milit. Sacr.* Diveus, *rer. Braban.* Haræus, *Annal. Braban.* Meyer. & Suer. *Annal. de Fland.* Arnold. Barland. *Chro. Ducum Brab.* Videndus, *cap.* 27. Hug. Grot. *Histor. Belgic.* Pontan. *Histor. Geldric.* Guichar. *Belgium.*

noſtra ætate decoratus ſit) verſanda eſt illius natura, velut ſuprema in ſe, tanquam plaſmata voto communi gentium Brabantinarum, ornata bonis, Dominiiſque primorum Principum, quæſitis manu, armis, virtuteque propria; qualiter invenimus in prima hujus Status ætate actum ab Auſtraſianis, quorum voluntas regimen tranſtulit Carolo Hasbanio Pipini I. avo, ipſique Pipino per Anchiſi Patris obitum. (4.)

(4.) Fredegard. *in Chronic. poſt cap.* 100. Paul. Æmil. *in Theodor. I.*

Vel ut feudalis Imperii, illa gaudens dignitate, honoreque ſupremo, quo æſtimatur à Petro Stockmanno; (5.) etſi circumſcripta intrà Germanici Imperii Circulos, ſed cum Majeſtate illa in Circulos Hollandicos, Zelandicos, Friſicos, (6.) conceſſa beneficientia Frederici Auſtriaci Imperatoris, ſub manu & imperio Philippi Boni Ducis. (7.) Et hac attenta inveſtituræ, ſeu conceſſionis poſitione, Devolutivi juris conſtitutio inefficax habenda eſt: Cùm ſucceſſio terminanda ſit, & deferenda, attenta inveſtituræ qualitate. (8.)

(5.) Petr. Stockmannus, *de jur. devolut. cap.* 21. Eſcudo de Eſtado, y Juſticia. *fol.* 125.

(6.) Lipſ. *in Lovan. lib.* 2. *cap.* 1. Carpzov. *de leg. Reg. cap.* 7. Arum. *de Comit. cap.* 4. *nu.* 86. Theod. Reinking. *de Regimin. ſæcul. lib.* 1. *claſſ.* 2. *cap.* 9. *à nu.* 111.

(7.) Haræus, *Annal. Braban. in Philip. Bon.*

(8.) *Cap.* 1 *de feud. March.* ubi omnes Feudiſtæ, *c.* 1. *de Duob. Fratr. à Capitan. inveſt.* Paul. Chriſtin. *deciſ. feud.* 1. *nu.* 31. *vol.* 6. Suprà in princip. *tract. à nu.* 37.

Hic veritatis radius illuminavit Aſſertoris Gallici mentem; quo motus, etſi ſervitutem veræ ſententiæ ſuſtinens, ut victoriam pro temporaria aſſertione decantaſſet, novam diſtinctionem fuit meditatus, ſegregans Majeſtatem Dignitatis à bonis, quibus ornatur ad ipſius ſplendorem, & tutamen, relictis his intrà limites communium, privatarumque rerum, ſubjectiſque juri ordinario Devolutionis privativè admiſſo, ac recepto inter inferioris naturæ, & vaſſallagii gentes. Aſſerens: (9.) *Ille quippè Dignitatis apex eſt inſtar cujuſdam ornamenti, vel accidentis, quòd ſubſtantiam rei, cui inſidet, non deſtruit, ſed ſpeciem ei, & decorem addit.*

(9.) Man. *fol.* 224. *Tract. Regin. Chriſt. jus in Ducat. Brab. fol.* 155.

Sed etſi Civilibus, Politicis, ac Feudalibus theſibus attentis, turpem hanc aſſertionem decantare poſſemus; cùm omni jure publico attento Dignitas Regia conceſſa Territorio, Circulovè, etſi non primævo inveſtituræ feudalis origine, ſed ex poſt facto, oblita, ſeu extincta prima territorii, ſeu bonorum qualitate, ad excellentiorem elevatur, quâ ipſa Dignitas decorata, ſeu ornata jure proprio egreditur, tàm quoad indivi-

dui-

duitatem neceſſariam, quàm quoad ſucceſſionis formam. (10.) Axioma immutabile, laudatumque per gentes, præcipuè Gallicanas, quas illud tergiverſari non audere credimus, cùm in eo inſit virtus illa conferens liliis Gallicanis virtutem immutandi, uniendique quidquid Majeſtati Francorum obvenerit ſucceſſione, emptione, hæreditate, etſi diverſam naturam receperint, tàm legibus, quàm teſtantium, & paciſcentium placito, aut voluntate (ut alibi notamus) [11.] & ſeriò hic omiſimus, ne in re communi agere videamur.

Ingredimur verò ad deſignandam, elucidandamque propriam, primævam, immutabilemque naturam Dignitatis, Majeſtatis, Statuum, bonorum, ſucceſſionemque Brabantini Ducatûs. Et etſi illud omittere poſſemus, remiſſis lectoribus ad ea, quæ ſaniori, minuſque ſuſpectâ, ac temporariâ ætate, in eo ſcripſit Franciſcus Zypeus, [12.] ad quæ latæ notantur diſcuſſa à Petro Stockmanno, & ab Authoribus *Clypei ſtatus, & juſtitiæ, Veritatiſq; vindicatæ.* Adhuc tamen in Examen Veritatis (ſalvâ tantorum virorum authoritate, rejectâque notâ ſtupiditatis, quâ inuri patienter ferimus, dùm inter tantos viros rem tantam aggredimur) ad jura Regis noſtri Hiſpanâ fidelitate, & amore rapimur.

Sed ne ex communibus, etſi maximis, tàm publici juris, quàm privatis regulis dicant, conſtructam noſtri tractatus ſeriem, ſeriò omittimus benedictionem, prælationem, primatumque in maſculino ſexu laudatum, tàm Divino, Naturali, Gentium, quàm Poſitivo, & Communi jure; ex quibus, & Municipali Hiſpano, & Germano, Flandrico, & Brabantino, Regi noſtro Carolo Primogenitalis nativa virtute, nec aperta tantum eſt ſucceſſio tantorum, & Paternorum Regnorum, ac Statuum, ſed innata; cùm ullus ſit ſic amens, ut negare auſus ſit, quod communi Gentium voto, ſubditorumque voluntate firmatur.

Cogimur tamen ad noſtræ veritatis firmum fulcrum lectoribus expendere Pauli Chriſtinæi mentem, & doctrinam, quàm juſtè extollunt Gallicani Scriptores in opere maximè elaborato ad enodationem, & elu-

(10.) Bald. *cap. Imperialem.* §. *Præterea Ducatus, de prohibit. feud. alienand.* Guid. Pap. *quæſt.* 265. Natta *conſ.* 626. *num.* 88. Tiber. Decian. *reſponſ.* 123. *n.* 69. *vol.* Theod. Reinking. *de Regim. ſæcul. lib.* 1. *claſ.* 4. *cap.* 17. *n.* 96. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 12. *ex num.* 24. Montan. *de feud.* §. *Præterea Ducatus, nu.* 17.

(11.) *Tract.* 1. §. 4. §. 9. *n.* 30. Renat. Chop. *Doman. Franc. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 12.

(12.) Franc. Zyp. *Hiat. Jacob. Caſſan. obſtr. lib.* 1. *cap.* 16. §. *Brabantiam*, Eſcudo de Eſtado, y Juſticia *Tratado* de la Verdad Vengada.

elucidationem Paternarum, Lararium̃que legum, & consuetudinum Mechlinienſium. Agens enim circà formam ſervandam in ſucceſſione feudorum Brabantinorum, quorum natura (ut ſuprà notamus) extraordinaria, irregularis, ac dividua verſatur: Poſt latè diſcuſſam utilitatem communi bono obvenientem in ſucceſſione, prælationeque maſculini, & fœminini ſexus excluſione, ortam ex communi voto jurium Divini, Gentium, Gallicani, præcipuè, ſi verſatur de ſucceſſione illuſtrium Dignitatum, aut familiarum, ad cognitionem veritatis ex omni re ab eo latè diſcuſſa; hoc axioma, ut firmum, & ſervandum deprompſit: (13.) *Quomodò verò ſuccedant filii in bonis feudalibus Parentum, tradit Dominus Wiolant. in Tract. de jur. feudor. Flandr. cap.* 18. *&* 22. *ubi inter alia tradit: quod filius ex ſecundo thoro natus præfertur filiæ in priori thoro natæ.*

(13.) Paul. Chriſtin. *ad ll. Mechlin. tit.* 10. *art.* 8. *per totum, & nu.* 13.

Hâc enim prævia animadverſione ad cognitionem (ut diximus) veritatis, ingredimur, adque elucidandam naturam, poſitionem̃que Status, & ſucceſſionis Ducatus Brabantiæ, attenta ſuæ ætatis periodo.

PRIMA ÆTAS BRABANTINI DVCATVS.
Verſ. I.

ETſi de Brabantinæ, Brachbantinæ, ſeu Brabantis, Patriæ, & gentis origine, Dominio, Dominatione, Bonis, Circulo, Territorioque, quo decorata, ornatavè illarum Majeſtas, pauca, imò penè nulla ſcripsêre veteres Chronographi: Recentiores verò fabuloſa, quàmplura conflarunt: Inter aliqua tamen, quæ commentitia cernuntur, nonnulla vera ſunt de initiis, & antiquitatibus Brabantinorum Ducum. Præcipuum verum eſt natos Brabantinos de primis illis gentibus ab Auſtro venientibus ad ruinam Imperii Romani, in quibus tres periodos, ſeu ætates cernimus. Prima eſt *infantiæ*, in qua dominatio tradita (ab anno quingenteſimo decimo quarto, quo Francorum Imperium rexit Lotharius I.) (*a*) invenitur in Carolomanno Patre Pipini Landenſis Primi Ducis Brabantinorum. Secunda ab anno DCC. L. in qua Pipinus III. Brabantinorum Dux

(*a*) Petr. Divæus, *rer. Braban. lib.* 1. *cap.* 3.

Dux Caroli Martelli filius publica acclamatione ad Francorum thronum elevatus fuit, (14.) ornata Diademate Gallicano masculina prosapia Brabantina. Tertia verò ab anno DCCC. LXXVII. in quo Brabantia à Gallicano Regno scissa, data fuit, Ducatus titulo honorifico ornata, Carolo fratri Lotharii Regis Galliarum. (15.) In qua tertia periodo, seu ætate duo jura emicant. Nativum, quatenus Carolus proles erat legitima Brabantinorum Principum. Et Dativum ortum gratia, beneficio, ac liberalitate Imperatorum, & Regum illorum, quorum manus varia armorum, & potentiæ vim, potestatem, & authoritatem, transtulit disponendi, ac constituendi de Dignitate, Statu, Bonisque Ducatus, & Circuli Brabantini. (16.)

Hac præmissa digestione, & his quæ suprà notamus de diversitate conflatis per Scriptores, circà Dominium Brabantini Circuli, nomen, titulumvè, an receptum sub voce Brabantus, Hasbaniæ, Neustrasiæ, Austrasiæ, vltima ætate Lotaringiæ (nè commentitia sequamur, sed vera detegamus.) Notandum monemus hoc in tractatu, omnia agi ad majorem veritatis elucidationem sub titulo Dignitatis Ducatus Brabantiæ, quo nostra ætate ornatur Status, de quo princeps est Gallicana contentio.

Dominatio enim (si ad portum veritatis clavum dirigimus) Brabantini Circuli sub manu, ac regimine fuit Dynastarum, Principumque, ab anno D.XXIX. in quo sceptrum Francorum tenens Lotharius I. (17.) filius Clodovæi, Fluitildam seu Blithildam filiam nuptui tradidit Ansberto Francorum nobilissimo, (18.) dato in dotem in Austrasia Ducatu amplo, complectente Andoverpiam, gentem (19.) ea ætate celebrem, confinantem finibus Hollandiæ, & Frisiæ. Natus fuit Ansberto, & Fluitildæ Arnoldus. Ab Arnoldo genitus Arnulphus (pòst Metensis Episcopus, Sanctusque Martyr ab Ecclesia designatus) qui ex Dida uxore Caroli Hasbanii filia genuit Angesilum, seu Anchisem maritum Beggæ filiæ Pipini Landensis: Huic Angesilo, patris obitu, Andoverpiæ Principatus, & Namuri Comitatus obvenerunt. (20.)

(14.) Sigebert. *Chron. ann.* 750 Paul. Æmil. *reb. Gest. Francor. in Pipin.* Ioan. Till. *Chron. de Regib. Francor. ann.* 751. Adelelm. Bened. *Ann. reg. Franc. c.* 747. Molan. *Milit. Sacr. ca.* 12. Hadrian. Barlan. *Chron. Duc. Brab. c.* 11.

(15.) Sigebert. *Chron. ann.* 997. Div. *lib.* 6. Hæræus *in Lothar. III.* Aubert. Mireus, *Chron. Belgic. an.* 977. Molan. *Milit. Sacr. cap.* 38.

(16.) Guag. *lib.* 5. *in Lothar.* relat. infr. in tertia ætate Brabant. *vers.* 3. *num.* 34.

(17.) Marc. Anton. Dominic. *Ansbert famil. rediviu. par.* 1. *cap.* 10.

(18.) Volateran. *Geograph. lib.* 3. *c. de Franc. orig.* Paul. Æmil. *de gest. Reg. Franc. in Theodor. I.* Diu. *rer. Braban. lib.* 1. *c.* 3. Meyer. *Annal. Flandr. lib.* 1. *ann.* 69. Wolphan. Laz. *de Migrat. gent. lib.* 3. Marc. Anton. Domin. *famil. Ansbert. rediviu. & assert. Gallic. cap.* 9. Chiflet. *de Matrim. Ansbert. & Fluitil. & vindic. Hisp. cap.* 3. *& Lampad. Histor. grad.* 1. David Blondel. *Genealog. Franc. tom.* 1. Molan. *Milit. Sacr. c.* 6.

(19.) Mola. *Milit. Sacr. cap.* 8. Diveus, *rer. Braban. lib.* 1. *cap.* 1.

(20.) Thrithem. *de Origin. Francor. ann.* 402. Arnulphus, *de gente Francorum comes fuit Namurci, & ann.* 443. *Arnulphus genuit Ansegisum Namurci Comitem.*

Pipinus Landenſis, Beggæ Pater Primus Dux Brabantinorum, (21.) filius fuit Carolimanni Comitis Haſbaniæ, & Ducis Brabantiæ; quare Wolphangus Lazius hunc Pipinum tertium in ordine Brabantinorum Ducem enumerat, poſt Leontium Heribertum auum ſuum, quem Ducatus regimen egiſſe notat anno CCCC. LXXXIX. (22.) Etſi calcitret Barlandus, non tertium, ſed ſecundum fuiſſe, dato tertio loco Pipino Harſtallo. (*a*)

Pipinus genuit Grimoaldum, qui Majordomus Sigeberti Regis Auſtraſiorum electus, elatione ſumma in aula Regis Principans, Dagoberto Sigeberti Regis ſui filio atonſato, filium ſuum Hildebertum fecit Auſtraſiorum Regem: ſed Francici dolentes ſuper infidelitate Grimoaldi, captum patrem, & filium tradiderunt judicio Clodovæi Regis Pariſiorum, qui amarè in carcere conſumpti fuerunt. (23.)

Morte Grimoaldi, & Hildeberti, Ducatum Brabantiæ devolutum fuiſſe Beggæ ſorori, filiæque Pipini Landenſis, voluere Haræus, & Diveus, (24.) (Diva enim Gertrudis filia annoſior Deo dicata fuerat in Monaſterio Nivalenſi à Beata Itta Matre conſtructo.) (25.) Quæ nupta Aſſegiſilo, ſeu Anchiſi Divi Arnulphi filio, illum obtinuit, vſque ad annum ſexcenteſimum octuageſimum quintum, in quo peremto marito inſidioſè à Gunduino, Begga defuncta mundo, ſe, & ſua Deo mancipavit, relicto Ducatu, boniſque ſuo filio Pipino Harſtallo, dicto tertio Brabantinorum Duci, attento Haræi, & Divei exemplo.

Hac ſerie attenta, Gallicanus author ille, qui noviter in tutamen Reginæ Chriſtianiſſimæ obſervationes efformavit, aſſerere auſus fuit, Ducatum Brabantiæ nativa origine maſculinum non fuiſſe, nec ex agnationis vi excluſas ab eo fœminas, ſed admiſſas (27.) ad ſucceſſionem, antè Conſtitutionem Imperatoris Philippi, latam anno M. CCIV. Ideoque admittendam Reginam ex jure conſuetudinario Devolutionis: Nam ut Begga fœminini ſexus qualitate ornata ad illius apicem aſcendit, ità & Regina Galliæ: *primum exemplum* (inquit) (26.) *ſucceſſionis filiarum in Ducatu Brabantiæ dat Begga, Pi-*

(21.) Molan. *Milit. Sacr. cap.* 6. Hadr. Barland. *Chronic. Ducum Brabant. cap.* 1. Diu. *rer. Brab. dict. lib.* 1. *c.* 3. *& lib.* 3. Har. *Annal. Brab. in Pipin. de Land.* Zyp. Hiat. Caſſan. *lib.* 1. *cap.* 16. § *Brabantiam*, Suer. *Annal. de Flandr. lib.* 18. David Blond. *Genealog. Franc. in præf. Apolog.* Lauren. Beyerlincx. *Theatr. vit. human. litter. M. verb. Magiſtratus, verſ. Brabantiæ Duces*, Chiflec. *de Matrim. Ansbert. teſtimon. ſæculi decimi tertii*, Pined. *Monarc. Eccleſ. par.* 3. *lib.* 17. *cap.* 31. Saint Marth. *Hiſt. de la Maiſon de Franc. lib.* 3. *in Clotard. I.* 6. 8. *infr. n.* 53.

(22.) Wolphang. Laz. *de Migrat. gent. lib.* 3. *de Cimeriis, fol.* 77.

(*a*) Hadrian. Barl. *Chronic. Duc Brab, cap.* 2.

(23.) Sigebert. *Chron. ann.* 658. Paul. Æmil. *in Clod. II.* Diu *dict. cap.* 3. Haræus, *in Grimoal.* Molan. *cap.* 7. Hadrian. Barland. *Chronic. Ducum Brab. cap.* 1. Aubert. Miræus, *Chron. Belgic ann.* 654. Ponta. *Hiſtor. Gelric. lib.* 2.

(24.) Har. *Annal. Brahan. in Angeſil. & Beg.* Div. *lib.* 1. *cap.* 3. *rer. Braban.* Suer. *Annal. de Fland. lib.* 18.

(25.) Sigebert. *in Chron. ann.* 650.

(26.) Obſer. *de Regin. Chriſtian. jus in Ducat. Braban. fol.* 13.

(27.) Dict. *Obſe. eod. fol. Conſtat enim filias ad ſucceſsionem Ducat. Brab. ante conſtitutionem admiſſas fuiſſe.*

Pipini filia, Grimoaldi soror, quæ superstes patri, atque fratri, qui sine liberis obierat, huic Principatui successit, & cujus postea conjunctim cùm Ansegiso marito ad annum vsque 685. potita est. Quo quidem anno post Ansegisi cædem Pipino II. filio, qui Heristallus dictus est, Brabantiam dereliquit.

Sed etsi in repulsam assertionis Gallicanæ agere valeremus communi, ac trita scribentium sententia laudante fœminarum successionem, casu, quo penitus masculorum series extincta cernitur; quarè legitimè constat admissam ad Ducatum Brabantiæ Beggam, cùm Pipini patris masculina proles, morte Grimoaldi filii, & Hilderici nepotis defecerit, & utique exclusionis prima, (28.) & princeps ratio, sicut ex ipso principio ad unitatem Ducatus, familiæque memoriam successu simili, & in ipso Ducatu admissa fuit Gerberga Caroli Ducis filia, mortuo patre, extinctoque absque sobole Othone fratre, cùm si masculi descendentes invenirentur, fœminis absolutè præclusa esset successio, (29.) ut decisum notamus (30.) Ordinum Brabantinorum voto ad prætensam Ioannis Regis Bohemiæ ex jure proveniente per fœmeninum sexum Margaritæ aviæ.

(28.) *Ex l. Filio quem pater, de liber & posth. l. Si unus, § pactus, de pact.* latè Molin. *de Primog. lib. 1. cap. 6. nu. 22.* ex Paul. de Castr. Paris. Alex. Menoch. *cons. 5. nu. 17.* Fab. de Annan. *cons. 53. nu. 38. lib. 1.* Castill. *tom. 5. ca. 143. § unic. num. 15. & 16.*

Cùm hæc sententia communi scribentium placito laudata, sufficiens credita ad decantandam contentionis victoriam pro Rege nostro; adhùc decorandum credimus glorioſiori nativo triumpho jus, quo Caroli nostri caput redimitur Brabantino Diademate.

(29.) Ex Ant. Gom. *l. 40. Tauri nu. 42.* Covarr. *lib. 3. variar. cap. 5.* Ioan. Licirier. Decian. Aceved. & aliis Ioan. à Sande, *Theatr. Pract. li. 4. tit. 5. diffin. 8. num. 3.*

Prius verò, quàm hujus pelagi cursui credamur, notandum necessariò est, Gallicanorum machinam in arcem juris Regis nostri structam, haud ignotam fuisse Petro Stokmano, in cujus eversionem *in 2. de jure devo-*
„ *lutionis Tractatu*, (31.) rem agit sub his verbis: *Quòd*
„ *porrò dicit Author Observationum de successione Beggæ filiæ*
„ *Pipini senioris in Ducatum Brabantiæ, multigenos errores con-*
„ *tinet, tùm Historiæ, tùm Chronologiæ: Nam sæculo isto, &*
„ *aliquot citerioribus, nequè Ducatus, nequè Dux Brabantiæ ullus,*
„ *neque Comes, aut Comitatus, vel Principatus omninò ullus erat,*
„ *in quo jus aliquod, uti hodiè, sibi quis posset adscribere, vel ad*
„ *successorem suum transmittere, tantùm abest, vt fœminæ tali*
„ *dignitate fuerint insignitæ.*

(30.) Infrà *num. 84. &* § 2. *num. 1.*

(31.) Petr. Stokm. *de jure Devolut. Tract. 2. cap. 2. à num. 3. fol. 8.*

Antonius Dadinus in tractatu suo de Ducibus, & Comitibus „ *Provincialibus Galliæ, primis quinque capitibus, multis adduc-* „ *tis authoritatibus, ostendit, neque sub Romanis, neque sub pri-* „ *mis Francis Ducatus, aut Comitatus fuisse perpetuos, sed ad vi-* „ *tam, ac revocabiles: nominatim cap. 5. his verbis:* Olim Du- „ ces, & Comites nudi erant Magistratus.

Gregorius Turonensis de Landaste, Comite Turonensi, lib. 5. „ *cap. 4. in hunc modum scribit:* Tu verò Ducatum totius „ Regni ejus annis quinque tenebis. *Item lib. 9. cap. 7.* En- „ nodius cùm Ducatum Vrbium Turonicæ atque Pic- „ taviæ ministraret, adhùc, & vici Tulienſi, atque Benar- „ mæ Vrbium principatum accipit; sed euntibus Comi- „ tibus Turonicæ, atque Pictaviæ Vrbis ad Regem Chil- „ debertum, obtinuerunt eum à se removeri: Ille verò, „ ubi se remotum de his sensit, ad Civitates superiùs me- „ moratas properat; sed dùm in illis commoratur man- „ datum accepit, ut se ab eisdem removeret, & sic ac- „ cepto otio ad domum suam reversus privati operis cu- „ ram gerit.

Sed supersedeo pluribus de re clara, & manifesta, in specie „ *autem de Pipino nostro, eum neque Ducem, neque Comitem, ne-* „ *que Principem Brabantiæ fuisse, sed opulento patrimonio, &* „ *authoritate personali conspicuum, quæ ei splendorem conciliabat.* „ *Patrimonium quidem suum ad Beggam filiam, & posteros suos,* „ *ut putamus, transmisit, authoritatem verò, & administrationem* „ *sibi concessam, quà in Regni negotiis valebat, neque ad Beggam* „ *aut ullos liberorum suorum transmisit, aut transmittere potuit,* „ *cùm ea quæ industriæ personæ alicuius committuntur, in alios* „ *transcribi nequeant, aut ad hæredes transmitti. Præter Divæum* „ *& Haræum Scriptores Belgicos, qui id satius dicunt, promat sen-* „ *sum suum Clariſ.* Adrianus Valesius, *qui Francicæ Historiæ* „ *novam vitam donavit, Francus adversus Francum, ut ita Cor-* „ *nix Cornici configat oculos. Is lib. 18. rerum Francicarum in* „ *hunc modum scribit ad annum 623. sub finem.*

Unum modò probare non possum, Pipinum nostrum „ ad his scriptoribus Austriæ inferioris, aut (sicuti etiam „ loquuntur) Lotharingiæ, & Brabantiæ primum Ducem „ fuisse dici, eundemque ab eisdem titulum Grimoaldo, „ & Ansegysilo eius filio, generoque, Pipino quoque „ juniori, & Carolo tribui. Habuit quidem in Pago

„ Has-

„ Hasbanienſi, atque Bracbanto Auſtriæ inferioris
„ Regionibus multas poſſeſſiones, villaſque Pipinus,
„ in primis Landinum, vel Landam, à qua cognomen
„ invenit, & domum ampliſſimam iu Oppido Niviala,
„ quæ poſteà in Baſilicam, Monaſteriumque ab Itta, &
„ Gertrude mutata eſt. Sed non ideò Dux Auſtriæ in-
„ ferioris, Brabantiævè aut appellandus, aut fuiſſe pu-
„ tandus eſt, cùm nulli ætate Pipini ſenioris diùque
„ poſteà Ducatus apud Francos Hæreditarii fuerint,
„ & circà annum milleſimum centeſimum ſextum Brac-
„ bantum, quòd vulgò majore ex parte Brabantiam
„ vocant, ſuos demùm Duces habere cœperit. Pipinus
„ quidem, eiuſque filius Grimoaldus, cùm Francorum
„ Auſtraſiorum Duces, ſive Præfecti Palatii fuerint,
„ Bracbantium quoque, qui Regno Auſtraſiæ contri-
„ buebantur, vel Auſtriæ inferioris Duces neceſſariò
„ fuerunt, atque ità (quamquam impropriè admodum)
„ appellari poſſunt. Si quidem, qui Regnum aliquod
„ procurat, & adminiſtrat, partes quoque ejus ſingu-
„ las, ac vniverſas adminiſtret neceſſe eſt. Pipinus autem
„ junior, qui cognominatus eſt Craſſus, Pipini Senioris,
„ ex Begga filia Nepos, & Carolus ejuſdem Pronepos,
„ Regis Pipini Pater, Ducum, & Principum Francorum
„ titulo contenti ambo, non Auſtriæ modo, cuius pars
„ Bracbantum, & Hasbania erant, verùm etiam Neuſ-
„ triæ, & Burgundiæ, ac Aquitaniæ, hoc eſt toti Fran-
„ corum Regno imperitaverunt: ità ut qui Duces Brac-
„ banti eos appellet, non minus ridiculus ſit, quàm ſi
„ quis Chriſtianiſſimo Regi vnum, ac ſolum Ducis Bur-
„ bonenſium titulum adſcriberet.

Hactenus Valeſius, *& rectè; niſi quod titulum Ducis Bra-*
„ *bantiæ ſæculo integro antiquiorem faciat, quàm revera ſit, ut*
„ *probat* Butkens aux preuves du Livre IV. des Trophées
„ de Brabant, *ubi oſtendit eundem titulum demùm invaluiſſe*
„ *circà annum milleſimum ducenteſimum tertium vivente Hen-*
„ *rico primo, qui priùs titulo Ducis Lotharingiæ, & Ducis*
„ *Lovanienſis contentus fuerat.*

Nè quis verò apud bibulas fabularum aures perſuadere tentet
„ *potuiſſe favore, aut conniventia Regum Franciæ dignitatem Pi-*
„ *pino commiſſam ad poſteros derivari, idque eo veriſimiliùs eſſe*

„ *quòd tantis honoribus Pipini in Regno iſto colerentur: conſtat*
„ *ex Hiſtoria Eccleſiaſtica medii æui eidem Regioni centum ferè*
„ *poſt Pipinum annis alium fuiſſe Ducem præpoſitum, qui nihil*
„ *commune haberet cum Pipiniis, ſcilicèt* Chrodobertum, *uti*
„ *videre eſt in annotationibus in vitam B. Pipini editis ab eru-*
„ *ditiſſimis viris è Societate IESV Bollando, & Henskenio,*
„ *in quibus etiam videre eſt quid ſentiant de titulo Ducatus, qui*
„ *Pipino adſcribitur his verbis:* An ergò Brabantiæ Dux Pi-
„ pinus? Dux fuit, triumque bellicoſiſſimorum Regum
„ Clotarii, Dagoberti, Sancti Sigeberti Palatio in Aui-
„ tria præfuit, ac ſub iis res bellicas ſumma authorita-
„ te adminiſtravit. Idem in eo terrarum tractu, qui nunc
„ Brabantia dicitur, amplas poſſeſſiones, vel à Majori-
„ bus accepit, vel Regum munificientia obtinuit. Du-
„ catus Brabantiæ aliquot poſt ſæculis nominari cœpit.
„ Ducem fuiſſe in iis partibus, centum ferè poſt Pipi-
„ num annis Chrodobertum, ex Sancti Eucherii vita 20.
„ Februarii patet. An eum præcipuè Ducatum admi-
„ niſtrarit Pipinus, an Comitatum fortaſſis vnum, alterum-
„ vè, aut etiam plures jure proprio poſſederit, incertum.

Adducit enim Petrus Stokmannus in tutamen ſuæ mentis (vtque Brabantiæ circulum illa prima periodo dicat ſucceſſivum non fuiſſe) Gregorium Turonenſem, & Dadinum, aſſerentes, Dignitates Regales, tunc etiam perſonales, non reales fuiſſe, nec tranſmiſſibiles hæreditario, aut ſucceſſivo jure: relatis ad id etiam verbis Hadriani Valeſii, authoritatibus Bollandi, & Henskenii, agentium de Pipino noſtro Landenſi, dubietateque, qua ductus in hac re Haræus. Poterat enim, ſi ſic vera hæc notitia crederetur, tutari Stockmannus voto dicentium, Ducatum Brabantinorum honorarium perſonale fuiſſe tantum creditum Majoribus Domus Franciæ, in titulum honoris, ex quo cum Pipinus Landenſis fuerit; ideò in Cathalogo illorum adnotatur, ornatus dignitate Ducis Brabantinorum.

Timens Gallia tanti Scriptoris ceſtraphondina, ad ſui monumentum iactavit in publicum capitula titulo: *Obſervationes, ſive reſponſio ad duos Tractatus Bruxellis editos adversùs Reginæ Chriſtianiſſimæ ius in Brabantiam, & in alias quaſdam Belgii Provincias.* Sed etſi adjutorium neceſſe non habuerit tanti viri mens, & doctrina, adhùc in Obſervatio-

tiones, editum fuit opus titulo: *Le REMARQVEVR ANONYME, convaincu par l'Hiſtoire, ou reſponſe aux Remarques envoyées à Monſieur le CONSEILLER STOCKMANS ſur ſa ſeconde Partie.* Qui fol. 29. ſic in Gallum decantat:

Voyons maintenant, ſi ce que vous niez avoir dit, eſt ainſi. Dans vos premieres Remarques tranſlatées en Latin pag. 17. lin. 19. Vous dites: Conſtat enim filias ad ſucceſſionem Ducâtus Brabantiæ antè conſtitutionem admiſſas fuiſſe. *item pag. 18. lin. 2.* Primum exemplum ſucceſſionis filiarum in *DVCATV BRABANTIÆ* dat Begga. *Et pag. 18. lin. 2. des dernieres, Dites*: Ie n'ay pas dit, comme vous le ſuppoſez, *DANS LE DVCHE' DE BRABANT*, j'ay ſeulement dit, dans le Brabant. *Ce paralele ne fait-il pas aſſez voir la legereté de voſtre plume, & le peu de ſincerité de voſtre cœur, ne donne-t'il pas au monde ſuiet de dire*, Mentita eſt iniquitas ſibi? *Vous vous tournez de tous coſtez, comme une piroëte, & penſant ainſi eluder la force de l'argument de voſtre Antagoniſte, vous vous engagez davantage dans les pieges, que vous luy avez voulu dreſſer.*

Ie reviens à vos Autheurs,

Iam videamus, nùm quod dixiſſe negas, ſic ſe gerat. Primis in obſervationibus Latino idiomate traductis pag. 17. lin. 19. ait: *Conſtat enim filias ad ſucceſſionem Ducatus Brabantiæ ante conſtitutionem admiſſas fuiſſe.* Item pag. 18. lin. 2. *Primum exemplum ſucceſſionis filiarum in Ducatu Brabantiæ dat Begga.* Et pag. 18. lin. 2. ad finem, inquit: *Non ſic ut ſupponis affirmavi, In Ducatu Brabantino*, ſolùm enim dixi, *in Brabantia.* Hoc ex paralello ſtyli tui levitas, & quantula cordis; immò minima ſinceritas abundè demonſtratur, & anſam cuique porrigit, ut dicat: *Mentita eſt iniquitas ſibi.* Impetu animi repentino, quaſi vento inſtar bracteæ, vndequaque incitaris; & dùm tui Antagoniſtæ ferreum moliris argumentum enervare, iiſdem inſidiis intercludeberis, quas ei fuiſti opponere conatus. *Pſal. 26. verſ. 12.*

Tuos adibo Autho-

que vous auez taſché de faire rendre temoignage contraire aux choſes, qu'ils ont fidellement rapportées: mais leur candeur n'eſt pas ſujette aux changements. Vous mettez en frond la Preface de Molan, & vous croyez qu'il fait Pepin Duc de Brabant ſemblable à ceux de noſtre temps, par ces mots: Sit igitur Pipinus primus Ducatuum Lotharingiæ, & Brabantiæ Dux. *Liſez la ſuite, vous y trouverez l'explication: elle corrigera voſtre erreur.* Eſt & illud animadvertendum *PRIMOS BRABANTIÆ DVCES, NON EIVS GENERIS DVCES FVISSE, QVALES NVNC SVNT. Et un peu après:* Primi proindè Brabantiæ Duces non Ducatus illius, qui dicebatur Auſtraſia, ſed in Regno Auſtraſiæ, Duces erant, & *DUCUM OFFICIVM* præſtabant. De quo perantiquo Ducum, & Comitum genere inter alios tractat Theodorus Adameus in ſuis ad Procopium de ædificiis Iuſtiniani Annotationibus.

L'Authorité de Barlandus vous eſt auſsi-bien contraire, que celle de Molan, & le propres mots, que vous alleguez, vont deſtruire le premier exemple de

res fide dignos, quos teſtes in contrarium adduxiſti, ſed eorum candor non mutationibus eſt obnoxius. Primum affers Molanum, credens, quod illePipinum depinxit Brabantiæ Comitem, ſimilem noſtri temporis Ducibus, his verbis: *Sit igitur Pipinus primus Ducatuum Lotharingiæ, & Brabantiæ Dux.* Si vlterius expoſitionem legas, invenies tuum errorem ad unguem caſtigatum: *Eſt & illud animadvertendum primos Brabantiæ Duces non ejus generis Duces fuiſſe, quales nunc ſunt.* Et paulò poſt: *Primi proindè Brabantiæ Duces non Ducatus illius, qui dicebatur Auſtraſia, ſed in Regno Auſtraſiæ Duces erant, & Ducum officium præſtabant, de quo perantiquo Ducum, & Comitum genere inter alios tractat Theodorus Adameus in ſuis ad Procopium de ædificiis Iuſtiniani Annotationibus.*

Barlandi etiam Authoritas æquè tibi eſt adverſa, ac illa Molani, & eadē ipſa verba, quæ in medium producis, primum tuæ tertiæ rationis exem-

de voſtre troiſieme raiſon. Interfecto *dit-il*, poſteà Grimoaldo, Soror ejus Begga cum marito ſuo res Brabantiæ aliquantulum temporis ADMINISTRAVIT. *Cela ſignifie t-il qu'elle a ſuccedé dans la proprieté de la Seigneurie, ainſi que vous voulez, ou bien qu'elle a ADMINISTRE' & gouverné quelque temps le Pays de Brabant. Le meſme Barlande le vous dira dans ſon Chap. 2. que vous alleguez fol. 19. & 20.* Matri Pipinus ſucceſſit hujus nominis ſecundus, & DVX Brabantiæ TERTIVS, *S'il n'eſtoit que le troiſieſme Duc, il faut par conſequent que Begge n'ait pas eſté Dame proprietaire, puis que devant elle n'ont eſté que deux, Pepin de Lande, & Grimoalde ſon fils.*

Ce n'eſt pas le ſentiment de Barlandus ſeul, Henningius le dit auſſi dans ſa Genealogie des Pepins, & Ducs de Brabant Tom. 4. Begga, vel Begua RECTRIX Ducatus Brabantiæ, Tongrenſiſque defuncto fratre, ejuſque filio.

Ie ne pretend pas par ces Autheurs ſapper voſtre fondament, je le veu bouleverſer par des plus fortes raiſons. J'ay envie de exemplum funditus evertunt: *Interfecto* (ait) *poſteà Grimoaldo, Soror ejus Begga cum marito ſuo res Brabantiæ aliquantulum temporis adminiſtravit:* ac ſi diceret, quod in Dominii proprietatem ſucceſſit, te judice, aut quod illa Brabantiæ clavum per aliquod temporis ſpatium adminiſtravit, & tenuit. Ipſemet Barlandus ſuo 2. cap. à te allegato fol. 19. & 20. tibi id abundè explicabit: *Matri Pepinus ſucceſſit hujus nominis ſecundus, & Dux Brabantiæ tertius.* Si tertius tantummodo extitit Dux, patet conſequenter, quod Begga numquam proprium Dominium obtinuit, ſiquidem ei duo tantum prædeceſſere, Pipinus ſcilicet de Lande, & ejus filius Grimoaldus.

In hac ſententia non unus eſt Barlandus, Henningius namque in Pipinorum, & Ducum Brabantiæ Genealogia tom. 4. inquit: *Begga, vel Begua Rectrix Ducatus Brabantiæ, Tongrenſiſque defuncto fratre, ejuſque filio.*

Tui conatus vim ex his Authoribus elicere non curo, fortiori namque meo ariete, quàmcitò nutabit. Velim equidem

de vous mener à l'origine, & commancer de la plus haute, & ancienne memoire de noſtre Hiſtoire, puis nous retomberons ſur les temps de Begge, & aprés nous parlerons de Gerberge, que vous alleguez pour un ſecond exemple.

Perſonne n'ignore, que le Pays de Brabant eſt entre les premieres conqueſtes, que les François ont faits dans la Gaule Belgique, aprés qu'ils eurent paſsé le Rhin au 5. Siecle. Tous les Hiſtoriens en ſont d'accord. Auſſi eſt-il conſtant, que Pepin de Lande veſcut ſur la fin du ſixiéme Siecle, & eſt mort au 7. Ie demande, ſi ledit Pays à eſté alors uni à la Couronne, comme il a eſté depuis par l'advenement de Pepin le Bref, ainſi que vos Autheurs François ſoûſtiennent, ou bien ſi Pepin le vieux l'a poſſedé franc, libre, & independant de la Couronne? Si vous m'accordez le premier, je vous reſpond, que Begge ne pût ſucceder à ſon Pere contre la diſpoſition de la pretendüe Loy Salique, laquelle ſelon le ſentiment de vos Docteurs a commencé avec la Monarchie:

ad fontis ſcatebras tete ductare, filumque ducere ex alta, & antiqua noſtræ hiſtoriæ memoria, quâ detecta, ad Beggæ tempora revertemur, poſteroque ſermo erit de Gerberga, quàm pro ſecundo exemplo teſtaris.

Nulli unquam ignotum, quod Brabantia inter primas numeratur expugnationes à Gallis factas in Gallia Belgica, Rheno traiecto, quinto ſæculo currente; Hiſtoriographi omnes id ipſum affirmant. Sic etiam conſtat, quod Pipinus de Lande ad ſexti ſæculi finem communi luce fruebatur, obiitque in ſeptimo. Rogo igitur, utrùm prædictæ Dominationes tunc temporis, cùm Coronæ unitæ exiſtebant, ut de facto erant per adventum Pipini, cognomento Brevis, ſicut tui Gallici Authores affirmant, vel an Pipinus ſenior illas poſſedit immunes, liberas, & independentes à Corona? Si primum concedis: Reſpondeo, quod Begga patri ſuccedere non valuit contrà Salicæ legis prætenſæ diſpoſitionem, quæ tuorum Doctorum ex ſententia cum Monarchia originem traxit:

De terra verò Salica in mulierem nulla portio hæreditatis tranſit, ſed hoc virilis ſexus acquirit, hoc eſt filii in ipſa hæreditate ſuccedunt. *Si vous dites, qu'il en eſtoit le Maiſtre abſolu, & qu'il a eſté exempt de ſuperieure Iuriſdiction, il en a peu diſpoſer ſelon ſon gré, & Begge luy pouvoit auſſi-bien ſucceder, que les maſles. Mais depuis que la ditte Terre eſt venuë à la Couronne de France par Pepin le Bref, n'eſt-elle pas devenuë ſujette à la Loy Salique, ſelon l'opinion de vos François, & demeurée juſques à ce, que par le partage fait entre l'Empereur Lothaire l'an 870. & Charles le Chauve Roy de France ſon Frere, la portion du Roy eſt demeurée Salique, & celle de l'Empereur contenant le Brabant aſſujettie aux Loix de l'Empire? Les quatre Comtez de l'Ancienne Brabant, Maſtricht, Liere, la Campigne, Meerbecq, & autres places exprimées dans l'acte de partage, n'ont-ils pas changé de nature? Et ce qu'auparavant du temps de Begge eſtoit comme allodial, eſt devenu, du moins pour la plus grande part, feodal.*

De terra verò Salica in mulierem nulla portio hæreditatis tranſit, ſed hoc virilis ſexus acquirit, hoc eſt filii in ipſa hæreditate ſuccedunt. Si verò dixeris, quòd abſolutus erat ille Dominus à ſuperiori juriſdictione penitus immunis; ad libitum poterat diſponere, & tàm Begga, quàm maſculi ei ſuccedere valebant. Poſtquàm autem prænominata ditio ad Galliæ Coronam devenit per Pipinum Brevem, Legi Salicæ non fuit obnoxia, ex ſententia tuorum Gallorum, & ſic manſit, donec per diviſionem factam inter Lotharium Imperatorem anno 870. & Carolum Calvum Galliæ Regem fratrem ejus, portio, quæ Regi obtigit, Salica facta eſt; illa verò, quæ Imperatori, Brabantiam continens, legibus Imperii ſubjacens fuit? Quatuor præterea Comitatus antiquæ Brabantiæ, ſcilicét Maſtricht, Liere, Campigne, Meerbech, aliaque oppida in diviſionis actu expreſſa, naturam non mutarunt? & quod ante Beggam erat veluti Allodiale, penè totum in feudale mutatum fuit.

Vo- Vi-

Voyez-vous maintenant, que ſelon l'occurrence du temps, & les changemens des Seigneurs, les Filles deviennent incapables de poſſeder des Terres, dont elles purent joüir du temps paſſé?

Begge doncques à pû heriter les francs Alleuds de ſon Pere, mais depuis qu'ils ont changé de nature, les filles ſont demeurées excluës juſques à ce que Philippes II. a octroyé à noſtre Duc, qu'au defaut des maſles, elles pourroient ſucceder.

Videas igitur, ſi ſecundùm temporis occurrentiam, & poſſedentium mutationes filiæ incapaces reddantur ad terras illas poſſedendas, ad quas olim admiſſæ.

Begga ergò Allodiorum patris potuit eſſe hæres, poſtquàm autem ea naturam mutarunt, filiæ excluſæ remanſerunt, donec Philippus II. noſtro Duci conceſſit, quòd defectu maſculorum fœminæ poſſent ſuccedere.

Nec renuit Stockmannus, etiam viſis Obſervationibus in arenam deſcendere, qui vilipenſa adverſarii elatione, ſtipata magis vociferatione, quàm virtute, prodiit ad repulſandam ſuæ doctrinæ vacuam contumeliam impoſitam edita: *Parte tertia, Tractatus de jure Devolutionis, in qua novæ ineptiæ, & errores, quibus Anonymus ſecundam partem eiuſdem Tractatus maculare conatus eſt, reprimuntur, & refutantur.* Qui fol. 13. agens contrà Obſervatorem, ſic loquitur:

Tertia eliſio Conſtitutionis Philippinæ ex eo formata eſt, „ *quòd* pro confeſſo haberi velit Obſervator, Conſti- „ tutionem iſtam ad Brabantiam nihil pertinere, ſiqui- „ dem cùm de filiarum ſucceſſione, quaſi de re nova „ loquitur, de hæreditate Brabantiæ intelligi nequeat, „ ad quem conſtat ex omni ævo, & antè Conſtitutio- „ nis tempus filias admiſſas fuiſſe: *Id volens inferre ex* „ *ſucceſsione Beggæ, Pipini filiæ, Grimoaldi Sororis, & ſucceſ-* „ *ſione Gerbergæ, Caroli filiæ, & Sororis Ottonis.*

Sed contrà negavi Beggam Pipini filiam in Ducatum Bra- „ *bantiæ ſucceſsiſſe, atque adeò, nec ipſam Duciſſam, aut Pipi-* „ *num Patrem eius Ducem unquam fuiſſe rationibus, & teſtifi-*

„ *ca-*

„ *cationibus bonorum Authorum tunc adductis, inter quos, &*
„ *Adrianus Valleſius erat. Quibus viſis obſervator in eandem ivit*
„ *ſententiam his verbis :* Ie ne me ſepare point, comme vous
„ le croyez, de l'opinion de Monſieur de Valois, je la
„ croy la meilleure, & je penſe comme luy, que la qua-
„ lité de Duc n'eſtoit pas du temps de Pipin, ny du
„ temps de Begge ſa fille, ce qu'elle eſt preſentement.
„ *Et hactenus quidem ingenuè, ſed quæ addit, & adjungit non*
„ *eiuſdem fidei, aut commatis ſunt, negat ſe in priori ſcripto* Du-
„ catum Brabantiæ *nominaſſe, je nay pas dit, comme vous le*
„ *ſuppoſés,* dans le Duché de Brabant, *j'ay ſeulement dit,* dans
„ le Brabant, *& tout au plus,* dans la Principauté de Bra-
„ bant, &c. *cùm tamen fol.* 1. *legantur iſta*: Conſtat filias ad
„ ſucceſſionem *Ducatus Brabantiæ* antè Conſtitutionem
„ admiſſas fuiſſe. *Item fol.* 18. Primum exemplum ſuc-
„ ceſſionis filiarum in *Ducatu Brabantiæ* dat Begga Pi-
„ pini filia, Grimoaldi ſoror. *Item fol.* 19. Eorum præde-
„ ceſſores Ottonis, & Gerbergæ Lotharingiæ ſimul, ac
„ *Brabantiæ Duces* extiterunt. *Sed humanus erat lapſus (quem*
„ *& mihi obrepſiſſe ſenſi) niſi novo errore, & negatione defende-*
„ *retur, cujuſmodi eſt, quòd ait paulò poſt fol.* 21. Ie pretends
„ ſeulement, que je n'ay pas beſoin d'entrer icy dans
„ certe diſpute : La raiſon eſt, que Pepin, ainſi, que Mon-
„ ſieur de Valois en demeure luy-meſme d'accord, eſ-
„ toit Seigneur, ſi non du tout, au moins de la plus gran-
„ de partie du Brabant : Vous n'en oſeriez diſconvenir.
„ *Ego verò rursùm inficias eo ſcripſiſſe Valleſium, quòd Obſerva-*
„ *tor dicit, & rem ita ſe habere, ut vult. Valleſium accuratè relegi,*
„ *& ecce verba eius repræſento:* Habuit quidem in pago Haſ-
„ banienſi, atque Bracbanto Auſtraſiæ inferioris Regio-
„ nibus, multas poſſeſſiones, Villaſque Pipinus, in pri-
„ mis Landinum, vel Landam, à qua cognomen invenit,
„ & Domum ampliſſimam in Oppido Niviala, quæ poſ-
„ teà in Baſilicam, Monaſteriumque ab Itta, & Gertru-
„ de mutata eſt. *Aliud verò eſt Villas, Domos, & Poſſeſſiones*
„ *habere in vna Regione, aliud verò,* eſtre Seigneur de la plus
„ grande partie de la Region ; *quòd non competit Dominis,*
„ *ſeu proprietariis fundorum, quantumcumque poſſideant, ſed To-*
„ *parchis, qui Imperium, & Poteſtatem juriſdictionalem, ſeu ter-*
„ *ritorialem iure ſuo exercent. Miror tam multos lapſus hic accu-*

„*mulatos, quos tamen animus est nullo inclementiori dicterio, quia*
„*sic proposui, inurere. Maneat igitur firmum, Beggam, non dico*
„*in Ducatu, aut Principatu, sed in nulla specie publicæ potestatis*
„*Pipino Patri, aut fratri successisse. Dignitates, quas Pipinus*
„*gessit, non transierunt isto ævo ad successores, quia mera officia*
„*temporaria erant per mortem expirantia & si transiissent, ne-*
„*quaquam fœminæ in successionem talem admissæ fuissent, aut si*
„*contradicere perseveret Observator, æquum est ut idoneè pro-*
„*bet. Nominet igitur ut vult, sive* Ducatum, *sive* Comita-
„tum, *sive* Principatum, *aut* la Seigneurie, *aut* le Brabant,
„*nunquam efficiet, ut Begga publicam dignitatem per succes-*
„*sionem Patris, aut fratris subrogata sit, villas tantùm, domos,*
„*& possessiones accepisse potest, de quibus hic nulla quæstio.*
„ *Supervacuum nunc propè fuerit Historicorum Authoritati-*
„*bus certare, quos facti, & rei gestæ testes nullos habemus in tan-*
„*ta sæculorum distantia, & intercapedine, ut necesse sit ad*
„*proximos, & citerioris ævi Autores perfugium habere, quibus*
„*proindè quanta fides sine aliis adminiculis tribuenda sit, pru-*
„*dens Lector expendet. Observator, licèt in castra nostra tran-*
„*sierit, & Pipinum jam non ampliùs pro Duce Brabantiæ ha-*
„*beat, aut Beggam pro Ducissa, remordens tamen adhuc, &*
„*obluctans, in medium protulit pro parte affirmante, primo loco*
„Molanum, *qui in suo proœmio de Sacra Militia Ducum Bra-*
„*bantiæ sic habet:* Sit igitur Pipinus I. Ducatuum Lotha-
„ringiæ, & Brabantiæ Dux. *Qui etiam pro titulo octavi ca-*
„*pitis habet:* De Sacra Militia Ansegysi Ducis.
„ *Secundò* Divæum, *qui lib.* 3. *Rerum Brabanticarum,*
„*p.* 44. *habet sequentia:* Successit Grimoaldo in Ducatu
„Ansegysus Beggæ Sororis eius maritus, in Palatio verò
„Vulfradus.

Tertiò Barlandum, *qui pro primo titulo sui Chronici Bra-*
„*bantiæ habet*, Pipinus primus Brabantiæ Dux. *Quibus*
„*hæc sequuntur*: Brabantiæ, Germaniæ Provinciæ infe-
„rioris Dux I. fuit Pipinus, Carolomanni filius, qui
„vxore capta ex gente Aquitanica, Suevos, alioſque
„Germaniæ Populos bello vicit; huic tres fuere liberi,
„filiæ Begga, & Gertrudis, quarum hæc est posteà in
„numerum relata Divarum; filius Grimoaldus, qui
„Patre mortuo, Dux factus Reipublicæ præfuit. Hujus.
„viri consilio Sigebertus Rex Francorum, diversis

„lo-

„ locis in pauperum alimoniam ſacras ædes, & cœno-
„ bia extruxit: odio quorumdam interfecto poſteà Gri-
„ moaldo, Soror eius Begga cum marito ſuo res Bra-
„ bantiæ aliquantum temporis adminiſtravit. *Et Cap.* 2.
„ Matri Pipinus ſucceſſit huius nominis ſecundus, &
„ Dux Brabantiæ tertius, qui Herſtalli cognomen ac-
„ cepit ab Herſtallo.
„ *Denique Haræum*: Poſt mortem Grimoaldi, eiuſque
„ filii Hildeberti, Begga Grimoaldi Soror Principatum
„ adiit, Sorore eius maiore natu Santiſſima Gertrude,
„ jam tùm anno ſexcenteſimo quinquageſimo, uti dictum
„ eſt, Deo ſacrata.
„ *Hos omnes, uti temporis antiquitate, ita rerum cognitione,*
„ *& authoritate antecellit* Edmundus Dinterus, *rerum Bra-*
„ *banticarum Hiſtoriographus, Philippo Bono Burgundiæ, ac*
„ *Brabantiæ Duci, tribuſque eius deceſſoribus à ſecretis, in Chro-*
„ *nico ſuo ante annos ducentos exarato, qui in additione ad Caput*
„ *XVII. præcedens de Pipino dicit:*
„ De Pipino de Landens, I. Duce Brabantiæ, additio.
„ *Item*:
„ Supradictus Pipinus, filius Carolomanni, Brabantiæ,
„ & Hasbaniæ Princeps.
„ Gaguinus *verò in Hiſtoria Regum Franciæ in geſtis Clota-*
„ *rii Secundi Francorum Regis, ait:*
„ His temporibus traditur extitiſſe Virgo Illuſtris
„ Gertrudis, filia Pipini de Landis, primi Brabantiæ
„ Ducis, cuius Soror Begga fuit Duciſſa Religioſiſſi-
„ ma.
„ *Pro parte verò negante, quæ Pipino, ac filiæ ejus titulum*
„ *Ducatus detrahit, præter relatas priori in Scripto* Valleſii,
„ Bollandi, & Henſchenii, *adferuntur hæ Hiſtoricæ Autho-*
„ *ritates. Primò in Hiſtoria prælii* Woeringani, *qui autho-*
„ *rem habet Verum, Nobilem, & Doctum* Henricum de
„ Dongelberg, *Baronem de Reves, leguntur ſequentia:*
„ Ab hoc Godefrido Ducum noſtrorum inchoandus
„ Cathalogus, & qui dùm ſummam, & velut unicam
„ in antiquitate gloriam ponunt, eum altiùs deducen-
„ dum contendunt, & nobis Pipinos, eorumque poſte-
„ ros, ut ſumma illius ornamenta, conantur obtrude-
„ re, majus vetuſtatis, quàm veritatis ſtudium produnt.

„ Pipinos ego illos inter præcipuos Auſtraſiæ Regni „ Proceres habeo, & qui in Bracbatenſi agro poſſeſſio- „ nes ampliſſimas habuerint (hoc enim D. Gertrudis „ teſtantur patrimonia) ſed nulla Ducalis Tituli præ- „ rogativa Bracbatenſi agro præfuiſſe concedo. Nulla „ hoc convincunt Diplomata, immò extrà Brabantiam, „ & præcipuè in Hasbania, ut Landen, & Herſtal, eos „ domicilii ſedem habuiſſe conſtat. Bracbatenſis Ager, „ nullo dignitatis titulo illuſtris, anteà ſub Auſtraſiæ „ Regni amplitudine latens, poſtmodùm intrà Lotha- „ ringici Regni, & tandem Ducatus terminos compre- „ henſus fuit; primus, uti diximus, Godefridus Barba- „ tus, patrimoniali ſuo Comitatui Lovanienſi, benefi- „ cio Imperatoris, coniungens Lotaringiæ Ducatum, „ tituli initium fecit, ſeu fundamentum dedit. Comi- „ tatus autem hos Lovanienſem, & Bruxellenſem, li- „ berè, & citrà Clientelæ alicuius obligationem, Du- „ ces noſtros poſſediſſe, volunt, nec Imperio feudali iu- „ re obnoxios fuiſſe, niſi ratione Marchiæ Imperii, ſeu „ Antverpiæ, & eorum, quæ Lotaringiæ Ducatûs titu- „ lo illis acceſſerunt.

„ *Secundò* Bartholomæus Fiſen *in Hiſtoria Eccleſiæ Leo- „ dienſis ad annum 646. num. 22. hæc habet:* Hic ille eſt Pi- „ pinus, quem primum Brabantiæ Ducem indigitant. „ Sed qua hoc fide, viderint. Nam ut inter Auſtraſios „ longè potentiſſimum fuiſſe, latèque multa poſſedif- „ ſe, quæ hodiernis Brabantiæ finibus clauduntur, am- „ bigere velle vanum eſſet; ità parùm antiquitati con- „ ſentaneum, illam aſſerere Principatus formam iam „ tum fuiſſe, quam poſteriora viderunt ſæcula: maxi- „ mè quando quæ antiquiſſima fortaſsè Bracbanti ſu- „ pereſt memoria, noſtræ Brabantiæ minimè conve- „ niat.

„ Doutreman *en ſon Hiſtoire de Valenciennes, 3. par. „ Chap. 3. num. 1. & 2. ſcribit ut ſequitur.*

„ Ordinairement les Gouverneurs des Provinces eſ- „ toient appellez Ducs, ceux des Villes, Comtes. *Et „ Paulò infrà:* Ces Comtes eſtoient muables à la volonté „ du Prince, & n'eſtoient pas en ces temps ces Duchez „ par Heritage, mais eſtoient comme Bailliages, que „ l'on

„ l'on oſtoit, & mettoit ſelon le temps. Voyez Pierre „ Pithou des Comtes de Champaigne, Claude Fauchet „ en ſes Antiquitez, & Origines de France, & autres.

„ *Ex his in utramque partem adductis Authoribus illam præ-*
„ *valere ſine dubio par eſt, quæ veritati facti, & temporis con-*
„ *ſentanea dicit, non quæ ea adfert, quæ per id temporis abſona,*
„ *& inuſitata habebantur. In priori ſcripto firmis authoritati-*
„ *bus ſtabilitum fuit, nullos tunc temporis Duces, aut Comites*
„ *fuiſſe talis poteſtatis genere, qualis hodie conſpicitur ſtabilis,*
„ *& immutabilis, ac inſtar patrimonii competens. Tunc, ſi Pi-*
„ *pinum Ducem quis nominauit, intelligendus eſt de Ductore*
„ *Exercitus, aut Gubernatore Provinciæ. De quo Argumento*
„ *ſi quis plura deſiderat, adire poterit præter* Antonium Da-
„ dinum *priori in ſcripto allatum*, Loyſeau *des Offices Lib...*
„ *&* Speelmannum *in Gloſſario, verbo* Dux. *Vbi Diatri-*
„ *ben integram de hoc Argumento inſeruit, & plenè oſtendit,*
„ *quid inter Duces hodiernos, & illos veteres interſit. Cui con-*
„ *ſona dicit* Molanus, *explicans teſtimonium ſuprà nomine eius*
„ *relatum.*

Inter verò tantos viros liceat nobis aſſerere abſque temeritatis nota : quòd quiſquis ille fuerit Hiſpanus, Brabantinus, Italus, Germanus, Gallicanus, qui defenſionem, oppugnationemvè iurium Reginæ Chriſtianiſſimæ in Ducatum Brabantiæ, auſus fuerit ſuſcipere attento iure ſcripto, conſuetudine recepta, exempliſvè ortis ab anno DCC. L. quo Pipinus III. Brabantinorum Dux, aſcendit ad apicem Regni Francici, in vanum laborauit, Andabatarumque more dimicauit. Nè verò procacitate, ac turpitudine & nos videremur ducti, veritatem deſiderauimus circà naturam, qualitatem ſucceſſionis, & iuris Ducatus Brabantiæ, & admiſſionem Beggæ ad illius regimen circumſcripti intrà illius ætatis metas.

Sed etſi retundere poſſemus Valleſii (32) ſententiam, cæterorumque tenentium, Pipinum Landenſem Ducem Brabantinorum non fuiſſe titulo reali decoratum Ducis; ex eo quòd prima in Francorum periodo, ſubque Romani Imperii excidio Ducatus perſonales, non reales, temporarii, nec perpetui coaluerunt, decorata noſtra ſententia fabuloſis narrationibus illis, qui-

(32) Adrian. Valeſ. *rer. Franc. lib.* 8. Hareus, *Annal. Braban. in Pipin.* 1. Suer. *Annal. de Fland. lib.* 1 *fol.* 13. Lipſ. Lovan. *lib.* 1. *cap.* 8.

bus Gallicani antiqui Scriptores ſua opera vermiculant, Gigantem Phiniardum conſtituentes, Flandrici Circuli latronem, Foreſteroſque perpetuos dicentes, quos nunc Dominos appellamus. De quo videndi Lipſius, Suerius, aliique Scriptores. (33)

(33.) Meyer. *Annal. Flandr. li.* 1. Lipſ. Lovan. *lib.* 1. *cap.* 11. Suer. *Annal. Fland. dict. lib.* 1.

Veritatem amantes, & ad illam quærendam clavem collimantes, notare debent : Titulos honoris à prima mundi periodo ortos ad deſignationem Majeſtatis, Imperii, aut Dominationis. (34) In ſecunda verò receptos ſub voce Ducum, Comitum, Marchionum, vel perſonales, temporarioſque fuiſſe, vel reales, & perpetuos, attentare, qualitateque, ex qua laudati. Evincitur hæc ſententia ex eo quòd ſi à Republica, Principe, Supremo, Rege, Imperatorevè, Provinciæ, Circuli, aut Territorii regimen commendabatur, cùm ille, cui tradebatur Imperium, Majeſtatem non teneret nativa propria virtute, ſed Principis commendantis : (35) ad uſum verò Imperii, neceſſariò deſideraretur titulus honoris, in quo Majeſtas ſuprema refulgeret, illo decorabatur, quo honorabatur Provincia ſortita, Circulus, aut Territorium; ſed temporariè tantùm, illoque tempore, quo in manus traditum regimen, ac poteſtas. De quibus titulis temporariis loquuntur Dadinus & Valleſius; & de eis etiam mentio facta fuit in gurgite Codicis, & Authenticorum. (36.)

(34) Livius *lib.* 26. Sueton. *in Tyber. cap.* 17. Kekerman. *Polit. lib.* 1. *cap.* 4. Beſſold. *de Præced. cap.* 4. *n.* 3. Theod. Hoeping. *de jur. inſign. cap.* 22. *num.* 5.

(35.) Joan. Montan. *de authorit. Magn. Conſil. nu.* 129. Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 21. *cap.* 1. *num.* 6.

Dum verò Primatus Nobilis nativo jure Dominium tenebat Provinciæ, Territorii, Circulivè, hocque quæſitum fuit ex antiqua poſſeſſione avita jure belli, aut ſubditorum voto tranſlatum; tunc titulus honoris, quo ſupremitas illius honorabatur, perpetuus, realis, ſucceſſivuſque credebatur, & transferebatur ſanguini potiùs, quàm perſonæ quæſitus.

(36.) *L. ult. C. de Diverſ. offic. tit. C. de Comit. qui Provinc. regunt. Authent. de Comit. Iſaur.* & aliis ubi ſcribunt. Pancirol. *not. Imper. & variar.* Buſenger. *de Imp. Roman.* Gunther. *de offic. Dom. Aug.* Beſold. *diſſert. de Comitib.* Pet. Gregor. *lib.* 6. *Syntagm. cap.* 7. Wolphan. Laz. *Repub. Roman. lib.* 2. *c.* 9. Joan. Lymn. *de jur. publ. lib.* 4. *cap.* 3. Theod. Reinfing *de Regim. facul. lib.* 1. *clauſ.* 4. *cap.* 13. & 14.

Et quamvis hæc ſententia exemplis, conſuetudine, moreque gentium antiquarum fulcienda venerat, recolita Sacra Hiſtoria Judicum, & Regum : prophanaque ex Alexandro, donante Poro Indiarum Regi Provincias manu debellatas, Romaniſque donantibus Regna Syphaci, Atherbalo, Antipatro, & Ptholomeo juniori, ea omittenda duximus, reducti intra metas Imperii Europæi, poſt Romani excidium.

No-

Notatur enim, quòd Clodamirus Francorum Rex, cùm morte Coglionis ad apicem Regni aſcendiſſet, ambiens Imperium totius Germaniæ, Galliamque concupiſcens, ne Francorum ſuperbiam contineret privato limite, Rhenum tranſcendere collimavit, utque ſecuritate neceſſaria irruptionem intenderet, neque Romanorum invaſionibus teneretur, aliarumque gentium circa annum CCCC. LIV. (37.) Genebaldo fratri Franconiam donavit Titulo Honoris, ac Ducatus dignitate ornatam; (38.) quàm perpetuam tenuit, ſucceſſoribuſque reliquit, qui ſanguinis, & hæreditario jure eam poſſederunt uſque ad Pharamundum, quem ex Duce Franconiæ ad Regnum Francorum elevatum fuiſſe, notamus.

(37.) Genebrard. *Chronolog. anno Chriſti* 454.

(38.) Wolphan. Laz. *de Migrat. gent. lib.* 3. *fol.* 74. Ex Aymon. Antonin. & Sigebert. Pined. *Monar. Eccleſ. par.* 2. *lib.* 13. *cap.* 25. §. 4. *& cap.* 26. §. 1.

Hæc perpetuitatis vita inſuflata fuit dignitatibus à gentium more, præcipuè laudato illa in periodo, in qua floruit prima ætas Ducatûs Brabantiæ, ut aliis omiſſis evincitur à Boieriis, Boiis, Panoniis, ſeu Bohemiis, (39.) quorum, etiam dominante potentia Clodovei arma Francorum ultra Rhenum protendentis, ſub Imperio, & manu Ducum familiarium, perpetuâ dignitate gaudentium, Reſpublica agebatur, Duxque non temporariè, ſed perpetuò regimen tenebat, inque filios deſcendebat. Audiamus ex Renano Gallicanum Petrum Gregorium: (40.) *Sicque Boieriis Agilolphingiorum antiqua gens diu Duces dedit. Hoc autem privilegium habebat ea familia* (nota feudum) *à priſcis Francorum Regibus, ut ſi quis fidus Regno, prudenſque ex ea progenitus compertus fuiſſet, non aliundè quiſquam aſciretur in Ducem.*

(39.) Wolphan. Laz. *de Migrat. gent. lib.* 7. *de Boiis.*

(40.) Rhenan. *rer. German. lib.* 2. Petr. Greg. *lib.* 6. *Syntagm. cap.* 7. *num.* 21.

Hinc Wolphangus Lazius, (41.) Boiorum Duces non temporarios enumerat, ſed feudales, ſucceſſioneque familiari tranſlatitios, prolatâ dignitate à parentibus in filios ſucceſſivo ſanguinis jure; ſicuti conſtitutum & laudatum notamus in Ducatu Charintiæ à Ludovico Rege tradente Dignitatem, & Status, reali dominio, Arnulpho filio Carolimanni ultimo Bavariæ Regi. (42.)

(41.) Wolphan. Laz. *de Migrat. gent. lib.* 7. *de Boiis fol.* 241.

(42.) Abb. Thritem. *Chronic. Duc. Brabant.*

Ne verò temporaria hæc ſententia habeatur, nec collectaneo vitio ad adulationem evulgata credatur, ſed ad veritatem; fatemur quod aſſerere abſolutè Roma-

manorum Imperatorum vltima in periodo, primaque Francorum Regum in ætate Dignitates Regales temporariè commissas, non hæreditarias fuisse, extra fidem est; Nè verò ad probationem alienis, aut exteris testimoniis vtamur, sed Gallicanis, audiamus Chopinum (*a*) de Dignitatibus hæreditariis loquentem: *Aliis verò agri limitanei, Ducibus videlicèt, Comitibus, & Marchionibus hæreditarii à Regibus assignati Alexandri Seueri exemplo, quià sola de hostibus capta limitaneis Ducibus, & militibus donauit. Ita tamen vt eorum essent; si ipsorum hæredes militarent. Attentius quippè eis dicebat militaturos, si etiam sic rectè defenderent*, Lamprid. *ad hunc modum Calvus, aut Capetus in Gallia, Otho primus in Germaniâ proceribus diuisim hæreditaria Ducatum, & Comitatum fueda attribuerunt.*

(*a*) Renat. Chop. *Doman. Franc. lib. 1. tit 6. num.* 16.

Nec ignotum, credo, Gallicanis Doctoribus Ducatum Britanniæ, ante Pipini Landensis ætatem perpetuum fuisse. Nota ex Gregorio Turonense ipsum Chopinum: (*b*) *Britones statim à Clodouei Regis obitu Gallorum Maiestati fasces submisisse, & Comites non Reges appellatos.*

(*b*) Chopin. *dict. tit. 6. num.* 4.

Sanè credimus, Gallicanos Homœros dormitasse, cùm, vt diximus, absolutè firmarunt, Dignitates Regales, temporales, non hæreditarias fuisse. Nam si mens nostra etiam non dormitat, nihil credimus aliud firmius innatum Francis prima Francorum Regum ætate, quàm vt perpetuæ fuissent illis in Territoriis, & suis in Circulis, illa constitutione, qua natus, & coalitus Brabantinorum Principatus. Adducimur in hanc sententiam (omissis iis, quæ latè, & communiter de limitaneis Ducibus, & Comitibus notant Scribentes) ex eo, quòd cùm Franci transacto Rheno Gallias concupirent, armaque, & dominationem in cæteras Europæ Provincias protenderent, necesse habuerunt Rheni ripas, Germanasque ditiones limitaneas sic collocare, tutarique, vt auerterentur inimicarum gentium irruptiones, quas tunc scaturiebat Europa, occasu, extinctioneque Romanæ Dominationis, ac Imperii. Quare tàm ex Romano more ab Alexandro Severo, & Probo Imperatoribus laudato, quàm Germanico (*c*) illas Provincias limitaneas Regni, aut Imperii, Ducibus hæreditario iure in perpetuum assignabant. Audiamus

(*c*) *L. Lucius Titius, de euictionib.*

Pan-

Pancirolam: (*d*) *Hi Duces non vt alii Magistratus ad tempus, sed in perpetuum creabantur.* Procopius, lib. 3. de ædific. Iustin. *Locum, inquit, nomine Artales muro munitissimo cingens, præsidium inexpugnabile ibi ordinavit, militaresque constituit cohortes, quibus Principem perpetuò futurum definivit, quem Romani Ducem Latina voce appellant; sed & prædia illis in limitibus in perpetuum colenda tradita eos perpetuos fuisse arguunt.*

(*d*) Pancirol. *not. Imper. Oriental. cap.* 139.

Ex quo more Maiorum, invenimus, Carolum Calvum anno DCCC. LII. Ducatum Aquitaniæ perpetuum donasse Ronulpho. (43.) Quibus sanè monimentis, ut credimus, edoctus Lymneus agens, de illa prima Francorum ætate, qua floruit virtus Carolimanni Patris, Pipinique Landensis filii (etsi Austrasianos sub Imperio, & falcibus Francorum Regum egisse assentiamus, quamvis varia sit in eo Scriptorum antiquorum enarratio) perpetuas, & hæreditarias Regales Dignitates fuisse, notat sub his verbis: (44.) *Extrà verò Regnum in Provinciis remotis, quæ tàm facilè iugo non poterant teneri, duplices conspicui erant: Alii Ducatum possidebant in vim Patrimonii, ita tamen, ut eum acceptum forent Regi: Aliique, ut priores illis ipsius in Regni visceribus, tantùm Gubernatores erant.*

(43.) Petr. Gregor *lib. 6. Syntagm. cap. 7. n. 17. Carolus Calvus Rex Galliarum victis nepotibus Pipino & Carolo, qui Regnum Aquitaneæ usurpare voluerant, Regnum Aquitaniæ in Ducatum convertit circà annum 852. constituitque Ronulphum Burgundum primum Ducem.*

(44.) Ioan. Limn. *de iur. public. lib. 4. cap. 3. à num. 10. & 11.*

Hoc more ergò Gentium attento, illa ætate Francorum recepto, & laudato, ex quo Dignitates Regales limitaneæ præcipuè perpetuæ acceptæ, maximè dum vnitæ Territorio donabantur, illoque iure inter eos vigente, illa in periodo, ut princeps ratio inter nobiles habebatur (45.) familiarum, & agnationum, honorisque natiui conservatio, refulgens vltrà sanguinis splendorem, in clientelarum nutritione, ac propagatione, utque clientelarii milites sub authoritate, manu, & Dominio advocati, seu patroni militarent; consuetudo, iussvè natum ex communi Gentium voto, levatum in sinu Romanorum, & coalitum Francorum (46.) desiderio.

(45.) Aym. *de gest. Franc. lib. 1. cap. 6.*

Collimemus mentem, ad quærendum, quo sanguinis splendore, quo Territoriorum Domanio ornatus, legitur Pipinus Landensis primus Brabantinorum Dux, ut indè euincatur, an iure, & more Francorum attento, perpetuæ Gentilitiæ Dignitates Ducales fuerint, anve transmissæ illius morte in Beggam filiam,

(46.) Cæsar *de bell. Gallic. lib. 2. cap. 4. lib. 6. c. 4. & lib. 7. cap. 10.* Bodin. *de Repul. lib. 1. ca. 7.* latè Mager. *advocat. armat. cap. 5. a num. 70.* Chiflet. *vind. Hispan. cap. 5.* David Blondell. *Geneal. Franc. tom. 1.*

filiam, an verò ad honorem in masculos, excluſa filia, fœmeninaque prole.

Sanguinis ſplendor, familiæ Pipini decor, & honor notus ex Hiſtoriarum enarratione : Fuit enim ex Patre Carolomanno nobiliſſimus, & ex primo Tungrorum, (47.) Theuthonicorum, ſeu Auſtraſiorum ordine, (48.) exque ſanguine Ducum Brabantiæ, antè Morovei ſceptrum. (49.)

Ditiones, ſeu Territoria Dominio competentia Pipino, tàm ex hæreditario, quàm armorum jure, ad limites fuiſſe Inferioris Germaniæ, notant Harnoldus, & Barlandus : (50.) Haræus verò, & Divæus præſcribunt illa in ipſo Brabantiæ Circulo, ad Hasbaniam vſque extenſa, teſte Davide Blondello, (51.) ex quo (ut ex Molano evincitur) (52.) ab ætate Pipini Landenſis, Francorum Regum Majeſtas in Brabantia ſuſpenſa, ſeu extincta fuit, vireſcente, extollenteque ſe in manu, & ſanguine Pipinorum.

Ex hoc iure Dominationis Pipino competenti, tàm antiqui, quàm novi Scriptores illum honorant Titulo Ducis Brabantiæ ; (53.) ſuperaddito à Lazio, & Lipſio, Marchionis. Quibus etiam honorati illius ſucceſſores vſque ad Pipinum III. Ducem Brabantinorum, Primumque hujus nominis Regem Francorum.

Quarè ex dictis *num.* 33. Primò fatendum credimus Pipinum dignitate Ducali perpetua decoratum fuiſſe. Secundò, repulſa ſententia Dadini, & Valleſii, illa in ætate receptas perpetuo, Domanialique iure Dignitates Regales.

Quod verò concupiret ſuæ familiæ memoriam, & honorem, Nobilitatiſque ſtemma perpetuò conſervare in ſucceſſores maſculos, excluſo fœmenino ſexu ; evincitur ex Hiſtoriographorum enarratione, qui attenta illa honoris proprii, & nominis libidine in eo eructante, notant, quòd rejecta, exhæredata, ſeu omiſſa filiæ

(47.) Haræus, *Annal. Braban. in Pipin. I.*

(48.) Diveus, *rer. Braban. lib. 1. cap. 3.*

(49.) Wolphan. Laz. *de Migrat. gent. lib. 3. fol. 77.* Paul. Æmil. *in Theod. I. Pipin. per bonæ partes Auſtraſiæ Principis.* Haræus, *in Pipin. I.* Div. *lib. 1. cap. 1. & 3.*

(50.) Barlan. *Chron. Duc. Brab. cap. 1. Brabantiæ Germaniæ Provinciæ inferioris Dux Primus fuit Pipinus Carolimanni filius, qui vxore capta ex gente Aquitanica, Suevos alioſque Germaniæ populos bello vicit.*

(51.) Wolphan. *dict. lib. 3. fol. 77.* David. Blondell. *Genealog. Fran. tom. 1.* Præfat. *Apologetic. in Armulphin. gent. ſtat. ab ann. 170. Carolus Comes Hasbaniæ, Carolamannus Comes Haſbaniæ : Pipinus Landenſis Dux.*

(52.) Molan. *Milit. Sacr. cap. 6.*

(53.) Ivo Carnot. *de geſt. franc.* Fredeg. *in Chron. Orchamb. II. Pipinus, glorioſo genitori feliciter ſuccedens, ſuſcepit Principatum.* Guagin *de Reg. Franc. lib. 3. in Theodo.*

I. *Virgo illuſtris Gertrudis filia Pipini de Landis Primi Brabantiæ Ducis*, Diveus, *rer. Braban. lib. 1. cap. 3.* Haræus *Annal. Braban. in Pipin. I.* Suer. *Annal. Flandr. lib. 18.* Lipſ. Lovan. *lib. 1. cap. 13.* Marc. Anton. Dominic. *Ansbert. famil. rediviv. cap. 15. Angeſiſus autem de Begga Pipini Ducis filiam*, David Blondell. *Geneal. Franc. tom. 1. in ſtemmat. Armulph. Genel.* Wolphang Laz. *de migrat. gent. lib. 3. fol. 77.* Pined. *Monarq. Eccleſ. tom. 3. lib. 17. cap. 31.* ſupra *num. 21.*

filiæ Beggæ charitate, quia creditum in admissione, seu institutione, illius familiæ finem, & extinctionem (54.) esse; Nomen, familiam, honorem, & Dignitatem reliquit Pipino (55.) nepoti ipsius Beggæ filio. Ex quo mortuo, Pipino Landensi in stemma Ducum Brabantinorum (â Francorum Dominatione immuni Brabantia) (56.) secundùm gradum assignant Scriptores, omissâ Begga Matre, Pipino II. Harstallo dicto, tamquam Pipini Primi successore.

(54.) Fredegard. Paul. Æmil. & Zyp. infrà. *n.* 63. & 66.

(55.) *L. Pronuntiatio, § Familiæ, de verb. signif. L. Iurisconsultus, de gradib.*

Hac enim voluntate Pipini primi secuta ab Austrasianis, supremam Majestatem venerati sunt in hoc Pipino Harstallo, dominante ab aui obitu in Austrasia, Regia cum potestate. Ex hoc fatendum credimus, Dominationem Pipinorum legitimam, & dominativam directè fuisse, cùm nec alio modo, quàm quo venerata, receptaque Pipini, nata, suscepta, coalitaque fuerint Regna, Imperia, & Dignitates supremæ à prima mundi periodo, si illorum monumenta recolimus.

(56.) Molan. *Milit. Sacr. cap* 6. Arnold. Birland. *Chron Ducum Brabant cap* 4. Hæreus, *Annal. Flandr.* Diveus, *per. Brabant.*

Nec facit in repulsam nostræ mentis sententia Valesii, & asserentium, Ducalem Dignitatem, quâ decorati Pipini, unitam fuisse cum Dignitate Majorum Domorum, seu cum Magistris Palatii Regum Francorum, & Austrasiorum: Cùm, si Historiarum narrationem notamus, illa ætate, qua Pipinus Harstallus Regia potestate dominabatur, (57.) Ducatumque tenebat Brabantiæ, anno scilicèt DC. LXXXVIII. (58.) Dominio directo Territoria, Circulosque regebat Austrasiæ, absque Francorum Regum interventu, dependentiaque ratione Officii Majordomi. Tunc enim temporis sceptrum Francorum manu tenebat Theodoricus, cujus Majordomus, seu Magister equitum erat Ebroinus, illoque ab Emenfrido violenter extincto, Warrato illius loco statuitur; cujus etiam morte Bertharius (59.) eius gener fit Major Domus Regiæ. Notentur de Brabantinorum Principum manu, Potestate, Dignitate, Dominationeque Gregorii Turonensis verba: *Pipinus commoto exercitu hostiliter ab Austrasia consurgens contrà Theodoricum Regem, & Bertharium preparat bellum, conjuncti in Oppido Vermandensi in loco, qui dicitur Textricco bellum mutuò gesserunt. Prævalente Pipino cum Austrasiis, Theo-*

(57.) Molan. *cap* 9. *Eo Magnitudinis excrevit, ut in tota Austrasia, etsi non Regio nomine, Regia tamen dominaretur potestate.*

(58.) Paul. Æmil. *in Theodor. l.* Fredegard. ddductus infrà *nu.* 76.

(59.) Sigebert. *Chron. ann* 689. Paul. Æmil. *in Theod l. Varrato vir. Clarissimus, Magister equitum dicitur.* Et post: *Mortuo Varratone, Bertharius ejus gener. Magister equitum dicitur.*

doricus Rex cum Berthario fugam iniit : Pipinus victor extitit, persecutusque eam Regionem sibi subiugavit. Sigebertique, qui facta ann. DC. LXXXVIII. sic narrat : *Ebroinum Majorem Domus Neustriæ Francos insolenter opprimentem Ermenfridus peremit, & ad Pipinum confugit, Warrato pro Ebroino Maiordomus statuitur : inter Pipinum, & Gissemarum filium Warratonis apud Nascinucum castrum pugna committitur. Nec multò post Gissemaro divinitus punito Warratone quoque mortuo Bertharius gener Warratonis fit Maiordomus Regiæ.* Et DC. XI. *Franci Berthario aversi affectant per obsides amicitiam Pipini, eumque instigant contrà Principatum Bertharii.* Anno DC. XCI. *Theodoricus Rex cum Berthario, & Pipino congressus vincitur, Bertharius à suis perimitur, Theodoricus Rex à Pipino capitur, Pipinus sibi Neustrasiam subiugat.* (60.)

(60.) Idem Sigebert. *ann.* 689. *Pipinus sibi Neustrasiam subiugat* Grego. Turon. *de Gest. Franc. cap.* 48. *Pipinus victor extitit, persecutusque eam Regionem sibi subiugavit*, Fredegard. *Chron. cap.* 102. Meyer. *Annal. Flandr. lib.* 1. *ann.* 615. Molan. *Milit. Sacr. cap.* 9.

Ex his verum, quidquid in suam sententiam extruant Galli, Austrasios, seu Austrasianos non fuisse sub Imperio, manuque Francorum Regum, Carolomanni, Pipini I. & II. ætate, nec hos etiam sic functos muneribus, seu officiis Gallicanis, ut ex eis innata sit Brabantini Ducatus Dignitas. Quod evincitur ex antiquis illius periodi monumentis: Austrasia enim, cujus Imperium, & regimen manu traditum Pipinorum (*a*) continebat Marchiam Orientalem, & Occidentalem (eas ab Athilæ manu Austrasii in sedem receperant propriam (quas secabant fluvii Mosa, & Schaldis, Carbonariaque Sylva. (*b*) Ex quo orta divisio Austrasiæ, Westriæ, ac Neustrasiæ. Westria enim, seu Neustrasia, cujus Metropolis Regia Mediomatricum, filiis secundis, seu fratribus Regum Francorum commendabatur. (*c*)

(*a*) Greg. Turonen. *de Gest. Franc. cap.* 46.

(*b*) Diveus, *rer. Brab. lib.* 2. *fol.* 41.

(*c*) Wolphan. Laz. *de migrat. gent. lib.* 3.

Haud ignotum nobis, quæ de Austrasiæ Regno, Regibusque Austrasiorum Clothario I. & II. Dagoberto, & Theodoberto, referunt Gregorius Turonensis, (*d*) Fredegardus, & Aymonius. Sed tamen notandum, horum dominationem (ut ex Scriptorum serie depromitur (non extensam vltrà Carbonariam sylvam, sed ad Plagam Occidentalem suprà Rhenum, Thuringiam, & Burgundiam; quarè Regnum illud designat Wolphangus intrà limites tractus Obruncani, & Argen-

(*d*) Gregor. Turon. *de Gestr. Franc.* 22. 37. 40. & 41. Aymon. *lib.* 2. *cap.* 1. & *lib.* 4. *cap.* 35.

gentorensis, intràque Rhenum, & Mosam.

Marchia verò, quæ Anglicani maris ora tenebat, in qua Hasbania, Campanensis Ducatus, Antverpia, totaque Brabantia, & Namurum, Pipinorum dominia (e) hæreditaria fuerunt, & dotalia Fluitildis Clotharii Primi filiæ, nec Mediomatricis Regibus fasces submisit, sed nativo jure Carolomanni, Pipinorumque fuit, quorum manui, Potestati, & Dominio suberat, & absque subjectione, aut dependentia Regum Francorum eis Brabantiæ Ducatus obvenerat; nec etiam eo officio, aut munere Maiorum Aulæ, aut Domus Regiæ, ut ex antiquitatis involucro addiderunt aliqui. Nam apud veros Historiæ narratores invenimus ætate, quâ Pipinus primus Dux erat Brabantinorum, Ægam fuisse Præfectum Palatii (f) sub Dogoberto, post cujus mortem ad Regnum elevatus Clodoveus, Præfecturam etiam tenuit, usque ad annum DC. XLVIII. in quo Æga defuncto, Erchinoaldus Maiordomus in Neustria substitutus fuit.

(e) Diximus suprà n.

(f) Aymon, *lib.* 4. *de Gest. Franc. cap.* 35. & 37.

Ut vera, realis, & absoluta evincatur Pipinorum dominatio, nec Francorum Regibus submissa illorum Majestas, audiamus Adonis verba: (g) *Pipinus Austrasiorum Dux Theodoricum Regem cepit, atque thesauris acceptis Neudebertum quendam de suis Maiorem domus sub Rege eodem constituit, ipse in Austriam remeavit.*

(g) Adon. *ann.* 690.

Pariterque notemus Pipinum de illius Territoriis disponentem, filio enim suo Drogo, post Neustriam subjugatam, Campanensem Ducatum dedit, (h) cujus Circulo Brabantiæ pars potissima includebatur, teste Ptholomeica descriptione, & Lipsii (i) enarratione: *Limitem Lotharingiæ ad Schaldem fluvium, quem Pagum Rienſem olim dixerunt, qui continebat Antverpiam hanc nobilem, Liram, Bredam, Harendatum, Bergam & Campaniæ multos pagos*; Wilebrordoque Episcopo donasse locum ubi Sedem Episcopalem construeret. Sic Sigebertus: (k) *Wilebrordus à Sergio Papa Clemens agnominatus, & ad prædicandum genti Frisonum Episcopus consecratus, ex domo Pipini Principis Sedem Episcopalem statuit in loco Wultubuch dicto, qui nunc Vltrajectum dicitur à nomine gentis Wultarum & Trajecto compositum, quasi Wultarum oppidum.*

(h) Adon. an. 699. *Drogus Ducatum in Campania accepit*, Gregor. Turon. *Append. rer. Franc. lib.* 11. *cap.* 101, (i) Lipsius Lovan. *lib.* 1. *cap.* 12. Haræus, *rerum Brab. prologom. cap.*

(K) Sigeber. *ann.* 697.

Structa hâc dominationis Ducum Brabantinorum Majestate, non fucatè, sed veritatis ornatu; restat nunc colophonem imponere, ut latrantes obmutescant obtrectatores, designando Beggam, etsi filiam Pipini I. Landensis, nec hæredem, nec successorem fuisse paternalis dignitatis, Imperii, Ducatusque Brabantini. Et quamvis in catulos lapidem legis Salicæ mittere valeremus, cùm si fuit illius constitutio in re, tempore, persona, loco, numquam melius exequi valuit, quàm in Begga, illiusque successione, tàm promulgationis vi, quàm ratione territorii, in quo Pipinorum bona constituta: (61.) Cùm verò mens nostra non acquiescat sententiæ tenentium, fuisse legem Salicam de Majestate, & rebus Majestaticis loquentem, veritatem (de qua agimus) elucubrare conabimur ex monumentis rerum Gallicanarum, authoritateque consuetudinis in prima periodo Brabantinorum receptæ, & laudatæ.

(61.) De qua lege, post antiquos, Chiflet. *vindic. Hispan. cap 5. & sequentib. Lumin. Salica.* Iacob. Alexand. *verit. vindicat. par. 1. cap, 2. 3. & seqq.* Ioan. Lymn. *not. Franc. lib. 1. cap. 8. à litter.* X. Anton. Dominic. *assertor. Gallic. cap. 5.*

Ne autem ex mendacio nostro (ut notavit Divus Hieronymus) structam hanc sententiam, dicant Gallicani, exclusionemque absolutam Beggæ dignoscamus, audiantur verba Fredegardi de Pipino I. Landensi, ejusque successore Pipino II. Harstalensi, seu Brevi dicto: (62.) *Pipinus Angesili Nobilium quondam Francorum Principis filius, post plurima prœlia, magnosque triumphos à Deo sibi concessis, Orientalium Francorum glorioso Genitori fœliciter succedens, suscepit Principatum.*

(62.) David Blondell. *Genealog. Franc. plenior. assert. tom. 2. append. ad vindic. cap. 1. Append. 2. fol. 61.*

In quo notandum, quòd ad designandam translationem Principatus Brabantinorum, de Pipino I. ad Pipinum II. usus fuit Scriptor verbo *Genitoris*, ex quo non paternalis successio naturalis, sed ulterior desideratur. (63.) Secundò etiam ad designandam cupiditatem Pipini I. in conservatione familiæ, agnationis, stemmatisque suorum, usus fuit his verbis: (64.) *Nepoti suo superstitionem cum Principatu dereliquit.* Superstitiosa enim veneratione, & cultu honorabatur familiarum illustrium decus; ideò antiqui ad designandam libidinem perpetuitatis propriæ familiæ, illo verbo utebantur *superstitionis.* (65.)

(63.) Fredegar. *Chron. Erchar. II. post c.* 100.

(64.) Idem Fredegard. *Ad solatium autem tantæ Reipublicæ administrationis erat ei gloriosa genitrix cunctis laudibus digna, nomine Begga, filia Pipini præcellentissimi quondam Principis qui populum inter Carbonariam Sylvam, & Mosam fluvium, usque ad Frisonum fines, vastis limitibus habitantem, justis legibus gubernabat. Sanè quia huic masculi sexus proles defuerat, nepoti suo superstitionem cum Principatu dereliquit.*

(65.) *Cicer. lib. 2. De natur. Deor.* ex Lactant. Calepin. verb. *Superstitiosi*, Scharder. *in Lexic.* verb. *Superstitiosis.*

Fulgentiùs elucet veritatis radius, attenta narratione Pauli Æmilii: (66.) *Et in Austrasia amisso Martino,*

(66.) Paul. Æmil. *de Gest. Franc. in Theod. I.*

rerum

rerum arbitrium ad Pipinum delatum eſt, meliuſque ab uno res adminiſtrabatur, quàm à duobus geſta fuerat. Ex ampliſſima familia, & tàm vetere Nobilitate natus erat, ut cùm Author gentis, origoque prima ignoraretur, quòd multi ejus ſtirpis Anchiſii vocitati inventirentur, ab Anchiſe Troiano eos oriundos plerique jactitarent; Andreas Monachus illud ſtemma his verbis diggerit: Ansbertum ab Orientali Francia Senatorum ex Blithilde Clotharii Secundi Regis filia procreaſſe Arnoldum: Ex hoc Arnulpham Ducem natum, qui cùm Anſygiſum Ducem genuiſſet, Pontifex Mediomatricum ſit factus, Anſygiſum in Matrimonio habuiſſe Beggam Pipini per bonæ partis Auſtraſiæ Principis unicam filiam, undè hic Pipinus, cujus mentionem facimus, ſuſceptus, ac ab Avo Materno in nomen, opeſque adoptatus.

(67.) Æguir. Baron. ad tit. *Inſtit. de Adoption.* Marc. Anton. Dominic. *Ansbert. ſamil. rediviv. cap.* 4.

Ex hac adoptionis formula, jureque ex illa orto, receptoque tunc inter Brabantinos, (67.) evincitur, Beggam, etſi unicam mortis tempore Pipini Landenſis filiam, patri non ſucceſſiſſe in nomen, neque in opes, reſque ullas, quas hæreditario jure ei obveniſſe notavit Stockmannus; imò ut illam extorrem, ac alienam induceret, ad nomen, & agnationis conſervationem collimans, adoptionis illius cæremonia, nepotem, ut filium levavit, & ſuſcepit, (68.) rejecta filia, tanquam familiæ, & agnationis fine, & interitu, ſecutus illorum Principum, Regumque doctrinas, quorum cura verſata fuit in conſervatione Regnorum intrà proprios ſanguinis lares; ut de Pharaone Moyſem adoptante, (69.) notatur, Ægeo, & Mardochæo, Sacra in Hiſtoria, inque prophana receptum ab Auguſto, aliiſque Romanis Imperatoribus. (70.) Quod illa ætate Pipini invenimus laudatum à Sigeberto Auſtraſianorum Rege, Grimoaldum adoptante: (71.) à Guntrano Burgundiæ, ſeu Aurelianenſium Principe ſuſcipiente in filium adoptionis cœremoniali ritu Childericum Francorum Regem. (72.)

(68.) Caſſiodor. *lib.* 4. *Epiſt.* 2. *Et ideo more gentium, & conditione virili filium te præſenti munere procreamus, ut competenter per arma naſcaris, qui bellicoſus eſſe dignoſceris.*

(69.) Ioſeph *antiquitat. lib.* 2. *cap.* 15. *Quem decrevi adoptare mihi in filium, tibi vero in Principatu ſucceſſorem.*

(70.) Beſold. *de Reg. ſucceſ. lib.* 1. *diſſert.* 3. *theſ.* 2. *& lib.* 2. *diſſert.* 3. *theſ.* 5. 14. Hen. Arnil. *Polit. lib.* 2. *c.* 1. *ſect.* 12. *num.* 39. Ioan. Corraſ. *rubr. de Adoptionib.* Ann. Robert. *rer. judicat. lib.* 4. *cap.* 4. Pined. *in Iob.* 3. *cap.* 1. *verſ.* 1. *num.* 3. Gaſp. Sanch. *comment. in Cantic. cap.* 8. *num.* 29.

(71.) Sigebert. *in Chronic. ann.* 655. *Sigebertus Rex filium Grimoaldi maioris domus adoptavit in filium, & in Regem.* Tyll. *Chron. Franc. ann.* 652. Molan. *Milit. Sacr. cap.* 7. Pontan. *Hiſtor. Gelr. lib.* 2.

Defuncto enim Pipino Brevi, ſeu Harſtallo, Principatum Brabantiæ, gentilitiaque Domania teſtamentaria diſpoſitione dereliquit Carolo filio ſuperſtiti, Martello dicto, qui paternalis hæreditatis partem injuſtè occupatam à Rathbodo Friſonum Duce videns

(72.) Gregor. Turonen. *Epito. Reg. Franc. cap.* 78. Aymon. *de geſt. Franc. lib.* 3. *cap.* 36. Paul. Æmil. *in Chilperic.* I. Mich. Ritt. *de geſt. Franc. lib.* 1. Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 17.

ad istius recuperationem arma paravit, ac movit; & quamvis Rathbodus adjutus fuit auxiliaribus armis Chilperici Francorum Regis, manuque Raginfredi illius Maiordomi, & copiis Eudonis Ducis Aquitaniæ, victori Carolo succubuit, qui nec retinuit tantùm pristinam avorum (73.) Dominationem nativo Dominio, tàm in Circulo Brabantino, quàm Namurcensi, (74.) sed propagavit illam suprà Francorum Circulos, (75) intràque Germanas Provincias (76) ad Carbonariam Sylvam, (77.) seu Ardenotensem.

Diem suum obeunte Carolo, tribus relictis superstitibus filiis, Pipino, Grifone, & Carolomanno; Pipinus III. Brabantinorum Dux fuit, ut hæres patris, (78.) in quem Grifo civilia arma conciliavit, sed victo Grifone, renuntianteque hæreditatis paternæ portionem, Carolomannus, etiam supremam suscepit Majestatem Principatuum paternorum, glorioſamque post, & illustrem vitam egit, ex quo à Francis Maiordomus aulæ Regum creatus fuit; & quia illius virtute, & gloria à Barbaris, & inimicorum manu liberati fuerunt, rejecto ob incapacitatem Chilperico Rege, Pipinum ad apicem Regni sublimarunt. (79.)

Ex his omnibus, præcipuè Fredegardus, & Thritemius prænotant: Quod vitam agente Begga Matre, Austrasiorum, & Namurcensium Principatus Pipino obvenerat. Undè evincitur familiare agnatitium fuisse, nec fœminæ Beggæ competivisse, nec obvenisse; sed absolutè illius successionem tantùm apertam masculis excluso fœminarum sexu.

(73.) Sigebert. *in Chronic. ann.* 714. 715. & 718. Paul. Æmil. *in Dagobert. II.* Ioan. Iacob. Chiflet. *Lampad. Histor. grad.* 3 *fol.* 7. David Blondell. *Geneal. Franc. tom.* 2. *Appendic. ad vindic.* 1. Molan. *Milit. Sacr. cap.* 10.

(74.) Abb. Thritem. *de orig. Franc. ann.* 724. *Carolus iste Maior-Domus Francorum, Namurci Comes, & Brabantiæ Dux.*

(75.) Idem, *Chron. ann.* 710. & 722.

(76.) Sigebert. *ann.* 725. *Lanfridum Alemanorum Ducem dimicat, eoque victo Alemaniam sibi subiugat*, Adon. *Chron. ætat.* 6. *ann.* 714.

(77.) Paul. Æmil. *de gest. Franc. in Chilper. II. fol.* 57. Guag. *de Reg. Franc. lib.* 3. *in Clothar. II.* Chiflet. *vind. Hispan. lumen. Salic. Lumen. I.*

(78. Ivo Carnoten. *in Chron.* Fredeg. *in Chronic.* Adelm. Benedictin. *Annal Reg. Fran. ann.* 740. & 750. Guagin. *in Carol Martell.* Æmil, *in Childer.*

(79.) Fredeg. *in Chronic. Inopibusque ipsius suis fidelibus distributis, Pipini virtus, atque victoria longè, latèque vulgabatur*, Michaël Ritt. *de reb. Franc. lib.* 1.

SECVNDA ÆTAS BRABANTINI DVCATVS.

Vers. II.

EX unione Regnorum, Principatuum, Dignitatum, Maioratuum uniuscujusque non mutatur natura, etsi diversa inveniatur in eo, ad quem unitur. Ex quo, quamvis hæreditate, aut successione diversa oriantur Regna, aut Dominia, & unionis vi honoris prælationem amittant, non verò productionis qualitatem, aut successionis formam ortu, ac nativitate receptam. Hispanici

nici Regni dominatio diversis Regnis, & Statibus ornatur; ut Legionis, Aragoniæ, Neapolis, Belgicarum: non verò ex illa unusquisque amittit proprium succedendi jus. Quod idem inter Gallos, cujus corpus Monarchicum, etsi plasmatum Regnis Navarræ, Ducatibus Aquitaniæ, Tholosæ, Britanniæ, & aliis, non ob id etiam fundationis, aut erectionis, lustralem amittunt succedendi constitutionem.

Ex hoc Arcano recepto inter Gentes, sed summo inter Principes, inveniemus, Pipinum Tertium, Primum verò Francorum Regem, Ducatum, Principatumque Brabantinorum tenuisse, reliquisseque Carolomanno filio, à quo translatum in successores Carolingiæ familiæ. Undè Scriptores in stemma Ducum enumerant (1.) tredecim Reges Francorum, usque ad Carolum Simplicem, sive Lotharium, sub quo extincta illius Status ætate secunda, & tertia renata est.

Quare attenta Historiarum serie, libera præcipuè à temporaria assentatione, Brabantinarum Gentium, & Principum res non enarratur illa infallibilitate necessaria ad veritatem, cùm ob discrimina orta, bellorum internorum, & externorum causa, tàm prima sub periodo, in qua à diversis Gentibus incussi Circuli Germanici, quàm in secunda ob bella, & discrimina inter Reges Gallorum, & Imperatores Romanos pullulantia, nec veri designari possint limites Brabantinæ Ditionis, nec suorum Principum progressus, & successiones; quapropter Scriptores circà id inconstantiâ laborarunt. (2.)

Veritas vero communi laudata assensu est, quòd Ludovicus Pius Romanorum Imperator, Gallorum Rex, & Brabantinorum Dux, ultimo in elogio dominationem inter filios divisit, Lothario directa Germaniæ parte cum Imperio: Lotharius verò patris morem secutus, etiam Regnum Francorum, ad quod pervenerat decessu fratrum, inter suos filios divisit, data Lothario illa parte Francicæ Dominationis, quæ à Rege nomen sortita, ex tunc Lotharingia dicta fuit, in cujus Circulo inclusum Brabantinum Territorium invenimus, (3.) datumque Lothario illo Arcano, ut con-

(1.) Wolph. Laz. *de Migrat. gent. lib.* 3. *à fol.* 65. Her. *Annal. Brab. à Pipin. usq; ad Loth.* Laur. Beyerlin. *Theatr. vit. human. litter. M. verb. Magistratus, vers. Brabantiæ Duces.* Divæus, *rer. Braban. lib.* 3. 4. & 5. Suer. *Annal. de Flan. lib.* 18. Pined. *Monarq. Eccles. part.* 3. *lib.* 17 *c.* 31. §. 4. Chiflet. *vindic. Hispan. cap.* 1. & 3. Arnold. Barlād. *Chron. Duc. Brab. cap.* 11. Molan. *Milit. Sacr. ca.* 12.

(2.) Marc. Anton. Sabellic. *Rapsod. Ænead.* 8. *lib.* 7. *Tanta* (loquitur de varia Brabantinorum Principum serie) *ubique Scriptorum laboratur inconstantia*, Div. *rer. Brab. lib.* 6.

(3.) Paul. Æmil. *in Carol. II. Sub quod tempus Lotharius Augustus Religione motus, seque Monachum professus tribus filiis, Ludovico, quam antea dederat Italiam, Augustique nomen: Carolo Provinciam, cum altera Burgundiarum: Lothario alteram attribuit, cum ea, quæ Austrasia fuerat antea, tunc Lotharingia pro Lothariana dici ab Rege suo cæpit* Sigeber. *Chron. ann.* 855. Adon. *ætat.* 6. *ann.* 841. Guagin. *Histor. Reg. Franc. lib.* 5. *in Carol. Calv.* Hareus, *Annal. in Lothar. II.* Div. *rer. Brab. lib.* 4. Wolphan. Laz. *de Migr. gent. lib.* 4. *fol.* 84. Mex. *Cæsar in Lotha. II.* David Blond. *Geneal. Franc. to.* 2. *Lotharingici Regni ortus, fol.* 260. Hier. Bruk. *corol. seu quæst. corol. ult.*

ſervaretur illius manu nomen, memoria, familia, & agnatio Pipinorum, Brabantinaque Majeſtas, neque extingueretur Pariſiorum Regibus unita.

Ex his evincitur inter Imperiales, Regioſque faſces, Ducales Brabantinos nativa virtute coalitos, quos, etſi manu levatos Lotharii, mortui ſucceſsionis expertis, in terram impoſitos fuiſſe, notamus: Jure tamen attento, morte fratris Ludovico Imperatori (4.) illos levare, & fovere competebat: Sed Carolus Calvus Patruus Francorum Rex, calcato jure, manu violenta illum ſuſtulit; ex quo diverſa, cruentaque bella nata, vario per quinque annos Marte coalita, uſquequò anno D. CCC. L.XX. fœdere inito inter Ludovicum, & Carolum, Lotharingiæ Circuli æqua lance diviſi ſunt. Requievit Lotharingia ſub diviſione vitam agentibus nepote, & patruo, ſed his extinctis nova paſſa fuit diſcrimina, concupita abſoluta dominatione illius à Carolo Craſſo Francorum Rege, renuente illam remittere; Ludovico Balbo Imperatore aſſerente, illius dominium ei competere jure legitimo: pace verò inter hos Principes firmata, ſecundam diviſionem paſſa fuit Lotharingia, quæ uſque ad Carolum Simplicem Regem Francorum poſſeſſa, diviſibili qualitate, varia diſcrimina ſuſtinuit, tàm ab armis Imperii, quàm Regum potentia. Regnante Carolo anno D. CCCCI. Ludovicus Imperator, rupto fœdere, gentes in Francos movit, totamque Lotharingiam ſubjugavit; ſed eo mortuo, Carolus Rex illam recuperavit, qui varia ſuſtinens bella interna, & externa, anno D. CCCC. XXII. in Pace facta cum Henrico I. Imperio ſubmiſit Lotharingiam, & Brabantiam. (7)

(4) Paul. Æmil. *in Carol. II. Quorum jus morte Lotharii ad Fratrem Auguſtum veniſſet.* Meyer. *Annal. Flandr. lib.* 2.

(5) Idem Æmil. *in dict. Carol.* Hareus *in Carol. Calvo* Dio. *lib.* 4. Guagin. *dict. li.* 5. *an.* 987. Lotharium*que*.

(6) Æmil. *in Ludovic. Balb.* Hareus, Divæus.

(7) Paul. Æmil. *in Carol. ſimplic.* Divæus, *rer. Braban. lib.* 1 *cap.* 8. Haræus, *in Carol. ſimplic.* Suer. *dict.* 18. *Annal. Flandr. & lib.* 3. *fol.* 64. Molan. *Milit. Sacr. c.* 20. *& ſeqq.*

TER-

TERTIA ÆTAS BRABANTINI DVCATVS. Verſ. III.

ETſi plaſmatum Brabantiæ Ducatum manu Lotharii III. Francorum Regis dicant aliqui ; veritas rerum eſt, levatum ſub Regno Caroli Simplicis, Imperioque Henrici I. Sed diverſa ſub poſitione. quâ coalitum ſub Lothario , & Othone I. Imperatore. Nam ſi attentè notatur ſeries rerum, inveniemus, quod poſtquàm Carolus Simplex ceſſit Henrico I. Lotharingiam , & Brabantum anno DCCC. XXII. (1.) regimen ſupremum commendatum precariò fuit Gileberto , illoque mortuo Henrico Imperatoris Othonis fratri ; poſt Othoni Gileberti filio, aut nepoti, cuius defectu Conrado Sapienti , Brunonique ultimo Colonienſi Archiepiſcopo, qui ſub titulo Archiducis Lotharingiam ſuſcepit : quapropter à Scriptoribus , cùm commendatarii , non Duces proprietarii fuerint, (3.) in ſtemma Ducum Brabantinorum non enumeratur Gilebertus, nec cæteri uſque ad Brunonem, ſed Vicarii, aut Vice-reges Imperatorum dicuntur. (2.)

Sed quamvis ſub hac poſitione Brabantina fuerit Dominatio, ſeu regimen, variè verſata fuit illius Dignitatis , & Status res, animis Imperatorum Henrici, Conradi, & Othonis I. Regumque Gallicanorum in diverſa tendentibus , uſquequò paciſcentibus Othone II. Imperatore , & Lothario Rege , datiſque Sacramentis, ſub Imperio Germanico, univerſa manſit Lotharingia, ſeu Brabantum , teſte Sigeberto (4.) (quamvis non acquieſcat huic narrationi David Blondellus , aſſerens, Othonem Lotharingiam in feudum accepiſſe à Lothario Rege Gallorum) cujus Dominationem Titulo Ducis honoratam ex munificentia Imperatoris, (6.) votoque Regis (7.) ſortitus fuit Carolus Lotharii (5.) frater.

(1.) Paul. Æmil. *in Ludovic. IV.* Molan. *Milit. Sacr. cap* 30. 31. *&* 32. *&* Diveus *rer. Brabant. lib.* 5. Suer. *Annal. Flandr. lib.* 18. David Blondell. *Geneal. Franc. tom.* 2. *fol.* 271.

(2.) David Blondell. *dict. tom.* 2. *fol.* 270.

(3.) Aubert. Miræus, *Chron. Belgic. ann.* 929. Miræus, *Annal. Brab.* Wolphan. Laz. *de Migrat. gent. lib.* 3. Laur. Beyerlinck. *Theatr. vit. human. litter. M. verb. Magiſtratus. Stemmat. Duc. Brab.* Pined. *Monarch. Eccleſ. dict. lib.* 17. *cap.* 31. §. 4.

(4.) Sigebert. *Chron. ann.* 980. *Otto Imperator, Lotharius, & Rex convenientes ſuper Carum fluvium paciſcuntur, datis invicem Sacramentis, & Rex Lotharius Lotharingiam abjurat.*

(5.) Aubert. Miræus. *Chronic. Belg. ann.* 977. Paul. Æmil. *in Ludov. IV.* Guagin. *de Regn. Franc. lib.* 5. *in Lothar. Et Auſtraſia quidem,* Div. *rer. Brab. li.* 1. *c.* 3. *& lib.* 5. *&* 6. Har. *Annal Brab. in Lotha. III. ann.* 977. Lipſ. *in Lovan. lib.* 1. *cap.* 10. Suer. *Annal. Flandr. dict lib.* 18. Wolph. Laz. *dict. lib.* 3. Pined. *dict. ca.* 31. §. 4. Blondell. *dict. fol.* 270. Miræus. *Stem.*

cap. 10. *& ſeqq.* Molan. *Milit. ſacræ c.* 38. Zyp. Hint. Caſſan. *lib.* 1. *cap.* 16. §. *Brabantiam.*

(6) Paul. Æmil. *in Lothar. Ex Franciaq; Carolo Lotharii Fratris evocato Lotharingium Ducatum tradit ut is beneficiarium Cæſarum jure jurando effectus,* Ioan. Lym. *not. Franc. lib.* 2. *c.* 2. *in teſt. lit. H.* (7.) Idem Æmil. *Mox ultro citroq; commeantibus Sanctis Viris ad colloquium congreſſi ſunt, Rex, Cæſarq; arma poſita, in Lotharingiæ poſſeſſionem Carolus permanſit.*

Requievit Brabantiæ Principatus ſub Carolo. (Extenſo limite, teſte Blondello : (*a*) *Tunc autem ei ab Imperatore Ducatus, id eſt Præfectura, non dominium* (temporaria enim, & menti Gallicanorum conſona ſententia tantum) *totius inferioris Lotharingiæ permiſſus eſt, quæ plures ambitu Comitatus amplectebatur, Friſiæ ſcilicet Occidentalis, Hollandiæ, Zelandiæ, Geldriæ, Iuliaci, Cliviæ, Limburgi, Montium, ſeu Caſtrillaci, Hanoniæ, poſtea dictum Lomænſem, ſeu Namuricum, Loſenſem, Cameracenſem, Lovanienſem, & Bruxellenſem in Brabantico pago ſitum.* (Ab anno M. LXXIX. uſquè ad M. XCI. in quo diem ſuum obiit, ſuperſtite filio Othone, Dignitatis, & Status Brabantini ſucceſſore, qui Majeſtatem tenuit Brabantinam, annum uſquè ad M. VI. quo prole orbatus mortuus fuit, extincta illius obitu abſolutè Carolimanni, & Pipinorum maſculina ſtirpe, antiquorumque Brabantinorum Principum agnatione.

(*a*) David Blondell. *Genealog. Franc. Plenior aſſertio fol.* 259.

A morte Othonis diverſa germinata fuerunt vota collimantia ad Dominium Brabantini Ducatus : Præcipuum fuiſſe invenimus Henrici Imperatoris verſantis ad illud, eo quòd feudum Imperiale habebatur, ad quod inadmiſſibilis Gerberga defuncti Ducis ſoror, uxor Lamberti filii, & fratris Raginariorum Montenſium, quæ à ſucceſſione excludenda dicebatur ob ſexus qualitatem, & impotentiam ; quare illa rejecta, ut Godifredo filio, Brabantinus Status in feudum daretur ab Imperatore, Comes Arduenæ impetravit. (*b*)

(*b*) Divæus, *rer. Brab. lib.* 6. Molan. *cap.* 42. Haræus. *Annal. Brab. in. Lambert. & Gerberg.* David Blondell. *Genealog. Franc. Plenior aſſertio, fol.* 259.

Sed cùm attenta ſucceſſionis natura, Ducatûs jus ad Gerbergam devolutum eſſet, quæ tantùm excluſa habenda, ſi maſculi ex linea Carolina ſupereſſent ; injuſtitiæ indignitate motus Lambertus poſſeſſionem invito Imperatore uxorio nomine tenuit, ad quam tuendam Raginerius frater, Baldericus Laodienſis Epiſcopus, & Balduinus Flandriæ Comes, fœderibus ſubnixis, arma pararunt. (8.) Et quamvis Godifredus Novellus Dux ſuis, & Imperatoriis viribus in Brabantos irrupit, Lovanium obſidens, & claudens Lambertum, auxilio Principum fœderatorum, & virtute propria poſt varios conatus hoſtem, armaque Godifredi, & Henrici irrita, & irriſa dimiſit, firmato etiam ex tunc jure bel-

(8.) Sigebert. *Chron: ann.* 1012. Har. *Annal. Fland. in Lamb.* Div. *rer. Braban. lib.* 6. Molan. *Milit. Sacr. cap.* 42.

belli, quòd natura, & sanguine Gerbergæ competebat.

Ex hac Gerbergæ possessione invenimus, assertores (9.) Gallos adductos antiquorum Scriptorum (c) voto, utque fœminino Reginæ sexui aptitudinem succedendi in Ducatu Brabantiæ quærerent, exarasse: (10.) *Secundùm præbet Gerberga filia ac Soror Otthonis, qui cùm absque liberis anno* 1005. *interiisset, eandem Gerbergam, ac Lambertum Montensem ejus virum in Brabantia successorem habuit, ex quibus ad Henricum Seniorem eorum filium, & per ipsum ad posteros Comitatus ille transmissus est.*

(9.) De quo videnda Iacob. Alexand. Teneu. *veritas vindicat. par.* 3. *fol.* 222.

(c) Latè. David Blondell. *Genealog. Franc. Plenior assert. fol.* 258.

(10) Observ. *de Regin. Christian. jus in Brab. tract.* 1. *fol.* 13. *Secundum præbet Gerberga Caroli filia.*

Deducentes antè Imperium Philippi Secundi, Constitutionemque latam anno M. CCIV. in fœminarum honorem, apertam fuisse portam successionis ad Ducatum Brabantiæ; ex quo Regina Christianissima ob qualitatem fœmininam, expertem non habendam successionis, imò ut legitimam versandam illius personam, ad hoc ut juris Devolutivi dispositio in ea legitimè exequatur.

In hanc exemplaris, & mentis sententiam, inque vindictam injuriæ irrogatæ juri Divino, Naturali, Gentium, & Publico, collata fœminino sexui prælatione, obliterata masculini præeminentia, fasces, jurisque securim assumpsit Doctissimus Petrus Stockmannus sub his verbis: (11)

(11.) Petr. Stockman. *par.* 2. *de jur. Devolut. cap.* 1. *a. num.* 6.

„ *Transeamus nunc ad alterum exemplum de Gerberga succedente in Ducatum Brabantiæ fratri suo Otthoni, quòd non minoribus scatet erroribus, atque adeò gerris meris. Quid enim? successione Gerberga fratri in Ducatum, qui ducentis demum annis post in mundum prodiit? Addit Auctor Observationum in prædecessoribus Gerbergæ, & Otthonis utrumque Ducatum Lotharingiæ simul, & Brabantiæ aliquo tempore concurrisse, his verbis fol.* 19. eorum prædecessores *Otthonis, & Gerbergæ*, Lotharingiæ simul ac Brabantiæ Duces extiterunt, *licet ipsi titulum tantum Comitis aliquo tempore assumpserint, atque alia quædam ejusdem commatis adjungit, quæ nugæ sunt, & somnia. Dicamus breviter quod res est. Gerbergam successisse fratri suo Otthoni Historici antiquioris sæculi uno ore consentiunt, sed in bonis ejus allodialibus, & propriis: habuit enim Ottho duplicis generis bona, scilicet*

„ *cet*

„ cèt Lotharingiæ Ducatum, & partem aliquam ditionis Bra-
„ banticæ liberam, seu allodialem; Ducatu Lotharingiæ tanquam
„ feudo masculino Imperii Germanici ipsam excluſam fuisse, Hi-
„ storici rursùm asseverant, sed Ditionem, seu Comitatum Lo-
„ vanienſem, qui complectebatur Lovanium, Bruxellam, Ni-
„ vellam, Vilvordiam, cùm Fura, ac Sonia-Sylva retinuit, atque in
„ dotem dedit marito suo Lamberto, eoque nomine se Comitem
„ Lovanienſem, & subindè Comitem in Brabantia indigetavit,
„ pro qua ditione tuenda etiam bellum sustinere adversùs Impe-
„ ratorem Henricum sanctum coactus est, eo effectu, ut ipse pos-
„ sessor manserit.

„ Alias quasdam Regiones, fundos, & possessiones in solo
„ Brabantico hinc indè paulatim Duces Lotharingiæ acquisive-
„ runt, & possederunt, quæ tamen titulum Ducis Brabantiæ
„ illis per se non attulerunt, donec numerus terrarum acquisi-
„ tarum auctus dignus censeretur hâc illustri dignitate, &
„ titulo anno 1203.

„ Nihil hic est, quod causam Auctoris adjuvare queat: agimus
„ enim hic de Ducatu Brabantiæ, seu de suprema, & hæredita-
„ ria Brabantiæ potestate, quomodo ea per succeſſionem Princi-
„ pibus delata sit, & utrùm filiæ, deficientibus masculis, ad ean-
„ dem admissæ olim fuerint, quâ de re nihil antiquitas, quæ supe-
„ ret quatuor sæcula, suggerere potest, cùm titulus Ducatus po-
„ sterior sit ista antiquitate.

„ Sed non satis est hæc à nobis dici, probanda sunt, & con-
„ firmanda ex Historicis, & Authoribus fide dignis.

„ In primis Edmundus Dinterus rerum Brabanticarum Histo-
„ riographus Philippo Bono, Burgundiæ, ac Brabantiæ Duci,
„ tribusque ejus deceſſoribus à secretis, in Chronico suo ante an-
„ nos ducentos exarato: cujus authenticum, seu originale parga-
„ meno descriptum in manibus meis nunc est, scribit lib. 4. cap.
„ 2. Gerbergam Lamberto Comiti Lovanienſi in dotem attuliſſe
„ Dominium Comitatus Brabantiæ, & Bruxellæ tanquam
„ verùm Allodium, quo privari non poterat.

„ Deindè Author magni Chronici Belgici, sic habet lib. 4. in
„ Prolegom. pag. 90. mortuo Otthone sine Sobole Gerberga So-
„ ror ejus, quia fœmina fuit Ducatum Lotharingiæ ami-
„ sit, feudum scilicèt Imperii, quòd jure Natalium ejus proprium
„ fuisset ablato fœminini sexus impedimento. Quæ loca etiam refert
„ Clariſsimus Chifletius in Vindiciis Hiſpanicis.

„ Qui-

„ *Quibus accedat fidiſſimus Scriptor, & integerrimus Ioan-*
„ *nes Molanus cap. 42. militiæ ſacræ Ducum Brabantiæ*: Mor-
„ tuo Otthone ſine liberis, Lambertus Maritus Ger-
„ bergæ ampliſſimum diſtrictum, Comitatum Lova-
„ nienſem, & Bruxellenſem, invito ſancto Henrico Im-
„ peratore, multorum potentiſſimorum Principum
„ ſanguine, affinitate, atque fœderibus ſubnixus ſibi re-
„ tinuit, jure hæreditario ex parte uxoris ſuæ Gerber-
„ gæ.

„ *Deindè Divæus lib. 6. rerum Brabanticarum, inter liberos*
„ *Caroli his verbis Gerbergam depingens*: Gerbergam, *inquit*,
„ Lamberto Montenſi nuptam, qui uxorio jure poſt ſoceri
„ mortem Lovanienſem Comitatum obtinuit, qui Lo-
vanium, Bruxellam, Nivellam, Vilvordiam cum Fura, ac
„ Sonia-Sylva complectebatur.

„ *Illius porrò abnormis hallucinationis, quàm accuſamus, cau-*
„ *ſa eſt, quod veteres Ducatus, & Comitatus cum novis confude-*
„ *rint, & permiſcuerint etiam viri eruditi, attribuendo veteri-*
„ *bus, quæ conſpexerunt in novis, puta perpetuitatem tituli, ſuc-*
„ *ceßionem, ſupremitatem.*

„ *Sed opportuit diſtinguere duplicis generis Ducatus, & du-*
„ *plicis generis Comitatus: Ducatus, & Comitatus antiqui cir-*
„ *ca tempora Pipini ſenioris, & aliquot ſæculis poſt, mera fue-*
„ *runt officia temporaria per mortem, & per revocationem expi-*
„ *rantia: Novi verò Ducatus, & Comitatus tranſierunt in firmos*
„ *titulos, nec morte, nec revocatione expirantes, idque primùm*
„ *circa tempora Hugonis Capeti, ut videre eſt apud* Dadinum
„ dicto loco, Loyſeau, & alios Franciæ Scriptores. *At-*
„ *que hinc intelligi poteſt, quid ſibi velit iſta periodus, quæ ex Din-*
„ *tero relata eſt, quâ Gerbergâ* Dominium Comitatus Bra-
„ bantiæ, & Bruxellæ in dotem adfert, *ubi* Dominium
„ Comitatus *non aliud ſignificat, quàm Comitatum inſtar pa-*
„ *trimonii jam acquiſitum, ſecundùm uſum generalem, qui priore*
„ *ante Gerbergam ſæculo invaluerat.*

„ *Quòd verò Comes Brabantiæ dicitur, non Lovanienſis, in-*
„ *dè eſt, quòd Lovanium Vrbs primaria eſſet Brabantiæ, cujus*
„ *ratione ſe Comitem Brabantiæ dici poſſe exiſtimabat, undè*
„ *promiſcuè nunc Lovanii, nunc Brabantiæ Comes, ac etiam in*
„ *Brabantia Comes vocabatur, uti latius videre eſt apud* But-
„ kenum in Tropheis Brab. & probationibus.

Illud

„*Illud eſt quod potiſſimum volumus, non potuiſſe anno* 1000. „*Gerbergam Fratri ſuo ſuccedere in Ducatu Brabantiæ, qui* „*nondum in rerum natura extabat, cùm nundum coaluiſſent in* „*unum ditiones illæ, quæ corpus Brabantiæ deindè conſtituerunt,* „*& ex quibus partibus hodiè conſtat.*

„*Si opponat aliquis Comites loco Ducum poſſe intelligi, ſcili-* „*cèt quibus firmus Comitatus titulus acquiſitus eſt, atque adeò* „*mutationem eſſe nominum, non rerum, quaſi diceret, ſi non ſuc-* „*ceſſit Gerberga in Ducatum, ſucceſſit in firmum Comitatum,* „*& vim argumenti in utroque parem eſſe.*

„*Reſpondebitur, cùm inter Ducatum, & Comitatum Bra-* „*bantiæ plurimum interſit, tùm dignitate, & ſplendore, tùm la-* „*titudine ſmium, & numero Urbium muris cinctarum, quas om-* „*ninò continet viginti ſex, Comitatus verò antiquus dumtaxat* „*quinque, non poteſt procedere ratiocinatio ab eo, quod minus eſt* „*ad id, quod maius eſt, & difficiliùs. Videat æquus rerum æſti-* „*mator, quàm nihil verum ſit in iſta deductione Obſervatoris.*

Sed fixus virtute nativæ puritatis, aperto Marte, non ſuppreſſo nomine, tertiò arma tentavit Stockmannus, repreſſitque Gallicanam audaciam ſequenti prolata ſententia. (*a*)

(*a*) Petr. Stockman. *de jur. Devolut. par.* 3. *ca.* 1. *num.* 7. *fol.* 23.

„*Hactenus de Beggæ ſucceſſione in Principatum Brabantiæ,* „*quæ nulla eſt, & imaginaria. Plus verò aliquid auxilii ſe ex-* „*pectare dicit Obſervator ab altero exemplo de Gerbergæ ſucceſ-* „*ſione, ubi ait:* Maisquand je n'aurois pas bien reüſſi dans ce „premier exemple, comment pouvez vous eſchapper de „celuy de Gerberge? *Quod exemplum tamen, ſi benè hypotheſis* „*facti, & ſpecies cauſæ ponatur, ſua ſponte ruit. Manendum* „*igitur eſt in terminis.*

„*Imperator Philippus concedit Duci Brabantiæ,* ut filiæ ſuæ, „ſi maſculum hæredem non habuerit, in feudis ſuis liberè „ei, tanquam maſculi, ſuccedant.

„*Perſuadere tentat Obſervator eam Coſtitutionem non poſ-* „*ſe intelligi ſcriptam eſſe Brabantiæ, ex eo quòd jam antè in* „*Regione iſta filiæ ſucceſſerint, quod ut evincat duobus exemplis* „*utitur, primo Beggæ, quod jam exploſum eſt, & altero Gerber-* „*gæ, quæ Fratri ſuo ſucceſſit. Verùm non animadvertit, aut ſe* „*videre diſſimulat Gerbergam non in* Feudis, *à quibus rejecta* „*fuit, ſed in* Allodiis *dumtaxat (uti Hiſtorici priori in ſcripto* „*relati diſertè dicunt) Fratri ſuo ſucceſsiſſe. Quid enim aliud ſibi*

„*vo-*

„ *volunt hæc verba Dinteri :* Gerberga Lamberto Comi-
„ ti Lovanienſi in dotem attulit Dominium Comitatûs
„ Brabantiæ, & Bruxellæ, tanquam verum Allodium,
„ quo privari non poterat ? *Ex quibus verbis Obſervator*
„ *poſtremam partem reticuit, ut Lectori ſuo fucum faceret.*
„ *Et quid illa Authoris magni Chronici Belgici ſignificant,*
„ *mortuo Othone ſine ſobole* Gerberga Soror ejus, quia fœ-
„ mina fuit, Ducatum Lotharingiæ amiſit ? *Ubi Ger-*
„ *berga feudo ſpoliatur, & de allodio diſponit? Ex his nunc vi-*
„ *deat Obſervator, quàm malè contexta ſit ſutela ejus, dùm ſine*
„ *diſtinctione* Feudorum *ab* Allodiis, *generatim ſermocina-*
„ *tur, & velut aërem verberat. Conſtat fœminas æquè ac mares*
„ *in Allodialibus bonis tunc ſucceſſiſſe, & etiam nunc ſuccedere,*
„ *à feudis verò, eorumque ſucceſſione regulariter excludi : priùs*
„ *neque dedit, neque abſtulit Imperator, poſteriùs ſic moderatus*
„ *eſt, ut ſuccedere poſſint filia deficientibus maſculis, idque ge-*
„ *neratim, tàm in Brabantia, quàm in Lotharingia, ubi antè in*
„ *feudis nunquam ſucceſſerant. Vel ſi in contrarium adhuc pre-*
„ *tendere velit Obſervator, non tali auxilio opus eſt, & alia ex-*
„ *empla conquirenda ſunt, in quibus diſtinguat ſpecies iſtas bo-*
„ *norum, & aliter ratiocinetur de* Feudis, *aliter de* Allodiis,
„ *quæ conſtat ſibi invicem eſſe propè oppoſita, ut Authores juris*
„ *feudalis loquuntur. Sed quod anteà quoquè dixi, non videtur*
„ *Obſervator ſtudiis juris ſatis eſſe initiatus, ut myſteria iſta*
„ *tractet, in quibus tam turpes lapſus facit.*

Mens enim, totusque ſcopus Stockmanni collimavit ad deſignandum contentionem (ſi qua ſit) non trutinandam ſecundùm Regulas ab Scriptoribus Gallicanis productas. Sed attento Statu Dignitatis, Ducatus Brabantiæ, tempore mortis Regis noſtri Magni Philippi, anque ſucceſſio competere poſſit filiæ, excluſo fratre filio maſculo. Et quamvis ex late ab eo exaratis, victoriam pro Rege noſtro Carolo decantare poſſemus : adhuc tamen aſſerere firmâ fronte audemus, attentâ nativâ qualitate Ducatûs Brabantiæ, jure Supremo Brabantino, Belgico, Germanico, Gallicanoque, ad cujus exemplar componitur Orbis ſucceſſionum : (12.) Morte Othonis, Gerbergæ ſorori competiiſſe Brabantiam, excluſo privato, conſuetudinarioque jure inter Brabantinos tunc vigente, ſi fuerit, quod negamus.

(12.) Vide infrà §. 3. à num. 29. & 30.

Antequam verò ingrediamur in probationem noſtræ ſententiæ, notandum eſt, quòd ſeriò omittimus variè diſcuſſa per temporarios Scriptores; Num Lovanienſis Comitatus Lamberti Montenſis patrimonium fuerit diſcretum à Brabantinâ Dominatione, num ei uxorio Gerbergæ jure competierit, an verò Gerberga annoſior fuerit filia Caroli Ducis, an Etmengarda Namurcenſis Comitis uxor.

(13.) Chifl. *vin. Hiſpan. lumen. General. lumen* 13. *& Lotharing. maſculin. cap.* 1. Jacob. Alexandr. *Ten. verit. vind. par.* 3. David Blond. *Geneal. Franc. tom.* 2. *à fol.* 258. Wolphang. Laz. *de Migr. gent. lib.* 3 *fol.* 82. Div. *rer. Brab. lib.* 6. Franc. Zyp. *Hiat. Caſan. lib.* 1. *cap.* 16. §. *Brabantiam.*

Silentio tamen præterire non poſſumus, quòd cùm ſub ſceptro Regis Galliarum Ludovici XIII. latè ſcriptum ſit ad excluſionem abſolutam Gerbergæ, eam nec Duciſſam fuiſſe Brabantiæ dixerunt, nec hæredem, nec ſucceſſorem Othonis fratris: Nunc, quia ſuæ cupiditatis intereſt, aſſerunt Novatores, ut fratris hæredem ſucceſſiſſe in Brabanto ſub titulo Comitiſſæ, quo ornata fuit Brabantia, uſque ad Godifredum Barbatum, quem prænotârunt Titulo Honoris Ducis Brabantiæ (14.) decoratum.

(14.) Dict. Obſerv. *de Regin. Chriſtian. jus in Brab. par.* 1. *fol.* 14. *Gerberga, atque ipſius poſteri ad Principatûs Brabantici ſucceſſionem pervenerunt, cum hoc tantum diſcrimine, ut quamvis eorum prædeceſſores Lotharingiæ, ſimul ac Brabantiæ Duces extiterint. Ipſi tantummodò Comitûm Brabantiæ Titulum aſſumpſerint, donec Godifredus, qui dictus eſt Barbatus, ex eâdem Gerbergâ deſcendens, viâ quamdam nactus eſt, quâ tandem Lotharingiæ Ducatum anno* 1107. *recuperavit.*

His prænotatis, diſcutiamus nativam qualitatem Statûs Brabantini ſub Gerbergâ, an individuitatem realem ſuſtineret, taliter quòd ad Primogenitum abſolutè competeret, an in eo admiſſibilis fuiſſet Devolutivi juris qualitas dividua.

Ad quod dignoſcendum, notandum eſt, variè actum per modernos Scriptores circà cognitionem Territorii, ſeu Circuli Brabantini, adductos auctoritate monumentorum privatorum, ſeu librorum manuſcriptorum tantùm, quorum fides laudatur potiùs ex libidine privatâ, quàm ex communi voto. Quarè credimus, Brabantiæ Circulum (cùm in ſuperiorem, & inferiorem diviſus notetur ab Haræo) (25.) conceſſum Carolo voluntate Imperatoris, & Regis Galliarum, tranſmiſſumque fuiſſe individuum Othoni Gerbergæ fratri, teſte Blondello, (16.) & amplexum Comitatûs, *Friſiæ ſcilicèt Occidentalis, Hollandiæ, Zelandiæ, Geldriæ, Juliaci, Cliviæ, Limburgi, Lomerienſem, Namurcum, Loſſenſem, Cameracenſem, Lovanienſem, & Bruxellenſem in Brabantino pago ſitum*; quos à patre individuâ qualitate gaudentes recepit, & tranſtulit ſorori. Quòd verò defuncto Othone, Lambertus uxorio jure egit (17.) de occupandâ Brabantini Statûs Dominatione: ac quòd adim-

(15.) Har. *Prolog. cap.* 5. Div. *lib.* 7.

(16.) David Blondell. *Geneal. Franc. Plenior. aſſertio, tom.* 2. *fol.* 259.

(17.) Lypſ. *Lovan. lib.* 1. *cap.* 11.

adimplere nequivit toto in Circulo, in quo Majestas Othonis extensa fuerat, verum est, impedita namque possessio fuit manu, & potentiâ illorum, quibus morte Othonis Status Brabantinus concessus fuerat. Sed cùm Gerbergæ jura sanguine, & naturâ firmarentur, legitima justaque haberentur, expressis, seu oblitis his, quibus Imperatores investierant, stemma Brabantinum à Gerbergâ efformant (18.) Scriptores, illamque Dominam directam paternalis statûs designant: Asserente Chifletio. (19.) injustè nec tantùm ab Imperatoribus repulsam à Ducatu Brabantino, sed tyrannicè à Hugone Capeto à Regno excluſam Gallicano.

(18.) Har. *Annal. Brab. in Lambert. & Gerber.* Div. *rer. Braban. lib. 6.* Laur. Beyerl. *Theatr. ant num. litt. M. verb. Magistratus.* Suer. *Annal. Flandr. dict. lib. 18.* Pined. *Monar. Eccles. par. 3. li. 17. c. 31.* Lipſ. Lovan. *dict. lib. 1. cap. 13.*

(19.) Molan. *Milit. Sacr. cap. 42. Iure hæreditario ex parte suâ Gerbergæ.* Div. *lib. 6. Porrò Othone Duce, post quatuordecim annos defuncto, sine liberis, cùm Ducatus successionis jure ad Lambertum devolutus esset,* Haræus, *Annal. Brab. in Prologom. art. 3. Deindè transactum fuisse, ut sepositâ hostilitate Comites Lovanienses in suâ avitâ possessione quietè agerent,* Chifl. *vind. Hisp. cap. 4.*

In hanc Chifletii sententiam, contraque legitima Gerbergæ jura, latè decantârunt Gallicani Scriptores. Asserentes alii, quod etsi Gerbergæ Allodialia aliqua bona in Brabantia morte parentis, & fratris obvenissent, non verò Feudalia, nec Domanialia: aliquâ verò ab eâ possessâ vi magis fuerunt, quàm legitimo jure. (20.) Alii, quòd Ducatus Brabantiæ Feudum dici non potuit, nec sic censeri, ut in eo Gerberga succeſſisse dicatur, cùm tunc temporis nulla Feudorum mentio fuerit, nec in Romano, au consuetudinario illarum Gentium jure.

(20) Jacob. Alexand. *verit. vind. par. 3. fol. 222.* David Blondel. *Genealog. Franc. tom. 2. fol. 259. & 260. Quòd Lotharingiæ Ducatum, & feudum vocas, quo tempore (necdum invento feudi nomine) feudorum mentio nulla fuit, & Imperii (Romani scilicèt) feudum fuisse somnias.*

Sed etsi ingeniosâ machinatione suam mentem decorent, non tamen firmitate legitimâ, nec veritate necessariâ juris, ac rei, cùm purum putum sit, tàm attentâ Historiâ illius sæculi, quàm jure communi consuetudinario, vigente anno M. V. quo mortuus fuit Otho Dux; quòd Gerbergæ, vi succeſſionis individuæ, translata fuerunt Territoria, Domania, Pagi, Ditionesque vacantia illius morte, eique delata Caroli Patris morte.

In cujus sententiæ comprobationem reminiſci oportet, quæ num. 3. relata sunt; scilicèt, quòd Brabantiæ Ducatus ab Imperatore Othone II. donatus fuit in perpetuum Carolo, (21.) (cui donationi assensit Lotharius Gallorum Rex, fraterque Ducis) cum Majestate, honore, ac supremitate illâ, quâ in manu Imperatoris Lotharii requieverat. (22.) Quòd, ut diximus, hæc

(21.) Sigebert. *Chron. anno 977.* Har. *Annal. Flandr. in Lothar.* Div. *lib. 6.* Æmil. *in Lothar.* Suer. *Annal. Fland. li. 3.*

(22.) Suer. *Annal. Flandr. dict. lib. 3. fol. 64. Honròle el Cesar con todas las preeminencias, y superioridades, que solia tener en esta Region el Emperador Lotario. Despues del repartimiento hecho con sus hermanos; de suerte, que el Duque fue entonces Soberano en las tierras, que son propriamente de su Ducado.*

hæc donatio ab ipsâ formationis origine recepit perpetuitatis naturam, tàm in Dignitate, quàm in bonis, quibus ornata, & decorata manſit in Carolo, & Othone, indubium habendum : Cùm illâ ætate (quidquid decantent Gallicani Scriptores, ſubque Imperio Othonis II. atque ſceptro Othonis I. Dignitates Regales in ſe perpetuò habebantur, antiquatâ, ſeu extinctâ in eis qualitate temporali. (23.)

(23.) Renat. Chop. *Doman. Franc. lib. 1. tit. 6. num. 16.* Bodin. *de Republ. lib. 3. cap. 5.* Petr. Greg. *lib. 6. Syntagm. cap. 7. à num. 17.* Andr. Kinken. *comment. in jus & privil. Saxon. verb. Ducum Saxoniæ, cap. 4.* Thob. Paurmeiſt. *de juriſd. Imper. Roman. lib. 2. cap. 11. num. 9.*

Et quamvis in tantæ mentis tutamen magna, & plura ſint apud Scriptores, quibus uti poſſemus ad repulſam objectarum machinationum, adque firmandam qualitatem, & naturam perpetuam, individuam, ſucceſſivam Ducatûs Brabantiæ, ac quod illa recepta jam fuerat inter Europeos; aliis omiſſis, cincti ad id ingredimur exemplis recolitis, intrà propria contentionis caſtra. Antè enim quàm in Carolo Duce ortum teneret perpetuitas ſucceſſiva realis, tàm in Dignitate, quàm bonis, individuitate ſucceſſivâ ornabatur Comitatus Flandriæ in manu Balduini Comitis. Regnante in Gallis Ludovico Balbo. (24.) Ducatus Normandiæ perpetuò pro ſe, & ejus ſucceſſoribus donatus fuit Rolono Duci Thuringiæ, & Friſiæ Ducatus perpetuos illâ in periodo invenimus, ſicuti & Hollandiæ conceſſum Roberto Friſonio. (25.) Nec in aliis immorandum, cùm inveniamus manu Imperatorum quamplures dignitates plaſmatas illâ ætate in Circulo Germanico. Quo jure attento, evincitur temporariè dixiſſe, ſomniaſſeque dicentem, Gerbergæ ætate Dignitates Regales Feudales non fuiſſe, ut exindè deducatur Brabantiæ Ducatum, nec perpetuum, nec ſucceſſivum.

(24) Guagin. *de Regn. Franc. lib. 4. in Ludovic. Balb.* Suer. *Annal. de Flandr. lib. 2. fol. 30. & 32.* Meyerus, *Annal. Flandr. lib. 2. ann. 863.*

(25) Meyerus, *Annal. Flandr. in Balduin dict. anno 863.*

(26.) Haræus, *Prologom. Annal. Braban. cap. 4.*

Somniaſſe enim fatemur, aſſerentes periodo illâ, in quâ diviſum notamus Brabantinum Circulum inter Ludovicum Imperatorem, & Carolum Calvum (diviſione illâ, de quâ latè Haræus) (26.) Dignitates Regales temporales fuiſſe inter Gallos : Cùm hæc aſſertio contraria menti, & ſententiæ ſit Petri Gregorii, (27.) & dicentium Longobardicum jus, ſeu conſuetudinem vivendi jure Longobardico, receptam fuiſſe inter Francos ab illo tempore ; ex quo Imperialis, & Regia Ma-

(27.) Petr. Greg. *dict. lib. 6. cap. 7. num. 21.* ex Ænan. *lib. 2. rer. Germ. Deligebant autem Ducem ex Nobili familiâ, ſic Boieris Algilolphirgorum antiqua gens diù Duces dedit. Hoc autem Privilegium habebat ea familia (nota feudum) à priſcis Francorum Regibus.*

Majestas decoravit candorem (28.) liliorum Gallicanorum. Quarè notârunt, (29.) sub sceptro Caroli Calvi perpetuitatem recepisse Dignitates Regales : manu verò Hugonis Capeti, absolutè inter Gallos illam qualitatem immutabiliter retinuisse, & transmisisse in posterum.

Ex quo fatendum, Brabantiæ Ducatum Carolo I. Duci concessum, perpetuum, individuum, successivumque fuisse, competentemque jure legitimo filiis, & successoribus suis, ob id ad Gerbergam translatum morte fratris.

Credamus verò contentionem nostram ex sententiâ dicentium, Brabantiæ Ducatum Allodialem fuisse, concessumque Imperatoris munificentiâ Carolo Lotharii Regis fratri, ad illum removendum à fraternali amore, & auxilio, vel ab ipso Rege, ut illum contineret, semoveretque à suo Regno imminentia Civilia bella. (30.) Utroque enim in casu, ad Gerbergam filiam morte fratris Othonis translatum dicendum, cùm si, ut voluerunt Gallicani Assertores, illâ in periodo, non erat efformatum, nec laudatum Feudorum jus, seu consuetudo ; necessè fatendum, successionem bonorum terminandam attento jure communi ex legibus Salicis, Ripuariis, seu Thuringiis, sub quibus agebantur omnes res Brabantinorum, (31.) ac Gallo-Germanorum. His enim attentis, illorumvè coactâ vi, ad Gerbergam morte fratris translatum Brabantinum Ducatum firmiter asserendum censemus ; cùm nullus masculus esset in toto Orbis Circulo tunc ex Pipinâ, ac Carolinâ stirpe, qui ob sexûs prærogativam Gerbergæ præferretur, cujus concursu semovenda esset à Dignitate, & bonis fœmina, aut illius successores, attentâ serie legum (ut diximus) Salicarum, & Ripuariarum constituentium, ut ad successionem bonorum familiarium fœminæ filiæ, (32.) sorores, (33.) aut amitæ, cæteræque ex progenie absolutè admittantur, hæreditatesque de lanceâ transeant ad fusum, si masculina generatio extincta sit.

Hujus juris vi, notant scribentes, jure uxorio suspensâ manu, & potentiâ Imperatorum, Lambertum Ger-

(28.) Renat. Chopin. *ad leg. And. lib. 1. tit. 1. num. 1.*

(29.) DD. Adducti, *n. 23. & §. 1. à num. 42.*

(30.) Paul. Æmil. & Sigebert. *adducti à n. 4.*

(31.) Renat. Chopin. *Doman. Franc. lib. 1. tit. 6. n. 15.* Joan. Lymn. *not. Franc. lib. 1. cap. 8. in testim. lister. T. & sequentib.*

(32.) Leges Salicâ, *tit. 32. De allod. leg. Ripuar. tit. 58. de allod. l. 4. Sed dum virilis sexus extiterit, fœmina in hæreditatem aviaticam non succedat. De legibus Anglorum, tit. 7. de allod. §. 1. Hæreditatem defuncti filius, non filia suscipiat, si filium non habuit, qui defunctus est, ad filiam pecunia & mancipia ; terra verò ad proximum paternæ generationis consanguineum pertineat.* Et §. 7. *Si nec filium, nec filiam habuerit, sororem verò habuerit, sorori pecuniam, & mancipia, proximo verò paterni generis, terram relinquat, usque ad quintam generationem, paterna generatio succedat,* §. 8. *Post quintam autem filia ex toto sivè de patris sivè matris parte, in hæreditate succedat.*,

Et tunc demùm, hæreditas ad fusum à lanceâ transeat.

(33.) *Leg. Anglor. dict. tit. 7. §. 2.*

Gerbergæ maritum Brabantinum Statum poſſediſſe, tranſtuliſſeque in Henricum filium, à quo varias per ſucceſſiones tranſmiſſus, uſque ad Henricum III. Mortuo enim Henrico, filiis maſculis orbato, ſuperſtitibus tamen filiabus tribus fœminis, attentâ juris Salicis, ac Ripuarii virtute, ſemotæ fuerunt ob ſexûs imbecillitatem, & qualitatem à paternâ hæreditate, ac ſucceſſione; inque apicem Dignitatis elevatus fuit, prælatus nepotibus Godifredus patruus, Henrici defuncti frater, utque regiminis habenas manu teneret propriâ, evocatus fuit à Syriâ, cùm mortis fratris tempore ageret in bello Sacro ſub auſpiciis Magni Godifredi Bullonis: Credito, donec de eo certiora adferrentur, communi Brabantinorum decreto, regimine publicè Adilæ Matri ſuæ: (*a*) Adveniente verò, ſuarum Gentium placito, Dignitatem, juramentum fidelitatis, homagiaque ſuſcepit (34.) ſub titulo, & nomine Godifredi Barbati, rejectis filiabus ultimi Ducis à dignitate, & bonis. (35.)

(34.) Franc. Haræus, *Annal. Braban. in Godifred. Barb. anno* 1096. Lipſ. *in Lovan. lib.* 1. *cap.* 11.

(*a*) Lipſ. Lovan. *lib.* 1. *cap.* 11.

Hæc Godifredi elevatio ad Ducatum Brabantiæ, eliminat omnes Gallicanorum conatus inventos, & temporariè emiſſos in Reginæ Chriſtianiſſimæ utilitatem, utque legitimè fulciri non poſſit ſomniatum jus, aut conſuetudo Devolutiva, & pariter Regis noſtri Caroli juſtitiam ordinat: cùm ſi Devolutivæ, conſtitutione in Dignitate, & bonis, quibus decorata Brabantia, locus eſſet, non patruus Godifredus fratri ſuccederet, filiabus ejeratis, ſed illæ patruo excluſo.

(35.) Molan. *Milit. Sacr. cap.* 55. *Peremptо Tornaci in armorum Ludo, anno* M. XC. VI. *Henrico Comite, & Advocato Brabantenſi, ſucceſſit ei filiabus fratris defuncti excluſis, in Comitatu ejus frater Godifredus de Lovanio dictus,* Aubert Mireus, *Chron. Belgic. anno* 1095. infrà §. 2. *num.* 39.

Non enim conſecutione avitæ, & paternæ Dominationis immemor fuit Godifredus lati limitis, quo nativâ origine protendebatur Brabantia inter Rhenum, & Schaldim, (*b*) anxiè enim premebatur, ex eo quod ab aliis tenerentur Domania Brabantinæ Majeſtatis, oblitерato ſanguinis & naturæ jure; quarè ſe obligavit barbam non ponere, donec totius Ducatûs diù debiti compos eſſet; ex quo nomen, & titulum meruit Godifredi Barbati. (36.)

(*b*) Lipſ. Lovan. *dict. lib.* 1. *cap.* 8.

(36.) Lipſ. Lovan. *dict. cap.* 11. Haræus, *Annal. Brab. in Godif. Barbat. anno* 1096. Barl. *Chronic. Ducat. Brab. cap.* 28.

Varia, cruentaque bella nata, & coalita ex Imperatorum, & Regum Gallicanorum dominandi libidine, quibus valdè conturbata fuit Europa: Diverſa

indè

indè orta discrimina Principum & Dynastarum in diversa agentium : Aulicorum etiam cupiditas, Imperatorum, & Regum voluntates rapientium, induxit, ut vi magis, quàm legitimo jure Brabantiæ Dominationis, Potestatis, & Imperii investitura extrà proprios sanguinis lares conferretur (Comitibus enim Ardenensibus, Godefridiisque, ut suprà notamus) essetque centenario annorum curriculo possessa magna Brabantini Circuli pars, ac detentâ manu illegitimorum Dominorum. Tenente verò Imperium Henrico IV. cognoscente legitimorum Dominorum jura, ac præcipuè desiderante Imperii tranquillitatem, & intestinorum bellorum finem, ad quem collimare non poterat, ni Brabantia restituta Sanguini, Familiæque Carolinæ ; fœdere inito, Godifredo Barbato restituit Brabantiam, Lotharingiaque, quæ jure postliminii, tanquàm Gerbergæ nepoti, post centum annos propriæ, & nativæ Majestatis Dominio (37.) restituta fuit.

Ab his temporibus, à quo Godifredi ætate Dominatio Brabantini Ducatûs in classe Circulorum Germanorum numerata fuit. Sed, etsi Imperialis Dignitatis insulas tenuit, clientelarique jure aliquâ ex parte Imperium recognosceret, (40.) Electoraleque votum (38.) ad summam Imperii Majestatem ; in quo mansit, usquedum ad septem Electores restricta fuit Imperatorum electio publici boni causâ : (39.) Attamen supremam, quàm suscepit ab ortu Majestatem, nunquàm dimisit, sed retinuit, retinetque. (41.)

His attentis, ex quibus versanda jura ad successionem Ducatûs Brabantiæ, quisquis ille fuerit, qui ad apicem, jus, actionemvè intendat, necessariò edere tenetur, ex quâ naturâ, aut qualitate successionis ad illum

(37.) Paul. Æmil. *in Lothar.* Guagin. *Hist. Franc. in Lothar. V. fol. mihi 79. Receptâ igitur Austrasiâ Otho Lotharingiam Ducatûs appellatione sublimavit. Cujus magna pars Brabantia extabat, dictaque etiam Lotheringia inferior. At quia Othoni Lotharius suspectus erat ; ut Caroli fratris Lotharii amicitiâ demereri posset eum tractum, quem Lotharingia nunc vocatur, illi dono dat, ratus Carolum beneficii recordatione fratrem in fide, & benevolentiâ, ne novos belli motus excitaret retenturum : Verùm Carolo Aureliæ in carcere defuncto (de quo infrà dicetur) Otho filius ejus successit in Ducatu, paulo post sine liberis discessurus. Cui in Ducatu succedere rata germana ejus, nomine Gerberga, ab Henrico Imp. prohibita est. Et receptis ac reservatis eidem Gerbergæ, & Lamberto ejusdem marito, Harmonioso Comitatu, Lovanio, Bruxellis, Nivellâ, & plerisque aliis locis Ducatus Lotharingiæ, Comitibus Ardenensibus attributus est. Hanc tamen Lotharingiam Godifredus Barbatus à prædictâ Gerbergâ propagatus post centum annos pro magnâ parte temperavit, à quo Brabantiæ Duces hactenûs ortum habuere,* Suer. 947. *tit. Comites Lovanienses. vers. 9.*

(38.) Lipsius *in Lovan. lib. 2. cap. 1.* Arum. *de Comic. cap. 4. num. 96.* Carpzov. *de leg. reg. cap. 7.*

(35.) Arum. *de Comic. cap. 2. num. 21.*

(40.) Divæus, *rer. Brab. lib. 10. anno 1204.* Theodor. Reinfing. *de regim. sæcul. lib. 1. clas. 2. cap. 9. à num. 107.*

(41.) Suer. relatus suprà, *num. 22.*

Annal. Flandr. lib. 18. Molan. *Milit. Sacr. cap. 42.* Aub. Mir. *Chron. Belgic. anno*

lum collimat. Nam si ab origine, ex quâ nata Dignitas in Carolomanno ex dote Fruithildis, auctâ manu, ac Potentiâ Pipini Landensis, & Harstali, indubium est successionem trutinandam non esse novo jure, consuetudineque Devolutionis attentâ, cùm privativè nata, & coalita fuerit ad conservationem jurium, & feudorum irregularium, ac privatorum provenientium à manu, & liberalitate Principum Brabantinorum, ut ex illius verbis evincitur. (42.)

Quod verò hæc constitutio, lex, seu consuetutudo noviter inventa, & recepta ad privatas res subditorumque hæreditates, Principem ipsum nec cogat, nec liget, nec Dignitates, bonaque antè illius ortum propriam retinentia successionis qualitatem, ex ipso Gallicano Assertore defendimus: (43.) *Jam si antè fuerit Princeps, quàm Leges ullæ, aut municipalia Jura essent constituta, tùm quoque nihil magis è Dignitate suâ is facturus est, quam ut se patriis Legibus, & publico Juri subjiciat.*

E dignitate enim erit, patria Jura, antiquos mores servare Principes, sed id, dum Majestatica non obliterantur: Si verò violantur avitæ Principum voluntates (44.) subditorumque vota conferentia masculino sexui domidationes (qualiter in Ducatu Brabantiæ à primâ Pipinorum ætate, notamus constitutum, & servatum) erit è dignitate, calcato jure Publico subditorum, privatoque naturæ, & sanguinis, ejerare Imperium, & rejectâ lanceâ ad fusum transferre regimen, ex eo tantùm, quod inter privatos mos est, aut consuetudo id suadens, aut cogens in re merè privatâ. Audias ex te ipso Assertor: (45.) *Quod si lege quâdam Regiâ, aut inolitâ consuetudine, qui sint ad Regni, vel Principatûs successionem vocandi constitutum fuerit; dubitari non potest, quin hujus legis, aut consuetudinis valere debeat auctoritas: Cùm omnes fateantur Majorum instituta sancta esse, & tanquàm publica patrimonia teneri oportere. Hinc Franci nunquàm à Salicâ lege, quæ fœminas excludit recesserunt. Suus enim cuique genti mos, suum cuique Regno jus est conservandum.*

Præcipuè, cùm hæc consuetudo, qualis qualis sit, jus con-

(42.) *De succes. feud. art.* 21. Laudatus à Petro Stockmans, *de jur. Devolut. cap* 21. *n.* 14. *Quod pertinet ad consuetudines feudales Brabantiæ manifestum; si quis animum adverterit eas unicè directas, & conceptas esse in feudâ privatorum.* In cujus probationem adducit consuetudinis textum cujus verba: *Nam articulus* 21. *earundem consuetudinum, in hunc modum statutus est: Si pater, vel mater, plures liberos habens moriatur, ac relinquat bona, vel redditus feudales, qui teneatur à Duce Brabantiæ.* De quo infrà §. 2. *à num.* 14.

(43.) *Tract.* 2. *Regin. Christ. jus in Duc. Brabant. fol.* 157. *num.* 10. *Manif. Hisp. fol.* 226.

(44.) Liv. *lib.* 30. *Syphax populi Romani auspiciis victus, captusque est. Itaque ipse, conjux, Regnum, ager, oppida, homines qui incolunt, quidquid denique Syphacis fuit, præda populi Romani est, l.* 2. *&seqq. de just. & jur. l. Naturalem, §. ult. l. Transfugam, de acquir. rer. domin. l. Si quid bello, de captiv.* Hug. Grot. *de jur. bell. lib.* 3. *cap.* 6. *à num.* 8. Joan. Lymn. *not. Franc. lib.* 2. *cap.* 8. *litt. R.* ubi addit Cavot. *var. lib.* 2. *cap.* 13.

constituit, Devolutionis in divisibilia, irregularia feuda, conferentia fœminis successionem, quæ, nec admissibilis est, nec fuit, nec potuit Principi, nec familiæ Ducûm Brabantinorum formam præscribere, ad successionem. Cùm, ut diximus, ipsâ Pipini Landensis ætate, Brabantia masculina fuerit, ex lege, ex qua, & emologata Principum, & Subditorum voluntate servanda, omnibus aliis rejectis, nota ex te: (46.) *Quodsi enim Princeps jam roboratâ consuetudine, & stabilitis legibus ad summi Imperii decus vocatus à populo fuerit, id quidem non aliâ conditione factum credimus, quàm ut patrias leges à Majoribus traditas conservaret.*

(45) *Dict. Tract. 2. fol. 151. num. 5.*

(46.) *dict. Tract. 2. Regin. Christian. fol. 156. num. 10.*

Quæ enim leges successionis in Principatu, & Majestate Brabantinâ à Majoribus traditæ Devolutionis admissionisvè fœminarum? Notentur in hâc re antiqua Pipini Landensis facta, excludentis Beggam filiam à successione ob sexûs qualitatem (48.) Brabantinorum Ordinum vota, & placita ad id directâ in contentione à Joanne Rege Bohemiæ Lucemburgensi Duce, susçitata tanquàm descendente à Margaritâ Enrici Ducis filia: *Iniquam Duci, proceribusque videri Regis postulationem, cùm id ab omni pænè memoriâ inter Brabantinos observatum sit, nè masculo superstite, fœminis in Ducatu jus detur.* (47.)

(47.) Divæus, *dict. lib.* 14. Et adductus §. 3. *num.* 1.

(48.) Fredeg. *in Chron. Sanè quia huic* (loquitur de Pipino) *masculi sexûs proles defuerat nepoti suo Pipino superstitionem cum Principatu dereliquit.* Suprà hoc §. *vers.* 1. *num.* 63. & 66.

Cùm ergò à Populo, & Principibus descripta sint successionis jura Brabantiæ, intraque sexûs masculini claustra, rejectâ absolutè dividuitate, divisioneque; nunquàm erit, nec Principi, nec Subditis licitum ab illâ primâ formâ juris vetustate confirmatâ, longoque, ac inveterato usu probatâ, & laudatâ, recedere; sicuti nec recessum, quoad exclusionem fœminini sexûs in casu relato Joannis Regis Bohemiæ, inque repulsa Hermingardæ filiæ Ludovici Secundi Lotharingiæ Regis, exclusæ à paternâ successione Lotharingiæ, & Brabantiæ; etsi sanguinis, & naturæ jura ederet Bosson illius sponsus, eò quòd in dominio, ac bonis Brabantinis, fœminæ succedere non possent. (49.)

(49.) Paul. Æmil. *in Carol. Calv.* Vincent. Cavot. *lib.* 1. *cap.* 16. *Quod argumentum legitimum præbet* (loquitur de exclusione Ermigardæ) *non solùm in hoc Regno, verùm etiam in Regnis, & Provinciis, armis Francorum acquisitis, Legi Salicæ locum esse, nec in eis posse fœminas generis Franci succedere.*

Quòd verò divisio necessaria ad executionem Devolutivi juris Statûs, & bonorum in Ducatu Brabantiæ,

tiæ , nec admiſſa , nec recepta fuerit Majorum more, evincitur ex Hiſtoria. Mortuo enim Lothario Ludovici Imperatoris filio , cui ex paterna diſpoſitione obvenerat Brabantia, & Lotharingia ; ad Fratrem Ludovicum Imperatorem , ſucceſſio Regni tranſlata fuit jure ſanguinis , & naturæ : Cupiditate verò dominationis protendendæ raptus Carolus Calvus Gallorum Rex , vi , armisque Circulos Brabantiæ , & Lotharingiæ , Religionis , & naturæ Sacramento violato , occupavit. Quâ injuſtitiâ, & violentiâ commotus Ludovicus Hadrianum Pontificem adiit , acriter increpans patrui libidinem , jusque ſuum legitimum ad fraternalia Domania edens : Sed detentus Carolus Brabantini Statûs fame, obſcœcatusque amore dominationis , renuit Pontificalibus obedire mandatis. Ex quo magna bella orta fuerunt, nec depoſita arma, uſquequò pax inita fuit inter patruum, & nepotem legibus (50.) relatis ſuprà. (51.)

(50) Idem Paul Æmil. *in Carol. Calv.* Guagin. *de geſt. Franc. lib.* 5. *in Carol. Calv.* Haræus, *Annal. Flandr. in Carol. Calv. & in Prologom. cap.* 5. Div. *lib.* 5.

Ipſam individuam , & maſculinam qualitatem retinuit Brabantia tertia in ætate: Cùm inveniamus mortuo Henrico III. tribus filiabus ſuperſtitibus, ad Godefridum fratrem defuncti Ducis tranſlatam fuiſſe abſolutam, individuamque (52.) Dominationem.

(51.) diximus *Tract.* 1. §. 5. *n.* 38. & 39.

Ex quibus evincitur Brabantinam Majeſtatem, bona, & Dignitatem ab anno D. XXIV. â quo nata , maſculino ſexui fuiſſe præſcriptam , ni caſu , quo abſolutè ſiſteret maſculinæ ſucceſſionis alveus , & ad perpetuitatem, & conſervationem neceſſaria admiſſio fœminarum fuiſſet, ex quibus nova germinaret proles maſculorum , inter quos denuò flueret rivus ſucceſſionis ; ut in morte Othonis Ducis, & admiſſione Gerbergæ executum notatur.

(52.) Lipſ. *in Lovan. l.* 1. *cap.* 11. Molan. *Milit. Sacr. cap.* 55. Haræus, *Annal. Brab. in Frederic. Barbat.* Divæus *lib.* 8. ſuprà *num.* 33.

Hæc enim agnativa qualitas in Ducatu Brabantiæ perduravit à Pipino Landenſi , uſque ad Henricum II. ſeu VI. qui cùm in uxorem reciperet Mariam Philippi II. Imperatoris filiam , à ſocero obtinuit anno M. CC. IV. ut antiquata nativa ſucceſſionis forma , tàm filii maſculi , quàm fœminæ ultimi poſſeſſoris , Patri in Ducatu , Dignitate , & bonis ſuccederent. (53.)

(53.) Petr. Stockm. *de jur. Devolut. cap.* 21. *num.* 5. *Tract. de Regin. Chriſt. jus in Braban. fol.* 12. Petr. Div. *rer. Brab. lib.* 11. Haræus, *Annal. Braban. in Henric. II.*

Suc-

Succeſſit Patri Henricus III. ab aliis VI. numeratus, cui Joannes I. illiusque proles maſculina uſque ad Joannem III. qui cùm filiis maſculis orbatum ſe cerneret, extinctis vivo Patre duobus, Joanne, & Godefrido ex uxore filiâ Ducis Ebroicenſis ſuſceptis, egit de commendandâ Republicâ, hæredeque, ac ſucceſſore deſſignando. Ad quod Conventum Ordinum Lovanii coëgit, ubi diù certatum, cui Imperium, ſi mori contingeret, deferretur: Erat enim in controverſiâ antiquum jus Brabantinum denegans fœminis in Ducatu ſucceſſionem, Philippique Imperatoris Privilegium concedens Duci, ut filiæ ſuæ ſuccederent, ſi maſculum non haberet. Ad cujus conſpectum deliberatum fuit communibus omnium animis, ut Imperium traderetur Wenceſlao marito Joannæ filiæ majoris ipſius Ducis. (54.) Nè verò turbarentur vota morte parentis, adhùc ipſe vitam agens anno M. CCC. LIV. demandavit Rempublicam Wenceſlao genero; fecitque, ut adunati, & commoniti Ordines, filiæ, & ſponſo fidem darent, & homagia.

(54.) Divæus, *lib.* 14. Hadrian. Barl. *Chron. Duc. Brab. cap.* 61. Haræus, *Annal. Braban. in Joann. III. anno* 1355. Molan. *Milit. Sacr. c.* 66. Iſaci Pontan. *Hiſtor. Geldric. lib.* 7. *anno* 1354.

Nec defuit Gallicanis Aſſertoribus temporalia libidine raptis, animus, ad inurendam Philippi Imperatoris conſtitutionem, hâc jactâ Aulicâ machinatione: *(55.) Non inficiamur certè, ut tam primâ fronte videri nonnihil in rem, de qua nunc agitur facere; ſed inprimis obſervandum eſt hujuſcemodi conſtitutionis Auctorem non adeò indubitatum Imperatorem fuiſſe, quin ea dignitas ipſi ab Othone denegata fuerit, nec fanè tunc temporis definitum erat utri verè competeret. Undè nulla validitas certa huic inſtrumento, ex poteſtatis defectu aſſignari poſſet.*

(55.) Tract. *de Regin. Chriſtian. jus in Brab. fol.* 12.

Quamvis autem hæc ratio ceſſaret, atque etiam Imperatoria Majeſtas Philippo concederetur, non indè ſequitur poteſtatem illum habuiſſe de Brabantia aliquid ſtatuendi; ideòque minùs aliquam legem imperandi; cùm vix probari valet ejuſmodi jus, ac facultatem tunc temporis, ac etiam poſteà Imperatoribus ullis adfuiſſe.

Sed in conſtitutionis auctoritatem, Poteſtatem, & virtutem, adſunt duæ noviter per Stockmannum ſcripta ſunt, perque Anonymum *Le Remarqueur*; quorum verba decrevi ad veritatis noſtræ firmitatem, exarare, tum

ut

ut ad omnium manus descendat pura historiarum, & monumentorum antiquorum notitia, tùm ut eliminentur à vinea veritatis illæ vulpeculæ novatorum corrodentium optimos justitiæ fructus, utque nebulæ retundantur machinationum Aulicarum struentium vanas incognitorum jurium structuras in legitima jura Regis nostri. Sic Stockmannus. (a)

(a) Petr. Stockmans *de jure Devolut. par. 2. cap. 3.*

„ *Devolutionis jus, quo filiæ primi thori præferuntur in succ-*
„ *cessione masculis secundi thori, jam antè sæcula quatuor eli-*
„ *minatum fuisse è Domo Regnatrice Brabantiæ solidis ra-*
„ *tionibus contendimus, & apud æquos rerum Arbitros, ut spe-*
„ *ramus, evicimus. Firmum fundamentum est in Constitutione*
„ *Philippi Imperatoris anni* 1204. *quæ sic statuit* : Insuper
„ Regiâ nostrâ Auctoritate constituimus, & memorato
„ Duci concedimus, ut filiæ suæ, si masculum hæredem
„ non habuerit, in feudis suis liberè ei tanquam masculi
„ succedant.

„ *Hanc Constitutionem, quia stare nequit cum Devolutione,*
„ *omni molimine agitare, vexare, & convellere aggressus est*
„ *Observator, conquisitis aliquot exceptionibus, in quarum dis-*
„ *cussione jam aliquoties serram reciprocamus, usque eò ut ille se-*
„ *cundas scribendi vices jam impleverit, sed eâdem rursùm lo-*
„ *quacitate, minutiloquio, & tautologiâ, quâ antè, quibus omni-*
„ *bus ut responderem ægrè ab animo meo impetrare potui; ve-*
„ *rùm ne silentium nostrum argumentum aliquod præbeat infir-*
„ *mitatis causæ, visum est brevi responso, quæ ab eo adducta*
„ *sunt diluere; idque servato eodem ordine, quem ipse sequutus est.*
„ *ut ei quatenùs fieri potest, gratificemur. Primùm itaque te-*
„ *lum intorquet hoc argumento, Philippum Imperatorem* ejus-
„ dem Constitutionis Auctorem, non adeò indubitatum
„ Imperatorem fuisse, quin ea dignitas ipsi ab Othone
„ denegata fuerit. *Responsum est* : Philippum eundem
„ primis imperii sui annis, cùm Othone de dignitate
„ suâ luctatum fuisse; sed eum exitum fuisse contentio-
„ nis, & certaminis, ut Otho juri suo tandem cesserit,
„ & pacificam possessionem Imperii Philippo reliquerit.
„ *Ad quam rem stabiliendam adduximus auctoritatem*
„ *Abbatis Ursbacensis, & aliorum quorundam Auctorum*
„ *relatorum à* Christophoro Butkens, aux Trophées de
„ Brabant, *quas testificationes vidisset se negat Observator his*

„ *ver-*

„ *verbis* : C'eſt pourtant ce que je n'ay point vû juſqu'icy
„ en nul endroit de l'Hiſtoire. *Ex quo cùm veriſimile*
„ *fiat eum languidioris eſſe memoriæ verba ipſa* Butkeni
„ *hic ſubjicimus, quo poſſit ſibi memoriam refricare.* Aprés,
„ que l'Empereur Othon, avoit tiré de ſon Oncle le Roy
„ d'Angleterre, bonne proviſion d'argent, & autres choſes
„ neceſſaires, il retourna en Allemagne encore en l'an
„ M. CC. VII. en intention de redreſſer entierement ſes
„ affaires, mais trouvant le Regne de Philippe entiere-
„ ment eſtabli par alliances, & confederations, il jugea
„ plus à propos de traitter avec luy quelque accord fa-
„ vorable, que d'attendre l'iſſuë, que ſes foibles Armes
„ luy pouvoient promettre. *Et paulò inferius* : Ils arre-
„ ſterent le Mariage d'Othon avec Beatrice Fille de Phi-
„ lippe, à telle condition, qu'Othon luy ſuccederoit en
„ l'Empire, ce que fut approuvé par pluſieurs Princes,
„ & Prelats : *& par ainſi demeura Philippe ſeul, & pa-*
„ *cifique Poſſeſſeur de l'Empire.*

„ *O egregias Obſervationes Hiſtoricas Anonymi ! quibus*
„ *ſi ſimiles multas edere pergat, verendum erit, ne de Gallia*
„ *dicatur, quod olim de Græciâ :*

------- Quidvis Gallia mendax
Audet in Hiſtoria.

„ *Sed quorſum tàm operoſa diſputatio de re antè quatuor*
„ *ſæcula tranſacta ? Ut enim omnia, quæ diximus vacilla-*
„ *rent, ſola antiquitas temporis tueretur ejuſdem Conſtitutionis*
„ *auctoritatem ; cùm indubitatum ſit eandem per quatuor jam*
„ *ſæcula in Brabantia vigorem ſuum, & effectum habuiſſe re-*
„ *bus ipſis, & factis : cùm enim in eâdem agatur de conceſſio-*
„ *ne Feudali Trajectenſis Urbis, & de Eccleſia Sancti Serva-*
„ *tii, itemque de Oppido Nivellenſi, ejusque Baſilicâ, de Urbe*
„ *item Oorten, vulgò dicta Sylva Ducis, ac aliis quibuſdam*
„ *Brabantiæ fundis, & juribus ad effectum perductis, & poſ-*
„ *ſeſſione vetuſtiſſimâ roboratis, fatuum fuerit, & inane nunc*
„ *de auctoritate Statuentis ſatagere, quandoquidem antiquitas*
„ *poſſeſſionis facilè vitia omnia abſtergat.*

„ *Secundum Argumentum contrà eandem Conſtitutionem*
„ *aſſumit Obſervator, non liquere, Imperatoribus Germanicis*
„ *adfuiſſe Auctoritatem aliquid de Brabantia, aut de rebus*
„ *Brabanticis ſtatuendi, cumque ego in priori ſcripto eum re-*

„ *misissem ad* Auberti Miræi Codices, *scilicèt* Codicem Do-
„ nationum Piarum, *&* Notitiam Ecclesiarum Belgii, *item-*
„ *que* Butkeni Trophæa Brabantica, *nunc quæritur se ad uni-*
„ *cum* Codicem Piarum Donationum *fuisse remissum*, *his*
„ *verbis* : Sur quoy vous répondez que celà n'est pas, en
„ soustenant tout le contraire, & me renvoyant pour uni-
„ que preuve à ce que dit Miræus dans son Livre in-
„ titulé Codex Donationum Piarum, *& postea velut ad*
„ *singulare certamen me provocans*, *sic prosequitur* : Je vous
„ deffie pourtant de rien trouver dans ce Livre qui appro-
„ che de ce que vous dites, & je doûte fort, que vous le
„ trouviez mesme ailleurs, à l'esgard du Brabant.

„ *Accipio conditionem*, *& demonstro tibi affatim*, *quod*
„ *petis*. *Ad quem finem vide*, *si lubet*, *cap.* 87. *ejus-*
„ *dem Codicis ubi Lotharius III. Imperator jura*, *ac Pri-*
„ *vilegia Ecclesiæ S. Servatii Trajectensis ad Mosam an.*
„ 1132. *confirmat*, *& caput* 81. *ubi Henricus V. Imperator*
„ *Decimas Santflitanas Antverpiensi S. Michaëlis Ecclesiæ*
„ *concedit*, *petente Godifredo Barbato*, *Loth. Duce*, *&*
„ *S. Romani Imperii Marchione ad Schaldim an.* 1125. *Cui*
„ *accedat Diploma Conrardi Imperatoris*, *quo Principes Lo-*
„ *tharingiæ*, *& Brabantiæ constituit Advocatos Ecclesiarum*
„ *Brabantiæ*, *his verbis.*

„ Conrardus Divinâ favente Clementiâ Romanorum
„ Rex Secundus, *&c.* Eapropter Illustrem Godefridum
„ Ducem Lotharingiæ, & Marchionem, atque Comitem
„ Lovanienſem, omnium Ecclesiarum, Ecclesiasticarum-
„ que Personarum, & bonorum eorumdem, sub Princi-
„ patu Lotharingiæ constitutorum, & successores ipsius
„ Dominos Lovanienses, seu Brabantiæ Dominatum ob-
„ tinentes, pro tempore existentes Advocatos instituimus,
„ mus, mandantes, ut nomine Imperii contrà omnem
„ inquietationem, Ecclesiasticas Personas, & earum bona
„ tueantur, & defendant, *&c.*

„ *Sed ne in iis hæreamus*, *quæ minuta videri possunt Obser-*
„ *vatori*, *designo illi quod omnia Argumenta ejus suffocet*, *Con-*
„ *stitutionem scilicèt Alberti Imperatoris*, *quâ ille Prædeces so-*
„ *rum suorum Romanorum Imperatorum Concessiones*, *respectu*
„ *Ducum Brabantiæ approbavit anno* 1298. *ac nominatim*
„ *circà successionem filiarum deficientibus masculis*, *quàm quia*

„ *pe-*

„ *peremptoria est ipsis verbis ad longum oculis omnium sub-*
„ *jicimus.*

„ Albertus Dei gratiâ Romanorum Rex semper Augu-
„ stus, *&c.* Considerantes placida, fructuosa, & grata
„ servitia, quæ per Joannem Lotharingiæ, Brabantiæ,
„ & Limburgi Ducem nobis in posterum poterunt ex-
„ hiberi; universa feuda, jura, libertatés, concessiones,
„ collationes, & sententias à Divis Imperatoribus, & Re-
„ gibus Romanorum nostris prædecessoribus, Philippo
„ videlicèt, Henrico, Rudolpho nostro Patre, & Adol-
„ pho ejusdem Ducis Progenitoribus, ac hominibus eorun-
„ dem factas, concessas, latasque, prout ritè, ac
„ providè factæ, concessæ, & latæ noscuntur; & specia-
„ liter, gratias, concessiones, & collationes de Abbatiâ
„ Nivellensi, Civitate, & Ecclesiâ B. Servatii Tra-
„ jectensis, cùm omnibus appendentiis, honoribus,
„ juribus, & justitiis extrà Civitatem, de Comitatu Da-
„ gisburgo, de sexaginta karatis vini, *de successione filiarum*
„ *suarum in feudis suis liberè, si hæredem masculum non*
„ *habuerit*, de sententiâ latâ apud Franckefort, &
„ à Principibus approbatâ, quod de universis bonis, quæ
„ de Ducatu suo moventur, omnium hæredum mor-
„ tuis parentibus, de jure tutor habeatur, & aliis
„ quibusdam prædicto Duci, prædecessoribus, & homi-
„ nibus suis, Auctoritate Regalis culminis approbamus,
„ innovamus, confirmamus, & hujus scripti patroci-
„ nio communîmus, *&c.*

„ *Ecce, ut universa feuda, jura, libertates, concessiones,*
„ *collationes, & sententiæ, factæ, concessæ, latæque à præ-*
„ *decessoribus Imperatoribus, ut ritè, ac providè factæ, con-*
„ *cessæ, & latæ noscuntur, & confirmantur.*

„ *Quid verò hìc dicturus est Observator? An Auctoritatem*
„ *Philippi rursùs sugillaturus est? Atqui Constitutio Philippi*
„ *à successoribus nominatim approbatur, quæ approbatio, si*
„ *quod vitium subesset, abstergeret. Poteramus hoc exemplo*
„ *contenti esse; sed adjiciemus alterum, ubi in negotio illustri*
„ *Ducum Brabantiæ, agnita & publicè adhibita fuit Im-*
„ *peratoria Auctoritas.*

„ *Prodeat igitur in medium Diploma Richardi Imperato-*
„ *ris, quo ille Cessionem Ducatûs Brabantiæ, ab Henrico in*

„ *Fratrem ſuum Joannem factam confirmavit, & auctoritate*
„ *ſuâ ratam eſſe juſſit, his verbis.*
„ Richardus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Au-
„ guſtus, *&c.* Ex fide dignorum relatione didicimus,
„ quod Illuſtris, ſive ſpectabilis Henricus, tunc Dux
„ Brabantiæ appellatus, naturâ ſit uſque adeò deſti-
„ tutus, utpotè corpore imbecillis exiſtens, virtuti-
„ bus animi, ſolertiâ, providentiâ quoque ità defi-
„ ciens, quod nequaquàm ſit aptus, ſeu habilis, ut
„ exiſtat in tanto culmine dignitatis, & quod velut
„ Princeps Imperii Ducatus honore refulgeat, nec ſer-
„ vitium noſtræ Majeſtati debitum, nobis, & Impe-
„ rio valeat exhibere, *&c.* Nos igitur eorundem be-
„ nignis precibus, benigniùs annuentes, ſinceritati ve-
„ ſtræ præſentium tenore committimus, & manda-
„ mus quatenùs, *&c.* Vice noſtrâ Donationem hu-
„ juſmodi factam inter vivos eidem Joanni ab eodem
„ Henrico, ſeu reſignationem, aut ceſſionem hujuſ-
„ modi, de prædicto Ducatu Brabantiæ, & Lotharin-
„ giæ, cum omnibus pertinentiis, prout ſuperiùs eſt
„ expreſſum, ſolemniter approbare, & acceptare cu-
„ retis, *&c.*
„ *Deindè ſequitur alterum Diploma de dotatione, & dota-*
„ *litio Duciſſæ Alleydis, his verbis:*
„ Richardus, *&c.* Ad Univerſorum notitiam cu-
„ pimus pervenire, quòd conſtitutus nuper in no-
„ ſtrâ præſentiâ, Illuſtris Joannes Dux Brabantiæ, &
„ Lotharingiæ, Ducatum Brabantiæ, & Lotharingiæ,
„ quem à nobis ratione Imperii tenere debet in feudum,
„ à nobis, tanquàm à Romano Rege, cum ſolemnitate
„ conſuetâ, & debitâ recepit in feudum, & exindè no-
„ bis homagium præſtitit, & fidelitatis debitæ juramen-
„ tum, *&c.*
„ *Ecce quantam Auctoritatem ergà Brabantiam, ſibi ad-*
„ *ſcribant Imperatores Germanici, ut Ducatum Brabantiæ,*
„ *ſimpliciter feudum ſuum eſſe pronuncient, ut dubitare non*
„ *liceat, quis ſenſus eorum fuerit, cùm de ſucceſſione filiarum in*
„ *feudâ Brabanticâ ſtatuunt, nimirùm ſine hæſitatione compre-*
„ *hendentes ipſum Brabantiæ Ducatum, ut proindè inanis vi-*
„ *deatur eſſe controverſia, quam ſuſcitavit Obſervator, an in fa-*

„ *cul-*

„ *cultate ſuccedendi in feudâ ipſe quoquè Ducatus contineatur,*
„ *de quâ re, ſi locus pateretur, non pauca ad rei lucidationem*
„ *forent obſervanda. Sufficiat nunc animadvertere, quàm fi-*
„ *dus Hiſtoricus habendus ſit Obſervator, qui auſus eſt omnes*
„ *provocare, vel ex uno actu oſtendere Imperatores Germani-*
„ *cos in Brabantiâ auctoritatem ſuam exercuiſſe, ubi omnia*
„ *talibus actibus adeò plena ſunt.*

„ *Cùm hæc tam clara ſint, & manifeſta, fruſtrà, & into-*
„ *lerando errore Obſervator per Bullam Brabantinam in con-*
„ *trarium nititur, & perſuadere vult virtute Bullæ ejuſdem,*
„ *Brabantiam omninò exemptam eſſe ab Imperio, & poteſtate*
„ *Cæſarum Germanicorum, idque Carolum quintum Impera-*
„ *torem in diſceptatione, quæ illi cùm Ordinibus Imperii fuit*
„ *ità ſenſiſſe, ac ſuſtinuiſſe, multis adductis in eam rem ratio-*
„ *nibus, quas prolixè refert Obſervator. Sed fallitur in multis,*
„ *primò ait me Bullam Brabantinam anni* 1548. *attuliſſe, his*
„ *verbis:* Je ne l'ay dit qu'aprés Charles-Quint, qui le de-
„ clare ainſi dans la Bulle, que vous citez vous-meſme,
„ donnée en l'année 1548. appellée la Bulle Brabantine,
„ dans laquelle il previent meſme toutes les objections, qui
„ peuvent eſtre faites ſur ce ſujet. *Ego verò pernego me*
„ *ullam mentionem Bullæ ejuſdem feciſſe, nec omninò ullam*
„ *Bullam Brabantinam anni* 1548. *noſſe, ac ſcio quoquè nul-*
„ *lam extare, niſi Caroli quarti Imperatoris anni* 1349. *quâ*
„ *Brabantis privilegium de non evocando conceditur, nullâ*
„ *alterius negotii admixtione, breviter lapſus eſt in eo Obſerva-*
„ *tor, quòd confuderit Bullam Caroli quarti, anni* 1349. *cum*
„ *Tranſactione Auguſtanâ, anni* 1548. *in cujus Proœmio con-*
„ *tinentur illæ rationes, quibus Circuli Burgundici immunitas,*
„ *& exemptio à juriſdictione, & contributionibus per Caro-*
„ *lum quintum ſtabiliuntur, & hìc ab Obſervatore referuntur,*
„ *quæ tranſactio proindè ad rem, quam tractamus, nihil per-*
„ *tinet, cùm non de ſupremâ Brabantiæ poteſtate controverſia*
„ *ibidem moveatur, ſed de juriſdictione tantùm, & contribu-*
„ *tionibus Imperii tractetur.*

„ *Tertia eliſio Conſtitutionis Philippinæ ex eo formata eſt,*
„ *quòd* pro confeſſo haberi velit Obſervator, Conſtitu-
„ tionem iſtam ad Brabantiam nihil pertinere, ſiquidem
„ cùm de filiarum ſucceſſione, quaſi de re novâ lo-
„ quitur, de hæreditate Brabantiæ intelligi nequeat,

„ ad quam conſtat ex omni ævo, & antè Conſtitutionis „ tempus filias admiſſas fuiſſe. *Id volens inferre ex ſucceſſione „ Beggæ Pipini filiæ Grimoaldi ſororis, & ſucceſſione Gerber- „ gæ, Caroli filiæ, & ſororis Othonis.*

Sed pareamus jubentibus Gallis, conſtitutionemque Philippicam ab illegitimâ auctoritate, ac incompetenti poteſtate latam, & ortam, credamuſque eos Græcam, ſeu Gallicanam mendacitatem ſequentes, quòd firmato Imperio in Philippum poſt pacem cum Othone initam, non fuerint laudata, & probata omnia ſub poteſtate Imperatoriâ, mandata, conſtituta, & præcepta tempore contentionis, ſeu Civilis Schiſmatis; ob idque nullam, & invalidam conſtitutionem, ſeu privilegium conceſſum Brabantino Duci, ut filiæ liberis deficientibus maſculis, in feudis ſuccederent.

Parere, ſi id verum, nobis debere fatendum in eo; ut abolito privilegio Ducatûs Brabantini, ſucceſſio merè maſculina, ſexuique tantùm maſculino aperta ſit, ac fœminis abſolutè præcluſa maſculo ſuperſtite, ob idque Reginæ Chriſtianiſſimæ ad conſpectum Regis noſtri Caroli, in Ducatu ſucceſſionis jura non dentur, ut deciſſum notamus ſuprà in contentione Joannis Regis Bohemiæ, & Joannis Ducis Brabantiæ. (*a*)

(*a*) Divæus *lib.* 14.

Miramur ſanè tantam Gallicanorum dexteritatem, ſic proprio raptam ambitionis amore, ſic dominandi libidine ductam, ut in excluſionem Regis noſtri maſculi Fratris Reginæ Chriſtianiſsimæ aciem inſtruant, oppoſitis nullitatibus ex defectu auctoritatis, & Majeſtatis, conſtitutioni, Philippicoque Privilegio, quo unico principio, ac gratiâ, obliterato antiquo Brabantino jure, fœminæ ad Dignitatis, & Ducatûs ſucceſſionem admiſſæ ſunt, ac receptæ.

His elaboratis, ad ſeriem Hiſtoricæ narrationis, & gradum revertamur. Renuntiatione enim Ducis Joannis III. factâ anno M. CCC. LV. univerſa dominatio Brabantina ad manum Joannæ, & Wenceſlai, jure proprio tranſlata fuit. Defuncto verò orbato liberis Wenceſlao, Joanna Duciſſa ad tertium thalamum

aſcendere renuens, in filium hæredem, & ſucceſſorem adoptavit Antonium, filium ſecundò genitum ſororis ſuæ Margaretæ uxoris Ludovici Comitis Flandriæ, & Burgundiæ Ducis.

Adoptionis virtute laudatæ voluntate, & conſenſu Joannis annoſſioris fratris, (56.) Ducatum Brabantiæ ſuſcepit, & tenuit Antonius, tranſmiſitque in filium ſuum Joannem, quo mortuo abſque liberis, Philippoque fratri ſecundò genito, Majeſtas Brabantina tranſlata fuit ſucceſſorio jure in Philippum Bonum, Burgundiæ Ducem, Margaritæ Comitiſſæ Flandriæ nepotem ex filio Joanne. Et quamvis Margareta Antonii ſoror ſibi competere ſucceſſionem contendit, excluſa fuit ratione ſexûs, (57.) etſi proximior eſſet Joanni ultimo poſſeſſori.

(56) Diximus *Tract.* 1. §. 9. *à num.* 80.

(57) Divæus, *rer. Brab. lib.* 19. Haræus. *Annal. Brab. in Philip. I.* Meyer. *Annal. Fland.* Hadrian. Barlandus, *Chron. Duc. Brab. cap.* 90. Molan. *Milit. Sacr. cap.* 70. Aub. Miræus, *Chron. Belg. ann.* 1105. *Duces hæritarii Lotharingiæ, n.* 11. Pontan. *Hiſtor. Geldr. lib.* 7. & 8.

Mirabile equidem habendum, quòd cùm Devolutivi juris conſtitutio nata fuiſſet antè annum M. CC. IV. (*a*) in quo Brabantinorum Dux inauguratus fuit Philippus, anteque quàm orta contentio inter eum, & Margaritam, cujus partem tenuit acriter Philippus Francorum Rex, ab ullâ ex contendentium parte, Devolutionis conſtitutio edita fuit, nec propoſita in proprii dictamen, ſed mero jure, communi, & feudali; cauſa agitata, diſcuſſa, & deciſa fuit, attentâ individuitatis, & ſucceſſionis qualitate, conſuetudinarioque jure recepto intrà ipſius Dignitatis gymnaceum, de quo erat controverſia, ut ex Hyſtoriographorum enarratione, præcipuè Suerii, evincitur: (58.) *Moviendoſe luego el debate por la ſuceſſion del Ducado, entre Felipe Duque de Borgoña, y Margarita, hija de Felipe el Atrevido, Viuda de Guillelmo de Baviera, Conde de Holanda, Madre de Jaquelina, la qual pretendia ſer preferida al ſobrino, pues como hermana de Antonio, eſtava un grado mas cerca de ſus hijos, que Felipe hijo de Juan, hermano de Antonio.*

(*a*) Petrus Stockmans *de jur. Devolut. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 4. *Quæ ſit antiquitas juris Devolutionis apud Brabantos, incerto eſt, viguiſſe volunt ante quatuor ſæcula, & evincere ex ſententia Henrici Imperatoris, qua pronunciavit anno* M. CC. IV.

(58) Suet. *Annal. Flandr. lib.* 18. *fol.* 240.

Propuſolo aſſi en Lovayna, à do embiò el Duque deſde el campo de Campiegne los Obiſpos de Tournay, Amiens, y Arras, que admitidos en la junta, replicaron à las razones de Margarita, afirmando, que deſpues de la muerte de la Duqueſa Juana, tocava por derecho el Ducado à Juan, padre de Felipe, que le cedió à ſu hermano Antonio, con condicion, que ſi èl, y ſus hijos mu-

murieſſen ſin ſuceſſion, tornaria à los herederos de Juan, de que moſtravan la eſcritura con los ſellos de el Rey de Francia, de la Duqueſa Juana, y del Intrepido, y en virtud de ella pedian con juſto titulo la poſſeſſion de el Ducado.

Tornava à replicar la Condeſa Margarita, que no podian ſer validos eſtos conciertos hechos entre los hermanos, pues no fueron confirmados por el Emperador Principe ſoberano, de quien las Provincias dependian : argumento de que ſe valieron los Borgoñones, pues tanto mas tocava la ſuceſſion à ſu Duque, yà que no ſiendo valido eſte contrato, era fuerza concluìr, que el Duque Antonio, y ſus dos hijos avian gozado de el Ducado ſin titulo, pues no tuvieran otro para excluìr à Juan, Primogenito de Felipe, aſſi en qualquier acaecimiento era el Duque heredero legitimo, como mas propinquo.

Los Eſtados, oìdas las alegaciones, ſe reſolvieron en dar el Principado à Felipe.

Communi enim Ordinum voto, inauguratus Philippus Dux Brabantiæ die IV. menſis Octobris anni M. CCCC. XXX. quo Divi Franciſci memoriam colit Eccleſia, (59.) Brabantinam, Limburgicam, & Lothreciam Dignitatem, unà cum Ducatu Burgundiæ, pacatè, & quietè tenens ab Imperatore Frederico Auſtriæ, vi Imperialis auctoritatis, in eum tranſlata fuit ſuprema Majeſtas (ſi qua erat) penès Imperium in toto Circulo, ac ditione Brabantinâ, Hollandicâ, Zelandicâ, & Friſiâ. (60.)

(59) Franciſ. Haræus, *Annal. Braban. in Phil. Bono*, Div. *rer. Brab. lib.* 19. Meyer. *Annal. Fland. lib.* 16. *an.* 1430.

(60) Haræus, *in Philip. Bono.*

Defuncto Philippo, ſucceſſit filius Carolus Bellicoſus, quo mortuo in bello Nanceo, (61.) Maria unica filia Ducatum Brabantiæ, Burgundiæ, Flandricumque Comitatum ſuſcepit, quæ ex nuptiis Maximiliani Imperatoris Philippum filium, & ſucceſſorem genuit, qui ex Joannâ Hiſpanicæ Monarchiæ Regina Invictum Auguſtum Carolum I. Hiſpanorum Regem, Imperatorem Romanorum V. ſuſcepit, à quo producti Philippus II. III. & IV. Magnus, ex quo nobis natus Carolus II. ad cujus manum unà cum Hiſpanâ tranſlata, & poſſeſſa eſt Patris Majeſtas Brabantina, Dominatioque Belgicorum Domaniorum.

(61) Pont. Heuter. *rer. Belg. lib.* 1. Div. *rer. Braban. poſt lib.* 19. Haræus *Annal. Braban. in Maxim. & Mar.* Suer. *Annal. Fland. lib.* 24. Hadr. Barland. *Chronic. Duc. Brab. cap.* 143. & 145. Auber. Miræus, *Chron. Belgic. ann.* 1477.

Hanc totam Brabantinorum Principum ſeriem longâ enarratione retulimus ad veritatis lumina demon-

monſtranda, ne credantur obſcurati illius radii antiquitatis tenebris, utque dignoſcatur Gallicanorum Scriptorum aulica aſſentatio, deformitasque novi illius dogmatis jactati in orbem, excludentis filium maſculum à paternâ ſucceſſione, admittentisque filiam fœminam, violatis Naturæ, & Gentium juribus, Divinisque illis præceptis præferentibus in Imperio, & familiaribus bonis maſculinum ſexum, obliteratisque votis diſponentibus de propriis facultatibus, ac Domaniis, vi tantùm privatæ cujuſdam conſuetudinis receptæ, ad firmandam ſucceſſionem bonorum privatorum, interque privatos homines.

Et quod magis mirandum credimus, quod ad tutamen ſuæ ambitioſæ mentis (62.) auſi fuerint Aſſertores Gallicani aſſerere, Devolutivi juris conſtitutionem inter Brabantinos receptam, directè laudatam ad exinaniendos, ſeu abſolutè rejiciendos à paternâ ſucceſſione filios ex ſecundo ſuſceptos thalamo, deſiderantes Devolutionum formam, virtutem recipere, ex quo patres ad ſecundas tranſmeant nuptias in pœnam injuriæ irrogatæ primo thoro, proliſque ex eo ſuſceptæ. Ex quo deducunt, quod cùm Rex noſter Carolus ſuſceptus fuerit ex ſecundo patris ſacro matrimonio, injuſtè poteſt ſucceſſionem petere, immò removendus legitimè à jure, & poſſeſſione Brabantiæ Dominationis.

(62) Manif. *fol.* 298. & *ſeqq.*

Et quamvis hìc agere neceſſe erat in repulſam temporariæ, & temerariæ ſententiæ, cùm is ſit totius contentionis ſcopus, in idque tuendum, ac evertendum dogma colliment Scriptorum mentes, non perfunctoriè, ſed privatim deſſignare veritatem, & naturam juris Devolutivi conabimur, reprimereque, ac refutare ineptias, & errores, quibus maculare conantur legitimum, nativum, & immutabile jus Regis noſtri.

§. II.

DE JURE DEVOLUTIONIS, AC ILLIUS virtute, quibusque in feudis locum teneat; quod illius constitutioni, & auctoritati non subest suprema Brabantini Statûs Dominatio, nec in eâ, nec quod in bonis, ex quibus ornata admissum fuerit consuetudinarium hoc jus.

ANtequàm ad elucubrationem juris Devolutivi (de quo privativè agendum hoc in §.) notandum est: Quòd Brabantina Dominatio delata fuit à primis suæ nativitatis crepundiis, inter masculos, ex primogeniali individuâ successione, laudata inter Europeos jure, ac more ad successionem omnium Dignitatum Regalium, Supremarum præcipuè. (*)

(*) Besold. *disp. de Reg. succes. li. 1. disser. 6. thes. 6. Est, & aliorum locorum, ac familiarum publicis legibus, vel singularibus Privilegiis, æquè divisio, ac alienatio interdicta. Et ità in Sabaudiâ, Lotharingiâ, Bavariâ, Ducatuque Brunovicensi, Ditionis Wolbuenfelicæ introductum proditur, ut genituræ secundùm Ordinem uni soli cedat inibi Principatus.*

Sub hâc fulturâ suscipiendum credimus ædificium nostræ disputationis, in quâ advertendum est: Quòd Gallicani Assertores ad jura Reginæ Christianissimæ in Brabantiam firmanda decantant; quòd jus Devolutionis inter (1.) Brabantos receptum, conferens filiis primi matrimonii, eo dissoluto, unius ex conjugibus morte, proprietatem bonorum parentis superstitis, non natum, nec susceptum fuisse ex mutuâ privatâ societate contractâ inter maritum, & uxorem, in momento contracti matrimonii, tàm pro se, quàm pro filiis ex illo thoro productis (quod verum fatemur, & evincitur ex dictis suprà) (2.) sed inductum in pœnam injuriæ irrogatæ primo thalamo, & proli ex eo susceptæ per transitum ad secundas nuptias.

(1.) *In princip. Tract. 2. à num. 24.*

(2.) Dict. §. 1. *à n.* 13.

Deducentes etiam (3.) constitutum, ac directum ad impediendas secundas nuptias, privandosque filios ab eis productos ab omni jure, actioneque illis competenti, generatione, nativitate, & levatione: *Quòd cùm præcipuus consuetudinis scopus extiterit, secundi matrimonii effectus prævenire, verisimile non fiat, eam voluisse mentem, ac sensum suum ab incertis illis evenientibus pendere, qui ex subsequentibus nuptiis contingere possunt.* Ac indè quod filius masculus ex secundo thalamo natus, & susceptus; nec jus, nec

(3.) Observ. *de Regim. Christian. jus in Brab. Tract. 1. fol. 26.*

nec actionem edere poteſt ſufficientem ad removendam à ſucceſſione feudorum, bonorumque paternalium filiam ex primo matrimonio natam. Cui notant abſolutè favêre jura communia, conſuetudinesque Brabantinas, nec contigiſſe caſum, in quo contrariatum ſit huic receptæ conſtitutioni. (4.)

(4.) Idem proſequitur: *Cùm enim ſpecies, quæ ſeſe offert inter filium primi thori, ac filium ſecundi nunquam contigerit.*

Hanc ſententiam, ad quam tuendam collimant omnium Gallicanorum Doctorum ſcripta defendere, ac tu-
„ tari conati fuerunt, his verbis: (5.) *Lex eſt in Ducatu*
„ *Brabantiæ non vetuſtate modò, ſed etiam uſu, & moribus*
„ *univerſim comprobata; ut ſi alter conjugum deceſſerit, feu-*
„ *dorum, quæ ſunt ſuperſtitis, Dominium jure quodam Devo-*
„ *lutionis (ità enim vulgo id juris ſolet appellari) liberis*
„ *ſtatim tranſmittatur, poſſeſſione dumtaxat, vel uſufructu*
„ *penès eum qui ſupereſt parentem remanente. Utrùm lex*
„ *iſta liberis plus ſatis indulgeat, atque in parentes nimiùm*
„ *dura & acerba ſit judicanda, nihil neceſſe eſt hoc loco con-*
„ *tendere. Illud in univerſum monuiſſe ſatis fuerit, eam legem,*
„ *quæ poſterioris connubii intemperantiam reprimit, & inde-*
„ *coras ſæpè affinitates coërcet, ut ſeveriorem, aut iniquiorem*
„ *reprehendi facilè non poſſe. Quæcumque enim adhibeatur di-*
„ *ligentia, fieri vix poteſt, ut alteræ nuptiæ parentis animum*
„ *alieniorem à liberis non efficiant. Multùm quippè de pater-*
„ *nâ in filios benignitate, & charitate ejuſmodi connubia de-*
„ *trahunt, benevolentiam ſæpe tollunt, diſcordias fovent, &*
„ *liberos fortunis ſuis plerumque evertunt. Verùm id nunc non*
„ *agimus, ut legis æquitatem defendamus. Tantùm ſatis eſt*
„ *intelligi eam legem eſſe deſcriptam, uſu firmatam, & vetu-*
„ *ſtate quaſi conſecratam.*

(5.) *Tract. Reg. Chriſt. jus in Ducat. Braban. Tract. 2. fol. 186. nu. 1. Manif. Hiſpan. fol. 300. Que aviendoſe introducido el Derecho de Devolucion en favor de los hijos de el primer Matrimonio, contra el ſegundo, puedan jamas aprovecharſe de èl en perjuizio de el primero, porque repugna naturalmente, que el caſtigo venga à ſer premio, y que la ley pueda oponerſe à ſi miſma, para darle un efecto en todo contraria à ſu motivo, à ſu intento, y à ſu palabra. Y en verdad huviera mas eſtraño deſatino, que la coſtumbre, cuyo unico objeto en introducir la Devolucion, ha ſido, ò de impedir los ſegundos Matrimonios, ò de eximir los primeros de el daño, que pudieran recibir de aquellos. Extinguiera con todo eſſo eſte miſmo decreto en favor de los hijos de el ſegundo Matrimonio, y quitàra lo que huvieſſe dado à los de el primero, por forma de indemnidad contra las ſegundas bodas, para bolverlo à eſtos ultimos à la ruina, al perjuizio, y à la deshonra de las primeras, con la mas atrevida de todas las inconſtancias.*

Quamvis verò vocum ornatu, & dulcedine vermiculata ſit Gallicani Scriptoris ſententia in juris Devolutivi laudem; haud conveniendum credimus, in eo quod probare contendit, ſcilicèt legem Devolutionis jura conſtituentem, *moribus univerſim approbatam eſſe, uſu firmatam, & quaſi vetuſtate conſecratam:* Cùm attentâ veritatis puritate incerta ſit lex, conſuetudo non adſit, nec recepta inveniatur; ſic abſolutè, ſic univerſim, ut decantatur à Gallis. Et quamvis in hâc re, conſtitutioneque juris Brabantini, illius naturâ, qualitate, ac virtute ſuſpendere calamum potuiſſemus, remiſſo lecto-

lectore ad ea, quæ latè, ac doctè evulgavit Petrus Stockmans, (6.) ad idque à nobis laudatum suprà; (7.) scilicèt quod etsi juris Devolutivi constitutio certa esset, ac firmata usu, adhuc tamen quidquid illius auctoritate quæsitum fuisset, vel quærendum esset Reginæ Christianissimæ, renuntiabile, (8.) renuntiatumque fuit in fœdere antenuptiali legitimè, cùm attentâ ipsius juris positione, remitti valeat pacto, tabulisque nuptialibus, (10.) testamentovè, interveniente Principis supremi auctoritate, (9.) aut licentiâ, præcipuè, si tabula antenuptialis renuntiationis in patris favorem fuerit executa, post contractum cum patre secundum matrimonium, ut latè notamus suprà *Tract.* 1. §. 3.

(6) Petrus Stockmans *de jure Devolutionis per tot. præcipuè, cap.* 4.

(7) Princ. *Tract.* 2. §. 2. *à num.* 24.

(8) Everar. *cons.* 12. *& cons.* 96. Wam. *cons.* 15. *vol.* 6. Kinschot. *de licent. testan. de feud. cap.* 6. Christin. *add. ad consuetud. Mechl. tit.* 16. *art.* 25. *num.* 2. *suprà* §. 1. *num.* 11.

(9) Kinschot. *respons.* 30. *n.* 28. *dict. n.* 11.

(10) Idem Stockmans *cap.* 18. *per tot. præcipuè à num.* 10. *dict.* §. 1. *num.* 12.

Liceat tamen peregrino in proprii Regis defensionem rapto, se credere fragoribus maris Devolutivi juris, eique venia concedatur, si fortè nativâ ignorantiâ raptus, peregrinisque consuetudinibus ductus, â cursu deviaverit.

Lex enim, seu consuetudo jus constituens Devolutionis, ex quo transmittitur liberis Dominium feudorum parentis superstitis, statim ac alter conjugum decesserit, sic contraria rationi, jurique naturæ habita est, (11.) ut ab ullis gentibus, ni à Brabantinis aliquibus recepta, ac admissa inveniatur; quarè nec extensibilis ad alia bona, feuda, Territoria, nec loca, ni ab his privativè, à quibus usitata, ac laudata sit. Quod præcipuum, si, ut mens est Gallicanorum Scriptorum, princeps consuetudinis scopus extiterit, secundarum nuptiarum effectus prævenire, filiosque ex secundo thalamo productos (12.) abjicere, ac removere à successione paternâ, à quâ filii spoliari non possunt, (13.) nisi naturâ repugnante, communique æquitatis, & rationis dictamine obliterato.

(11) Paul. Christin. *Comment. in consuetud. Mechlin. tit.* 16. *art.* 25. *num.* 3.

(12) Ex Surdo, & aliis, idem Christ. *decis. Belgic.* 11. *num.* 34. *vol.* 6.

(13) *Cap.* 1. §. *Mulier. & §. Filii*, ubi Glos. *de Pace tenen. cap. unic. ubi Glos. de filiis nat. ex Matrim. ad Mergon* ubi omnes feudist. latè Rosent. & cæteri adducti à Nevio, *in dict. cap. unic.*

Quo jacto principio, illoque stabili, ac nulli vicissitudini obnoxio, successionis jure omnibus filiis legitimis indistinctè competente ad parentûm bona, ex Dei, Naturæ, & Gentium instituto, notandum est: Quòd juris Brabantini Devolutionis regulis prospectis, illius syntaxis digestione, verbisque, quibus leges, & articuli

sua-

ſuarum conſtitutionum concepti fuerunt, deduci, nec præſcribi poſſunt, nec conjecturaliter, ut locum teneant in Ducatu, ac Majeſtate Brabantinâ, nec in bonis, feudisque, quibus decoratur, nec ut inter filios Ducum illa ſervanda ſit diſtinctio ſucceſſionum, natos ex primo, aut ſecundo thalamo.

Articuli enim, quibus digeſtum Brabantinum jus, abſolutè concepti fuerunt ad præſcribendam inter filios privatorum ſuccedendi formam, uſumque bonorum, ſeu feudorum paternalium quæſitorum ſibi ipſis, & ſuæ familiæ, ex merâ liberalitate, & gratiâ Brabantinorum Principum, abſque diviſione, ac diſtinctione nativitatis, ac productionis ex primis, aut ſecundis nuptiis, ut voluit illa à Gallicanis ſomniata poſitio, quod evincitur ex ipſorum articulorum verbis. Hæc enim ſunt, quibus conceptus primus articulus conſtitutionum feudalium Brabantiæ:

(14.) *Quandò vir, & uxor tenentes feuda à Duce Brabantiæ relinquunt liberos ſuperſtites maſculos, & fœminas, duos, tres, pluresvè, habet primogenitus (vel filia primo loco nata in defectum filii) jus patronatûs feudalis, commoda accidentalia, arcesque feudales, ac exercitium ad dominium pertinens. Poteſtatem videlicèt creandi, & deponendi officiarios, Pares Curiæ, & Oſtiarios, ad juſtitiam unicuique adminiſtrandam, fidem recipiendam, & reliquos generis actus executionis, & juſtitiæ faciendos. Item habet beſſem ex cenſibus, redditibus, aliisque certis obventionibus, quæ ad feudum pertinent. Triens verò eorundem cenſuum, ac obventionum ad reliquos filios, vel iis deficientibus ad filias ſpectat, ſive unus ſit, ſive plures.*

(14.) *Cap. 1. art. 1. conſuetud. feud. Braban.*

Sub poſitione feudorum irregularium, ac impropriorum dividuam recipientium naturam ab ipsâ formationis origine, atque manu, gratiâ, & liberalitate Principis, (15.) ex quâ conceſſa diviſio illorum inter filios, aſſignatâ Primogenito patronali portione, adque illorum qualitatem demonſtrandam, & tempus, à quo tranſlatum Dominium filiis morte parentum. Poſt primum ingreditur articulus ſecundus, ſub his verbis: (16.) *Si vir, vel uxor, quibus liberi ſuperſunt moritur, ad prolem unam, vel plures per ſeparationem thori, proprietas feudorum provenientium ex latere ſuperſtitis devolvitur.* (Nota, quod

(15) Suprà hoc *Tract. 2. à num. 38. & ſeqq.*

(16) Ex *dict. cap. 1. art. 2.* relato à Chriſtin. *in conſuetud. feud. Ducat. Braban.*

ex hujus vocis exaratione in articulo Devolutionis dicta fuit hæc ſucceſſio) *ſervato ſuperſtiti ſolummodò eorundem feudorum uſufructu hæreditario.*

Hujus articuli virtutem haud incognitam Gallis Scriptoribus fuiſſe, notamus ; quarè temporariè, ſeu ut Stockmannus notavit :

------- Quid vis Gallia mendax,
Audet in Hiſtoriâ.

Auctor tractatus Hiſpanico Idiomate exarati, articulum (potiùs deceptus, quàm decipiens) Tribonianicè (17.) tranſcribit, omiſſis illis verbis, *ad prolem unam, vel plures* ; quæ quidem, nec omitti debent, nec poſſunt, cùm ſint, quæ naturam dividuam conſtituunt, neceſſariam abſolutè, ad hoc ut filiis aperta ſit ſucceſſionis porta, ex primi articuli auctoritate, à quo virtutem recipit ſecundus, & juris Devolutionis conſtitutio. Sub his equidem verbis, ut diximus ; exaratus fuit Hiſpanico Idiomate articulus ab Auctore Gallicano: (18.) *Si un hombre, ò una muger tiene hijos, y que el uno de los dos muera, en virtud de la ſeparacion de el caſamiento, la propriedad de los feudos venidos de la parte del mas viviente, paſſa al hijo, ò hijos nacidos de el miſmo caſamiento, y el que vivió mas, no tiene en los miſmos feudos, ſino un uſufructo hereditario.*

(17.) Ant. Fab. *de error. Pragm. Decad. 25. error. 9. n. 13. Ut novum & inauditum quidpiam conſtituat, abutatur evidentiſsimè, ac decipiatur, cùm decipit ; immò, & antequàm decipiat.*

(18.) Manif. *fol.* 279.

Quod hæc tranſlatio originali Brabantino non conveniat, evincitur ex eo, quòd verba, *uno*, ò *muchos*, non loco illo legitimo collocata ſunt, quo ſcripta in ipſo articulo ad virtutem conſtituendam, neceſſariam ad effectus legales, provenientes ex primi articuli diſpoſitione, ſed illorum vice exarata ſunt (quia id Gallicanæ menti convenire credebatur) *al hijo*, ò *hijos*, addito, *nacidos de el miſmo matrimonio.* Preclusâ per hanc diſpoſitionem, viâ ſucceſſionis ad bona paterna filiis ex alio matrimonio natis.

Et quamvis ſuſtineri poſſet mens Auctoris. Primò ex eo ; quòd idem eſt dicere, *ad prolem unam, vel plures*, quàm *al hijo*, ò *hijos*, ut in Triboniani defenſionem aſſerunt aliqui : (19.) Cùm magis ſenſu, quàm verbis ſtandum ſit ; ac quod ad exarandum, *nacido de el miſmo matrimonio*, ductus fuerit auctoritate Everardi, & Chriſtinæi,

(19.) Ex Duaren. *in Pand. cap.* 3. Oſſual. *lib.* 8. *comment. cap.* 2. *litter. M. & cap.* 16. *litter. B.*

ſtinæi, (20) aſſerentium Devolutivum jus conſtitutum fuiſſe inter Brabantos in commodum filiorum, progenieiſque ex primo thalamo ortæ, inſque odium ſecundarum nuptiarum.

(20) Everard. *Conſ.* 228. Paul. Chriſt. *deciſ. Belgic.* 43. *n.* 14. *vol.* 6. *& addit. ad art.* 6. *cap.* 1. *Conſuetud. Brab.* Sand. adduct. à Gallo, *in Conſuetud. feud. Geldriæ*, & Zutphan. *tract.* 1. *tit.* 3. *cap.* 1. §. 9. Henr. Kinſchot. *Tract. de licent. teſtand. de feud. Tract.* 7. *cap.* 6.

Quæ cognoſcens Auctor Tractatûs Latini nativâ puritate, exaravit articulum, aſſerens, ſic lucidiorem eſſe contrà filios natos ex ſecundo thalamo, ut interpretatione non egeat, ſicque à paternalium feudorum ſucceſſione abſolutâ ejerandos, ut nulla ſit res in Brabantiâ religioſiùs obſervata, & vetuſtate quaſi conſecrata.

Sed cùm temporaria jactantia proferat: (*a*) *Hoc juris ab antiquis temporibus conſtitutum, uſque ad hoc tempus obſervatum ad omnes omninò, nec Brabantiæ quidem Principibus exceptis pertinere docebimus. Primò Doctorum etiam recentiorum, qui hanc legem verborum, & laudibus ubique proſequentur, teſtimoniis utemur. Deindè exempla non ſolùm Nobilium, ſed, & Brabantiæ Principum, qui ab hâc conſuetudine nunquàm receſſêre.*

(*a*) *Tract. Reg. Chriſt. jus in Ducat. Braban. fol.* 189. *num.* 4.

Cogimur in tam audacis Aſſertoris animum arma ſuſcipere, & Doctorum recentiorum verbis, quibus utitur recolitis, exemplaribus ſucceſſionum Nobilium Brabantinorum, ipſiuſque Brabantiæ Principum, in ſuæ mentis aciem ordinatè ruere. Struxit enim illius frontem auctoritate Doctorum, medium exemplaribus Nobilium; tergum, ut diximus, ipſorum Principum Brabantiæ. Sed etſi hoſtium bellica tormenta veritatis clavo figere poſſemus, non turbatim, nec ex arbitratu, ſed ſecundùm hoſtiles copias, acies etiam noſtra diſponenda eſt, & aperto Marte ſuſcipienda pugna. Auctor Gallicanus, quaſi gravioris armaturæ milites, frontem inſtruit auctoritate Kinſchotii, Pauli Chriſtinæi, & Frederici à Sande. Audiantur verba Kinſchotii: (*b*) *Conſuetudine generali Brabantiæ proprietas bonorum feudalium devolvitur ad prolem diſſoluto eo matrimonio, quo ſtante bona hujuſmodi fuere unius, vel alterius conjugum, ſive ſint patrimonialia, ſive acquiſita, ità ut proles ſecundi matrimonii in ſucceſſione parentis, qui ſuperſtes fuit, nihil ex talibus bonis conſequatur.*

(*b*) *Tract. Reg. Chriſt. jus in Braban. fol.* 190. *num.* 5.

Notanturque, quæ ex Chriſtinæo: *Chriſtinæus, qui*

ità magnæ apud ſuos authoritatis, & excellentis doctrinæ, teſtatur, jus Devolutionis in gratiam liberorum fuiſſe conſtitutum, atque eorum bonis ac ratione proſpectum. Plerumque enim evenit, ut novercæ patrum in natos charitatem dirimant, & quam natura peperit benevolentiam non extinguant modò, ſed etiam in odium acerbum ſæpè convertant. His igitur malis Brabantina conſuetudo voluit ſubvenire, cum jus Devolutionis induxit, quod bona utriuſque parentis ſoluto matrimonio ad liberos inſtar anticipatæ ſucceſſionis perveniunt.

Refert ſequentia Sandei ; *Eâdem ratione, quâ Chriſtinæus, utitur Fredericus Sandeus in eo tractatu, qui præcipua, & indubitatæ fidei capita Brabantinæ conſuetudinis complectitur, nimirùm ob honorem primarum nuptiarum, & favorem priorum liberorum Brabantiæ moribus inductum eſſe, ut matrimonio poſt mortem alterius conjugum ſoluto, tàm ſuperſtitis, quàm defuncti feuda deferantur communibus liberis, ſalvo tamen ſuperſtiti uſufructu feudorũ ab ipſo profectorũ, ſive ex hæreditate ſibi obvenerint, ſive ea labore, & induſtriâ quæſierit.*

Gravi tantorum virorum armaturæ cederet mens noſtra, ſi Gallicani ordinatione legitimâ uterentur illorum ſententiis, intraque privatos juris lares, in quibus Brabantina Conſtitutio, lex, ſeu conſuetudo recepta, ac laudata, & ad quam elucidandam operati ſunt Kinſchotius, Chriſtinæus, Sandeuſque. Sed etſi ſtabiliendæ ſuæ ſententiæ exquiſitè anxii, ex eis nova axiomata comminiſcantur, efficere non poterunt, quin tota illorum tractatio in paralogiſmum deſinat, in cladem deniquè, & ruinam.

Nam Kinſchotius, Chriſtinæus, & Sandeus locis his, à Gallicano enarratis, non ſcripſerunt circà ſucceſſionem feudorum familiarium (*c*) ex pacto, & providentiâ à Principe conceſſionem, neque circà qualitatem bonorum familiarium, jure ſanguinis attento familiæ deſtinatorum, qualis habenda Ducatûs Brabantini Dignitas ; ſed feudorum hæreditariorum competentium ex Domini, & juris feudalis Brabantini providentiâ, hæredibus ultimi poſſeſſoris, cum qualitate illâ nativâ diviſibili, de quâ conſtitutum *art.* 1. Conſtitutionum feudalium. Audiamus Fredericum â Sande : (*d*) *Itaquè ſine controverſiâ feuda Geldrica, Zutphanica, Montfortica, Brabanticà magnæ apud ſuos authoritatis, & excellentis doctrinæ, teſtatur, jus Devolutionis in gratiam liberorum fuiſſe conſtitutum, atque eorum bonis ac ratione proſpectum. Plerumque enim evenit, ut novercæ patrum in natos charitatem dirimant, & quam natura peperit benevolentiam non extinguant modò, ſed etiam in odium acerbum ſæpè convertant. His igitur malis Brabantina conſuetudo voluit ſubvenire, cum jus Devolutionis induxit, quod bona utriuſque parentis ſoluto matrimonio ad liberos inſtar anticipatæ ſucceſſionis perveniunt.*

Refert ſequentia Sandei ; *Eâdem ratione, quâ Chriſtinæus, utitur Fredericus Sandeus in eo tractatu, qui præcipua, & indubitatæ fidei capita Brabantinæ conſuetudinis complectitur, nimirùm ob honorem primarum nuptiarum, & favorem priorum liberorum Brabantiæ moribus inductum eſſe, ut matrimonio poſt mortem alterius conjugum ſoluto, tàm ſuperſtitis, quàm defuncti feuda deferantur communibus liberis, ſalvo tamen ſuperſtiti uſufructu feudorũ ab ipſo profectorũ, ſive ex hæreditate ſibi obvenerint, ſive ea labore, & induſtriâ quæſierit.*

Gravi tantorum virorum armaturæ cederet mens noſtra, ſi Gallicani ordinatione legitimâ uterentur illorum ſententiis, intraque privatos juris lares, in quibus Brabantina Conſtitutio, lex, ſeu conſuetudo recepta, ac laudata, & ad quam elucidandam operati ſunt Kinſchotius, Chriſtinæus, Sandeuſque. Sed etſi ſtabiliendæ ſuæ ſententiæ exquiſitè anxii, ex eis nova axiomata comminiſcantur, efficere non poterunt, quin tota illorum tractatio in paralogiſmum deſinat, in cladem deniquè, & ruinam.

Nam Kinſchotius, Chriſtinæus, & Sandeus locis his, à Gallicano enarratis, non ſcripſerunt circà ſucceſſionem feudorum familiarium (*c*) ex pacto, & providentiâ à Principe conceſſionem, neque circà qualitatem bonorum familiarium, jure ſanguinis attento familiæ deſtinatorum, qualis habenda Ducatûs Brabantini Dignitas ; ſed feudorum hæreditariorum competentium ex Domini, & juris feudalis Brabantini providentiâ, hæredibus ultimi poſſeſſoris, cum qualitate illâ nativâ diviſibili, de quâ conſtitutum *art.* 1. Conſtitutionum feudalium. Audiamus Fredericum â Sande : (*d*) *Itaquè ſine controverſiâ feuda Geldrica, Zutphanica, Montfortica, Brabanticà*

(*c*) Bald. *in l. Virum, num.* 21. *C. de fideicommiſ.*

(*d*) Freder. à Sand. *commentar. in Geldr. conſuetud. tit.* 3. *de ſucceſ. legit.* §. 2. *num.* 4.

bantica, Flandrica, Hollandica, Trajectentia, Transfulvanica, Mechlinienſia, ac Kuicana, erunt merè, atque abſolutè hæreditaria.

Ex quo abſolutè notat ipſe Sandeus, feuda Brabantina à Duce Brabantiæ conceſſa, ſic hæreditariam retinere naturam, ut in illorum ſucceſſione, ex providentiâ illius juris, tantùm æſtimetur proximitas ultimi poſſeſſoris : (*e*) *Clauſulæ à Brabantiæ Principe in beneficii conceſſione uſurpatæ notionem, ex Brabanticarum Curiarum moribus interpretari potuiſſe ſola ſibi poſtremi defuncti, non primi beneficiarii reſpectu proximitas æſtimatur.*

(*e*) Sand. *dict. tit. cap.* 1. §. 2. *num.* 5.

Sub naturâ enim, & qualitate horum feudorum hæreditariorum dividuorum, providentia Principis, & juris Brabantini, juri Devolutionis locum eſſe voluêre relati Scriptores, non tamen ex quo ſic ab ipſo jure cautum, ſed quia id deducendum credidêre (21) ab illo principio, ex quo diſſoluto matrimonio morte alterius conjugum, Dominium feudorum ſuperſtitis devolvitur communibus liberis, adinſtar anticipatæ ſucceſſionis, quod ab eis evelli non poteſt, ut cedat in commodum filiorum ſuſceptorum ex aliis nuptiis.

(21) Chriſt. *ad conſuetud. feud. Mechlin. tit.* 16. *art* 25. *addit n.* 2. Hug. Grot. *de jur. bell. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 8. *A quo non longè abeunt ſecundæ nuptiæ, apud Brabantos, nam rerum ſoli, quæ extabant cùm matrimonium priùs ſolveretur proprietas adquiritur prioribus liberis.*

Nec enim Kinſchotii mens, & cæterorum Devolutivum jus conſtituentium in feudis Brabantinis, in quibus ad admittendam diviſionem inter filios, neceſſum eſt metiri ſucceſſionem, hæreditariâ diviſione attentâ, extendi poteſt ad feuda regularia, qualiter habendus Brabantinus Ducatus, ſucceſſivus, ac individuus; cùm ſi extenderetur, perverteretur ordo naturæ, ac omnia juris feudiſtici turbarentur fundamenta. (22)

(22) Idem Sand. *dict. tit.* 3. *de ſucceſſ. teſtam. cap.* 1. §. 7. *n.* 22.

Quarè, cum teſte Cujacio, (23) feuda ordinaria capiant ſucceſſores, non ut hæredes à defuncto, verùm ut gentiles à communi parente, ex quo repudiatâ hæreditate, filius poteſt feudum retinere à patre poſſeſſum, (24) juri Devolutionis in feudis regularibus locus non erit, cùm in eis non hæreditario jure, ſed ſanguinis, ac familiari ſuccedatur.

(23) Cujac. *de feud. lib.* 4. *tit.* 54.

(24) *Cap.* 1. *An agnat. vel fil.*

Hinc attenta juris communis diſpoſitione (ex qua impropriorum feudorum ſucceſſio metitur (*f*) hæreditaria) providentiaque Brabantini : Fredericus à Sande, ut jura filiorum in paternalibus feudis ex vi Devo-

(*f*) Freder. à Sande, *comment in Geldr. conſuet. dict. tit.* 3. *cap.* 1. §. 7. *num.* 22. *Succeſſionem autem impropriorum feudorum, preciſè ex jure communi Romano, non ex jure feudiſtico eſſe metiendam, adeò ut qui aliter diſponendo hanc ſucceſſionem mutat, ordinem naturæ pervertere. ac turbare videatur.*

lutivi juris designaret, & ad quæ admittendi, à quibusque removendi, in verbis relatis à Gallicano Assertore, & in quibus expressit virtute Devolutionis devolvi filiis dominium feudorum, non dixit simpliciter omnium; *sed feudorum ab ipso profectorum, sive ex hæreditate sibi obvenerint, sive ex labore, & industria quæsierit.* Attenta enim juris communis ratione (innixa illis Jurisconsultorum responsis, (g) quibus Brabantina Constitutio, & usus firmatur) familiaria feuda, cùm narura, & jure proprio familiæ constituantur, individuèque ad masculum transferantur per subintrationem à primo acquirente; nec divisioni nec Devolutioni subjacent, cum extrà dispositionem sint constituentem, ut feuda deferantur ad hæredes postremi defuncti.

(g) *L. Familiaria 5. l. Vel 6. de Relig. & sumptib. funer.*

Quæ sic vera sunt, sic firmata menti ipsius Sandei, Kinschotii, & Christinæi: Et cùm ad designandam successionis formam (nè variè, ac laboriosè ageretur in re tanta) post Everardum (25) Christinæus (26) perlustrasset feudorum propriorum, & impropriorum naturam, & qualitatem successivam, ut illo lumine distinctionis dignosceretur, quibus in feudis divisio, jurisque Devolutivi consuetudo locum teneret, firmiter asseruit; quòd feuda Imperialia ex pacto, & providentia individua sunt masculina primogenialia, (b) in eaque admittenda est repræsentatio. Supremarum verò Dignitatum feuda, cùm deferantur successivè jure sanguinis attento, legitimaque primogenitorum, capitumque familiarum censeantur; (27) in eis, nec divisioni, nec juri Devolutionis locus erit; quod aliter dicendum in feudis impropriis Zutphanicis, (28) ac Brabantinis, cùm efformentur hâc dividuâ nativâ qualitate spiratâ ex Principis concedentis voluntate, & sui municipalis juris providentiâ, ad hoc ut dividantur tanquàm hæreditaria inter filios ultimi possessoris defuncti.

(25) Everard. *conf.* 228.

(26) Christ. *dict. decis.* 42. *& decis.* 43. *dict. vol.* 6. *& decis.* 88. *vol.* 1.

(b) Latè ex Bald. Iser. Maresc. *var. lib.* 2. *cap.* 120. *num.* 15.

(27) Idem Christin. ex Mastrill. *decis.* 104. *num.* 44. *vol.* 5. *& dict. accis.* 388. *à num.* 4.

(28) Idem *ad consuetud. feud. Geldr. de feud. concess. jur.* Zutph. *vers. prædicta clausula.* De quo suprà in princ. hujus *Tract.* 1. *à num.* 38. *& seqq.* Christin. *dict. decis.* 388. *per totam, præcipuè num.* 11.

Ruptâ autem illâ primâ aciei parte Doctorum auctoritate instructa, descendamus ad secundam, cujus facilem credimus conculcationem, cum spectris potiùs, quàm realibus exemplis ornatam illam inveniamus. Instruit eam Assertor sequentibus verbis: (i) *jus*

(i) *Tract. Reg. Christ. jus in Ducat Braban. fol.* 191. *num.* 6.

„ *equi-*

„ *quidem Devolutionis in Brabantia usurpari, tùm legum, tùm*
„ *Doctorum auctoritate satis demonstratum arbitramur. Pro-*
„ *ximum est, ut ex infinitis propè exemplis, quibus id juris con-*
„ *firmari potest, unum item, & alterum proferamus. Magna*
„ *olim, ut refert Christinæus, inter liberos Comitis Bergensis de*
„ *hæreditate erciscunda orta est controversia, quæ quidem non*
„ *in hoc posita erat, utrùm patris feuda ad filiorum natu maxi-*
„ *mum, qui matri superfuerat, Devolutionis jure pervenissent,*
„ *solo usufructu patri relicto: nulla enim hâc in re fuit dubitatio;*
„ *sed illud utique tùm in disceptationem venit, atque in supremo*
„ *Mechliniæ Consilio magnâ contentione fuit agitatum, utrùm*
„ *primogenito filio antè patrem extincto, ad eum, qui natu erat*
„ *proximus, à patre, an potiùs à fratre ea veniisset hæreditas.*

Sed attentis omnibus per eum cumulatis, Christinæiqúe verbis, ex quibus ordinata sententia, invenietur, non actum inter filios Comitis Bergensis (in casu ab eo producto, de successione feudali regularis, seu ex pacto, & providentiâ, in quo ex jure Francorum, & communi recepto inter Brabantos ad primogenitum individuè emologata est successio; sed an in duabus partibus, patronatuque competenti filio majori in bonis paternis, attentâ constitutione Brabantinorum articulorum, locus esset repræsentationi, patruoque excluso admittendus esset nepos? In quo verè decissum fuit, datâ hæreditate nepoti, ad quem transmittendâ ex ipsius Brabantini juris Constitutione laudatâ ab Assertore, ex Sandeo: (K) *Liberis decedentibus ad nepotes, vel fratres, vel sorores jus Devolutionis transmitti.*

(K) *Dict. Tract. fol. 198. num. 13.*

Quid enim ex hâc decisione ad contentionem nostram, ut ex eâ confirmatam exclusionem filii masculi à successione Ducatûs, feudique indivisibilis dicamus? Si enim in arenam descenderet Assertor sententiâ loricatus, in quâ decissum, ut in feudo ex pacto, & providentiâ locum tenêret hæreditatis erciscundæ judicium, divideretúrque inter fratres, servitutem tantæ auctoritatis sustineremus; sed verò, quod bona hæreditaria privata paterna dividantur inter filios, in eisque transmissionis jus exequatur, quid ad nos, quid ad rem, & contentionem, de quâ agitur?

Ut verò sciant cuncti arma, juraque, quibus Galli Scri-

Scriptores utuntur, ac quod in ſuis machinationibus cùm arundineis fulcris conſtruantur, inutiliter excutitur, notandum eſt; quòd inter Brabantos feuda non ſunt abſolutè irregularia, & dividua, ſed ſunt etiam regularia, in quibus ſucceſſio individua abſolutè, attenta (ut in cæteris Europæ Circulis) Domini providentia. Firmatur mens noſtra (omiſſis exemplaribus Areſcotani feudi orti à regimine Joannis I. Baronatuum Dixtemii, Birbachii, Sichenarum, aliorumque relatorum à Divæo, (*l*) inter Brabantos primogeniali, ac individua prærogativa gaudentium) ex qualitate ſucceſſiva feudi Grimbergani, manu Godifredi III. Gerardo Bertholdo conceſſi, inter deſcendentes transferendi illa individua conditione: *Ut minor natu jure primogenituræ in feudis frueretur.* (*m*)

(*l*) Div. *rer. Braban. lib.* 7.

(*m*) Idem Div. *rer. Brab. lib.* 9. Har. *Annal. Brab. in Godefr. III. ann.* 1159.

Ordinat Aſſertor (*n*) ultimam ſuæ aciei partem his ſententiis: *At nè Brabantiæ quidem Duces ab ea lege publicè recepta, ſe liberos, ac abſolutos credidêre.* Et poſt: (*o*) *Quòd ſi à vetuſtiſſimis temporibus ad noſtram uſque ætatem rerum geſtarum velimus, & annalium monumenta retexere, nihil profectò liquidius, nihil conſignatius hoc Devolutionis jure comperiemus.*

(*n*) *Dict. Tract. fol.* 192. *num.* 7.

(*o*) *Dict. Tract. fol.* 193. *num.* 9.

Sed etſi ſic temporariè, ac intrepidè proferat, adhuc recolitis illis antiquitatis Brabantinæ monumentis, quorum auxilium implorat, inveniemus, nec Devolutivum jus in Domanio fuiſſe receptum, nec filios ſecundi thalami à paternorum bonorum hæreditariorum ſucceſſione excluſos fuiſſe. Primum locum teneat ſucceſſio Caroli Martelli Pipini Harſtalli filii (ſerviamus in hac enarratione, Gallicanis aſſerentibus Martellum ex ſecundis nuptiis Pipini, & Alpaïdis genitum.) (*p*) Defuncto enim patre, etſi ſuperſtitem habuit Theodobaldum nepotem ex Grimoaldo filio nato ex primis nuptiis Plectrudis uxoris, ad quem ſi jus Devolutivum receptum eſſet inter Brabantos, dominium paternorum bonorum tranſlatum à morte primæ conjugis habendum erat; adhuc excluſâ prole à primo matrimonio productâ Carolo Martello filio nato ex ſecundis nuptiis individuè paterna hæreditas data fuit, tranſlataque Dignitas, Dominatio, & Principatus Gentium

(*p*) David. Blond. *Geneal. Franc. fol.* 52. *& ſeq. tom.* 2. *Pipinus Majordomus Harſtallus dictus Plectrudis.*

Bra-

Brabantinarum, (q) & ab eo ſuſceptus ex paterno, & ſubditorum voto, rejecto Theodobaldo nepote Pipini ex Drogone annoſiore filio ex primo thalamo Plectrudis uxoris Primæ Pipini. Audiamus Blondellum: (r) *Cùm Primogenitis poſt natis, patruos fratrum poſteris (quandocumque cernenda paterna hæreditas erat) conteſtare debere vetuſto gentis noſtræ more cautum eſt. Pipini Harſtalli Principatum ſibi vindicandi (poſthabitis Drogonis, & Grimoaldi liberis, germanóque natu minore Childebrando) jus penes unum Carolum fuit, quo ſuperſtitibus Drogone, & Grimoaldi, germanis perinde corruiſſet, ac Childegrandus natu inter fratres minimus caruit. Solus igitur (ex natalium prærogativa, & ſpiritûs heroïci præſtantia) inter Pipini parentis poſteros, fratrem ſcilicèt, ac nepotes paternæ poteſtatis dignus hæres.*

(q) Sigeb. *Chron. ann.* 714. *Pipinus Princeps obiit, & filium ſuum ex Alpiade Carolum, Tutidem ſive Martelum cognomento Principatus ſui hæredem reliquit.*

(r) David. Blond. *Geneal. Franc. tom. 2. fol.* 59.

Secundum gradum conferamus ſucceſſioni Ludovici Ducis Brabantiæ, Regis Francorum, Imperatorisque Pii nominati; iniit enim primas, & ſecundas nuptias. Ex primo thalamo ſuſcepit tres filios maſculos, Pipinum, Ludovicum, & Lotharium, inter quos diviſit Brabantiæ Dominationes, Imperium, & Regnum Gallicanum; quam diviſionem Sacramentis, ſuo, & Optimatum confirmavit. (ſ) Ex Judithâ verò ſecundâ uxore genuit Carolum, quo nato, revocatâ jure nativitatis diviſione, reſciſsâ à cæteris fratribus parte, (t) portio legitima ei conſtituta fuit in Auſtriâ antiquâ Dominatione Brabantinorum Principum, etſi ex ſecundis ſuſcepto nuptiis: Defuncto verò patre Ludovico, Lotharius omnem paternam uſurpatam hæreditatem (v) revindicare conatus fuit, munitus primogeniali prærogativâ, ſed fratres in eum inſurrexêre, bellumque indixêre, actum magnâ cum ſtrage: quod perduravit, uſquequò Optimatum Conſilio de pace tranſactum, manuque quadragintorum primorum de ſingulis partibus electorum, Regnum æquâ lance diviſerunt; nec rejecto Carolo, quia ex ſecundis nuptiis genito, nec datâ Ludovico parte majori Brabantinæ Dominationis competenti Primogenito ex jure Devolutionis, ſed Carolo dato Circulo à Britanico Occeano, uſque ad Moſam fluvium, (x) in quo Antverpiorum, Brabantinorum, Campanenſis Ducatûs,

(ſ) Sigebert. *Chron. ann.* 713.

(t) Marca. *concord. Sacerd. & Imper. lib. 2. cap. 2. n.* 8.

(v) Sigeb. *ann.* 840.

(x) Sigeb. *ann.* 843. & 844.

Ter-

Territoria, Dominia dotalitia Fluithildis, radix, ex quâ germinata Brabantinorum Principum Dominatio.

Tertius depromitur ex ipsâ Ducum Brabantinorum serie, ab anno D. CCCC. LXXVIII. quo rescissus Principatus Brabantinus à Gallicano Regno; Perempto enim in armorum ludo Henrico, relictis tribus filiabus fœminis, quibus si jus Devolutionis servandum, Imperium, Dignitas, & Status competebat, adhuc attento communi jure, moreque recepto inter Brabantinos Principes, exclusis filiabus defuncti, successit fratri Godifredus I. Barbatus, & Magnus dictus.

Remotis brachio veritatis à monumentis Brabantinæ antiquitatis, lapidibus quibus occludere illam satagunt Gallicani; descendamus ad dignoscendum, an ab anno M. CC. XXX. à quo primò audita vox juris Devolutivi. (29) Ut cathegoricè, serieque attentâ successionum procedamus, verum sit, quod à Gallicano asseritur: (y)

(29) Petrus Stockm. *de jur. Devol. cap. 4. n. 6.*

(y) *Tract. Reg. Christ. fol. 216. num. 28.*

„ *Quod autem negant Hispani ullo posse exemplo demon-*
„ *strari Brabantiæ Ducatum ad filiam ex priori natam con-*
„ *nubio, cùm virilis supereſſet proles ex secundis nuptiis, delatum*
„ *unquàm fuisse: hoc forsitan probaremus, si ullo nos docere pos-*
„ *sent exemplo virilem stirpem ex secundis nuptiis ortam, filiæ*
„ *ex superiori matrimonio fuisse præpositam. Quàm verò je-*
„ *juna sit, & inanis illa cavillatio, facilè intelliget quisquis*
„ *Brabantiæ Ducum seriem, & genealogiam, vel ex ipso indi-*
„ *ce oculis lustraverit. Numquam enim id usu venit, ut inter*
„ *filiam, & liberos ex diversis connubiis prognatos de Princi-*
„ *patu ulla potuerit esse contentio. Nam qui Principes ante Phi-*
„ *lippum II. de quo mox viderimus, secundas iniere nuptias*
„ *Godifredus III. Henricus I. Henricus II. Joannes I. An-*
„ *tonius Burgundio, & Philippus Bonus, ii nullam ex supe-*
„ *riori matrimonio filiam habuere superstitem, quæ de summa*
„ *rerum posset contendere. Quod enim plerumque evenit, aut fi-*
„ *lius ex superiori connubio, aut nulla ex prioribus nuptiis reli-*
„ *cta sobole, filius ex posteriori matrimonio rerum summa poti-*
„ *tus est, ut Joannes II. vel denique ex tertiis nuptiis filius, cùm*
„ *nulla esset ex superioribus proles, in Ducatum successit; quod*

„ *in*

„ *in Carolo Audace contigit, qui Philippi Boni ex tertia uxo-*
„ *re filius fuit. Quare nihil Hiſpani afferunt adverſus Regi-*
„ *næ Chriſtianiſſimæ jura, cum negant filium ex ſecundis nu-*
„ *ptiis à ſorore ex prioribus nata Brabantiæ Ducatu depulſum*
„ *unquam fuiſſe: cùm is caſus numquam inciderit, neque ea res*
„ *in contentionem venerit.*

Fatemur enim relatos Principes ſecundas iniiſſe nuptias, nullamque ex ſuperiore matrimonio habuiſſe ſuperſtitem filiam; quæ de ſumma rerum cum fratre ex ſecundo thalamo nato poſſet contendere. Sed pareamus lubentes, & agnoſcatur ex veritate Godefridum III. ex primo, & ſecundo matrimonio filios ſuperſtites reliquiſſe; ex primo inito cum Margarita Limburgenſis Ducis filia Henricum, Albertum, & Alleydam; ex ſecundo Guilielmum, & Henricum. Exprimant Gallicani, num filii ex primo nati matrimonio recoperint à bonis paternis ex jure Devolutionis, anticipatæque ſucceſſionis, Primogenitus primogenialem prærogativam, & ex ea Domaniale Dominium Brabantinæ Dignitatis à morte matris, cæterique germani tertiam feudorum partem, taliter ut ex eo à bonis, & feudis paternis removerentur fratres ex ſecundo nati thalamo. Abſit talia fari, immò recolita Hiſtoria Brabantina invenimus Henrico, & Guilielmo datum fuiſſe, (30) Guilielmo dominium de Cuyck; Henrico verò de Parawiſio (31) Dignitates Baronales Brabantinas. (ϛ) Similiter Henricum I. (32) invenimus primas, & ſecundas iniiſſe nuptias, ex primiſque Mathildis filiæ Comitis Boloniæ genuiſſe Godefridum, Mariam nuptam poſt Imperatori Othoni, Mathildem uxorem Comitis Palatini, aliaſque duas filias nuptas Comitibus Geldriæ, & Aveſnæ; ex ſecundis verò initis Anno M. CC. XIII. cùm Maria filia Philippi Francorum Regis ſuſcepiſſe duas filias, quarum una nupſit Theodorico Clivenſi Comiti. Henricus II. (34) primas etiam, & ſecundas contraxit nuptias, primò cùm Maria Philippi Imperatoris filia, à qua ſuſcepit Henricum, Mathildem, Mariam, Beatricem, & Margaritam; ſecundò cum Sophia filia Comitis Lanſgravenſis.

(30.) Divæus, *rer. Brab. lib.* 9. Haræus, *Annal. Flandr. in Godefrid. III.* Petr. Stockmans *de jur. Devolut. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 15.

(31.) Petr. Div. *rer. Braban. lib.* 8.

(ϛ) Petr. Div. *rer. Brabant. lib.* 7.

(32.) Div. *rer. Brab. lib.* 10. *ad fin.* Haræus, *Annal. Brab. in Henric. IV. ann.* 1235. Auber. Mir. *Chron. Belg. ann.* 1105. *Duces hæreditarii Lotharingiæ, num.* 4. Hadrian. Barlandus *Chron. Duc. Brab. cap.* 35.

(34.) Divæus, *lib.* 11. Barland. *cap.* 40. Miræus, *dict. ann. n.* 5.

Haud

Haud credimus negaturos Assertores Gallos, quòd si Devolutivo juri inter Principes locus esset, ac legibus reprimentibus intemperantiam posterioris connubii, ob idque privativè competerent communibus liberis primi matrimonii feuda, bonaque superstitis; quòd defuncta Mathilde prima Godefridi III. uxore Brabantinæ Dignitatis dominium, bonorumque, ac feudorum ab eo possessorum, ad septem filios ex illo susceptos thalamo Devolutum fuisse, Henrico primogenito patronalem portionem; cæteris verò germanis tertiam partem. Quod idem dicendum de hæreditate, ac bonis Henrici II. Joannis I. Antonii, ac Philippi primas, ac secundas contrahentium nuptias; attamen nulla per Scriptores mentio est de divisione inter filios, nec de erciscundæ hæreditatis judicio inter germanos, immò absolutè asserunt, individuam Dominationem Brabantiæ, & Lotharingiæ, patris Godefridi morte translatam Henrico primogenito, absque aliorum filiorum communione: (33) Sicuti mortuo Henrico II. ad Henricum filium III. Ducem.

(33.) Div. *rer. Brab. dict. lib.* 10. Har. *in Henric. V. ann.* 1235. *Morte Henrici Ducatus Lotharingiæ, ac Brabantiæ, & Imperii; Marchia Henrico Lovaniensi cessere filio ejus natu majori*, Aubert. Mir. *dict. ann.* 1105. *num.* 4.

Hunc veritatis splendorem denigrare suscipiunt Gallicani illa assertione: *Ii nullam ex superiori matrimonio filiam habuere superstitem, quæ de summa rerum posset contendere.* (35)

Sed tamen credimus, nullum esse sic stupidæ mentis, ignarumque juris, ac morum, ut sustineat servitutem Sycophanticarum machinationum, quarum structura asseruntur jura Gallicana. Si enim (ut ipsi testantur Assertores) Devolutivum jus, lexque illud laudans nata fuit, & recepta ad reprimendam intemperantiam posterioris connubii, urque animus parentum per alteras nuptias à liberis alienum non efficeretur, ad quod cautum fuit, ut dominium feudorum, & bonorum superstitis parentis, statim à morte unius conjugum liberis transmittatur, annosiori primogenialis portio, cæteris verò tertia pars. Sed cùm hæc sit virtus Devolutivi juris, & ad quod formatæ, atque firmatæ fuerunt Brabantinorum articulorum constitutiones; undè, aut quando invenitur, quod defuncto Principe alienati fuerint primogeniti ab individua

(35.) *Dict. Tract. Reg. Christ. fol.* 28. Manif. Hispan. *fol.* 320. *Que despues de la muerte de estos Duques, casados muchas vezes, siempre fue, ò un hijo del primer casamiento que sucedió al Ducado ò un hijo del segundo, no uviendo hijo ninguno del primero.*

ab-

absolutâque successione dominationis obliteratâque sexûs, vel nativitatis prærogativâ, admissi germanis, ex primo thalamo natis, ad communitatem Statûs Brabantini habeantur? Cùm verò illa communio absit, firmiter decantandum est, Brabantiæ Duces solutos esse à lege, & jure constituente Devolutivam successionem, ac quod ad conspectum fratris masculi, soror extorris, ac peregrina habenda est in successione Dignitatis.

(36) Cicer. *Philip. V. Sed Senatus etiam Consueta pecunia accepta, falsa referebantur.*

Hujus veritatis sonus resonuit in Galliam, quo rapta cognovit, Brabantinæ constitutionis virtutem non sic operativam esse, ut ex eâ admittenda esset Regina Christianissima ad successionem paternam. Recusantes verò Galli veritatis servitutem, machinati fuerunt Sycophantiam, ab Antonii ætate, (36) usque ad legem Salicam, ab eaque ad nostram, nec executam, nec cogitatam. Adduxitque novus Scriptor, qui defensionem jurium Reginæ Christianissimæ suscepit, falsam constitutionem Brabantinorum articulorum, quæ nec fuit, nec est, nec invenitur in illarum Codice. Hæc sunt Auctoris verba: (37) *Si vir, vel uxor, quibus liberi supersunt, decedant, ex eo momento omnium rerum soli proprietas, ac præcipuè feudorum, quæ ad superstitem pertinent ad ejusdem conjugii liberos, sive masculi, sive fœminæ sint, illicò transit, ac devolvitur; his omnibus exclusis, qui ex sequenti matrimonio nati sunt, servato dumtaxat superstiti, dum vivit usufructu.*

(37) *Tract. Reg. Christ. jus in Ducat. Braban. fol. 9.*

Hujus turpitudinis, falsitatisque testes sint non exteræ nationes, (38) sed ipsa Gallia, quæ ducta desiderio tutandi prætensa suæ Reginæ jura ad exclusionem Regis nostri decantavit; quòd (ut dictum suprà) à regimine Godifredi III. usque ad Regem nostrum Philippum II. primas, & secundas nuptias inîêre Henricus I. & III. Joannes I. Antonius Burgundius, & Philippus Bonus; sed omnes superstites reliquêrunt filios ex primo thoro, in quos translata successio. (39) Philippus verò Rex noster II. filiam suscepit ex primo matrimonio, ad quam Brabantina feuda devoluta fuerunt, in eisque succesit, excluso fratre Rege nostro Philippo III. ex secundo-genito thalamo, qui ut

(38) Cicer. *dict. Philip. V. Hujus turpitudinis testes erant etiam exteræ nationes.*

(39) Manif. Hisp. *fol.* 319. *Y que à lo que se dezia, que no ay exemplar ninguno, que en la Casa Real de el Brabante la hija del primer Matrimonio aya excluido al hijo varon del segundo. Se pudiera bastantamente satisfacer con dezir, que no ay tanpoco ninguno, que jamas un hijo varon del segundo casamiento aya sido preferido à una hija del primero. Pero para abondar un poco mas esta materia quien tomare el trabajo de consultar la tabla Genealogica de la Casa de los Duques de esta Provincia, hechará de ver con facilidad que esta objeccion es un mero sophisma, ò una evidente cavilacion, pues no se halla, que se ayan jamàs una hija, y un hijo de diferentes Matrimonios encontrado en concurrencia para la Soberania.*

juris Devolutivi virtutem compeſceret politica ambitione donationis titulo Brabantinam Dominationem dotalitio jure donavit filiæ : quo arcano illam eximere cogitavit ab obligatione jurium, & morum, ſub qua nata, & ſuſcepta.

Sed priuſquam ingrediamur ad retundendam machinationem ex actis Regis noſtri Philippi II. ſtructam, notum facimus cunctis Gentibus, quòd ab omni pænè memoria, communi voto Principum, & gentium Brabantinarum, ſucceſſio Principatus attenta fuit (excluſaque Devolutivi juris) ex Gentium, Publicique regulis præſcribentibus in Dignitate patris prælationem maſculino ſexui, excluſo ab ea fœminino.

(40) Suprà *hoc Tract.* 2. §. 1. *n.* 34. & 35. & *ſuprà hoc* §.

In quo ne repetere videamur, omittimus, quæ latè notamus (40) ſuprà, de excluſione filiarum Henrici Ducis à Principatu Brabantino, admiſſioneque Godefridi fratris defuncti. (41) Et notamus, quod inter cæteros Principes ſecundas nuptias inientes, adnumeratur Joannes I. (42) qui primas contraxit cum Margareta Philippi Francorum Regis filia, ex qua nullum genuit filium : Secundò verò nupſit Margaretæ filiæ Guidonis Comitis Flandriæ, ex qua ſuſcepit Joannem in Dignitate ſucceſſorem, Godefridum morte raptum in minori ætate, Margaretam uxorem Imperatoris Henrici VII. & Mariam Ducis Sabaudiæ conjugem. Defuncto Joanne Duce, Ducatus Brabantiæ tranſmiſſus fuit filio Joanni II. quo etiam mortuo, elevatus eſt ad apicem Dignitatis Joannes III. Tunc enim Bohemiæ Rex Joannes Margaretæ amitæ Ducis filius Bruxellas venit, ubi in conſilium Ducis admiſſus, ex jure materno partem ſibi Ducatus Brabantiæ deberi aſſeruit ; (44) quod credimus ex vi juris Devolutivi aſſertum. Audito tamen Regis deſiderio, (45) editaque in Conſilio Brabantino actione, voto communi Ordinum, reſponſum fuit : (46) *Iniquam Duci, Proceribuſque videri Regis poſtulationem, cùm ab omni pænè memoria inter Brabantinos obſervatum ſit, nè maſculo ſuperſtite fœminis in Ducatu ſucceſſionis jus detur.*

(41) Div. *rer. Braban. lib.* 6. Har. *in Godifred. Barbat.* Molan. *Milit. Sacr. cap.* 55. Suer. *Annal. Flandr. lib.* 18. Suprà §. 1. *dict. num.* 34.

(42) Manif. *fol.* 320.

(43) Aub. Mir. *Chron. Belgic. ann.* 1105. *n.* 7.

(44) Petr. Divæus, *rer. Braban. lib.* 14. & ex eo Haræus, *Annal. Braban. in Ioann. III. ann.* 1318. *Inter hæc Joannes Bohemiæ Rex, idem Comes Lucemburgi, qui Henrico Imperatori ac Margarita filia Ioannis Primi Ducis prodierat (Bruxellam venit, ubi in conſilium Ducis admiſſus, partem ſibi Ducatûs Brabantiæ deberi palàm aſſeruit.*

(45) *Interim offerre Ducem, ut Procerum Brabantiæ, ac Iuriſprudentum ſententiæ eâ de re mos geratur.*

(46) Infrà §. 3. *num.* 1.

Ad conſpectum tantæ deciſionis aſſenſu communi Brabantinorum Ordinum laudatæ, fulcitæ virtute jurium

rium Divini, Gentium, Publici, & Municipalis Brabantini (47) absolutè excludentium fœminas, superstitibus filiis masculis: Quibus principiis, quaque ratione ausum in fratrem masculum agere, ut illo rejecto, soror fœmina ad Dignitatem admittatur, ni turbatis naturæ, supremæque Reipublicæ elementis?

(47) Christin. *dèciſ. feud.* 43. *num.* 8. *Et in Camera Imperiali Canonicatam fuiſſe, ſcilicèt quod fœmina ad feudorum non admittatur ſucceſſionem. Eaque tanquàm æquitati maximè conveniens opinio, probatur moribus noſtris, & vicinorum. Utpotè Brabanticis, Flandricis, Zutphanicis, Hollandicis, Trajectenſibus, Guykanis, atque aliis feudis.*

Nec facit in tutamen mentis Gallorum, quòd audaćter asseritur, nunquam usuveniſſe ante Majestatem Philippi II. Regis, ut inter filiam, & liberos ex diverſis connubiis pronatos, de Principatu eſſet contentio: Cùm attentis monumentis juris Brabantini, progreſſuque ſucceſſionis Principatus, contraria eis ſit hæc asſertio. Quod evincitur, ſi (ut diximus) notantur articuli ſuarum Conſtitutionum; hæ enim nec tantùm de prælatione, aut individua ſucceſſione conſtituerunt (asſentiamus in eo ſententiæ Gallorum) inter filios primi, & ſecundi thori, ſed collimarunt, præcipuè ad ſtabiliendum, ut poſt mortem alterius conjugum Dominium feudorum ſuperſtitis ſtatim ad filios devolueretur per quaſi anticipatam ſucceſſionem, unicuique ex liberis portione aſſignata à lege. Quarè fatendum neceſſe erit, quòd ſtatim à morte primarum uxorum Ducum Godefridorum, Henricorum, Joannis, Antonii, & Philippi, virtus devolutiva operata fuit ad hoc ſaltem, ut ad filios primarum nuptiarum Dominium Brabantini Principatus devolveretur, ac ut defunctis patribus divideretur inter liberos, aſſignata unicuique parte, ſecundùm conſtitutionis, ſeu legis formam: Id verò, nec executum, nec petitum, nec aſſertum, ni in contentione Regis Bohemiæ relata ſuprà, quæ meritam tenuit repulſam. Undè ergò dicendum, nunquam in uſu veniſſe, quòd in Principatu Devolutivi juris diſpoſitio exequeretur ad eruendam cognitionem, an in eo conſtitutio locum teneret, vel non.

Haud incognita Gallis hujus rationis virtus, ad quidque extenſa coactiva vis Devolutivi juris, quibuſque in cauſis, ac rebus in uſum venire poterat; quarè ne ſervitutem jura Reginæ ſubirent, in lucem prodiit novus Antagoniſta eructans in tutamen Gallicanæ mentis diverſas ſententias, aſſerenſque Ducatum Brabantinum diviſioni obnoxium fuiſſe. Audiamus illum: „ (48) *Et verùm*

(48) Obſerv. *ſive reſponſ. ad duos Tractat. Bruxellis editis adverſ. Regin. Chriſtian. jus in Braban. part. 2. fol. 61. Edit. Holl.*

„ *eſt ſanè & non abnuitur, Primogenitum poſtgenitis ſuis*
„ *in ſucceſſione privatâ partem aliquam debere: Sed ob-*
„ *ſervandum eſt eumdem Primogenitum, ſibi ſoli retinere,*
„ *quòd vocatur* Feudum, *ac veluti conſuetudo loquitur,*
„ Juriſdictionem, ac Poteſtatis exercitium, *nihil autem*
„ *aliis dimittere, quàm partem aliquam proventûs.* Nam,
„ *art.* 21. earumdem conſuetudinum, *ut ait Deductionis*
„ *Auctor, pag.* 169. in hunc modum ſtatutum eſt, ſi
„ pater, vel mater plures liberos habens moriatur, ac
„ relinquat bona, vel reditus feudales, qui tenentur à
„ Duce Brabantiæ, major natu præter prærogativam ex-
„ ercitii poteſtatis acquirit duos feudi trientes fructuum,
„ & utilitatis inde procedentis, reliquo triente inter alios
„ liberos æquis portionibus dividendo.

„ *Sed, & idem dici poteſt de ſucceſſione Ducatus, ſiqui-*
„ *dem cùm Primogenitus Ducatum conſequatur, qui propriè*
„ *idipſum eſt, quòd inter privatos feudum, aut exercitium*
„ *poteſtatis appellatur, nihilominùs liberis ex eodem thoro ge-*
„ *nitis proventus annui, ac terrarum privatarum Ducatus*
„ *partem facit.*

„ *Hoc itaque ſuppoſito, tantùm abeſt, ut in aliquo ſucceſſio*
„ *principalis à privata differat ex parte diviſibilitatis, aut*
„ *indiviſibilitatis, ſi ita dici poteſt, ut è contrario, ex ea-*
„ *dem parte penitus, & evidenter utraque conveniat.*

„ *Reſtat igitur ad hanc noſtram aſſertionem firmiter ſtabi-*
„ *liendam, ut in ſucceſſione Ducatus diviſibilitati locum eſſe*
„ *probemus, hoc eſt inter Primogenitos, & poſtgenitos Du-*
„ *catum diviſum fuiſſe.*

„ *Novi equidem, haud facilè reperiri poſſe qualis iſta fue-*
„ *rit portio, quæ poſtgenitis derelicta fuit, an tertia, vel mi-*
„ *nor, vel major. Et in eo probando fruſtrà certè agerètur;*
„ *opporteret enim, & Ducatum, & ſingulas ejus partes pre-*
„ *tio æſtimare; quòd quidem vix fieri poſſe nemo eſt, qui non*
„ *agnoſcit. Sed & præterea dici poteſt, quòd etiamſi aliquan-*
„ *do poſtgeniti minùs tertia parte contenti fuiſſent, non exindè*
„ *ſequeretur, jus ipſis in exigenda ſua legitima portione defuiſ-*
„ *ſe, ſed tantummodò aliquid de jure ſuo remiſiſſe, ex quo*
„ *nihil inferri poteſt, quòd ipſorum juri adverſetur.*

„ *Hac igitur occaſione dumtaxat probandum eſt, generaliter*
„ *Ducatum Brabantiæ dividi poſſe, ac portionis capacem eſſe,*

„ *ſicu-*

„ *ſicuti & alia feuda privatorum. Quæ quidem veritas eſt,*
„ *cui Deductionis Author non accedit, tametſi vero verior ſit.*

Priùs tamen, quàm deſcendamus ad evertendam ſtructuram conflatam exemplis ſucceſſionum Ducum (49) Godefridi I. (50) Henricorum, Joannis I. & III. Monere debemus, quod recuſare agonem potueramus, remiſſis in hac re lectoribus, ad ea quæ in Gallos emiſſa ſunt ab Scriptoribus in libellis *Clypei juſtitiæ*, *& Status*, *Juſtitiæ vindicatæ*, inque illa, nec ſatis laudanda, Juris, Hiſtoriæ, & Politicæ ſummam complectente *Hiſpanica reſponſione*, (51) ubi palàm evincitur, Devolutivi juris conſtitutiones, nec receptas, nec uſitatas fuiſſe inter Brabantinos Principes; præcipuè attento eo, quod in *Scuto juſtitiæ*, *& Status* exaratum eſt (52) exemplo donationis factæ à Godefrido III. uno ex his, qui primas, & ſecundas contraxêre nuptias, prænotant Gallicani aſſertores. Is enim, Godefridus inquam, cùm filium ſuum Henricum nuberet Mathildi filiæ Comitis Boloniæ, ei in dotem tradidit Bruxellas, aliaque Brabantini circuli territoria, quod à patre exequi non poterat, ſi ex vi juris Devolutivi à morte matris Margaritæ primæ uxoris, illorum dominia filio devoluta fuiſſent.

(49) Dict. *Obſer. p.* 2. *fol.* 63.64.65. *&* 67. De quibus infrà ſuis in locis.

(50) Dict. *Obſer. p.* 2. *fol.* 75.

(51) Eſcudo de Eſtado y Juſticia. *fol.* 153. ex Butken. *Troph. de Braban. fol.* 627. Verdad vengada *part.* 2. *cap.* 4. Reſpueſta de Eſpaña, Trofeo glorioſo de las Letras, y Magiſterio Eſpañol, §. 26. *à num.* 73. *fol.* 248.

(52) Haræus, *Annal. Brab. in Godefrid. III. ann.* 1183. Divæus, *rer. Brab. lib.* 9.

Hanc mentem fulcire curavit ſecundo exemplo ſucceſſionis Guilielmi ipſius Godefridi filii, ex ſecundis nuptiis Iſmeniæ Loſſenſis Comitis filiæ, ſub his verbis: *Huvo por particion las tierras de Perweis, Ruyzbroeck, y otras, las quales Godofroy ſu padre, no avia podido darle, ſi la devolucion huviera tenido lugar, pues por muerte de Margarita todo el derecho huviera ſido devoluto à Enrique I. y toda ſuerte de enagenacion interdicha al padre en favor del primer hijo.*

Sed cùm in re tam ſumma, juribuſque immutabilibus pro Rege noſtro adſtantibus, argumentis tantùm utendum non ſit, objiciique poſſit ſupradictis exemplis. Primò, quod Godefridus remiſit in favorem filii uſufructum ipſi jure devolutivo competentem in Bruxellis, aliiſque territoriis filio donatis. Secundò, quod attenta hiſtoriarum Brabantinarum ſerie, firmum non habeatur, Godefridum Henrici filium ex ſecundis nuptiis à patre obtinuiſſe dominium Peruiſii, cùm de cauſa, ac jure adquiſitionis dubitent Scribentes: *Ea mortua* (53) (loquuntur de Mar-

(53) Div. *rer. Brab. lib.* 9. Haræus, *Annal. Brab. in Godefrid. III. ann.* 1183.

Margarita priore uxore Godefridi) *filiam Comitis Loſſenſis qua ſubſtulit Guillielmum primum Peruiſio dominum, & Henricum dominum de Cuik, ad quem quo jure hoc dominium pervenerit, nondum reperî.*

Deſcendimus ad manifeſtationem mangonicæ machinationis Gallorum, attenta ſerie exemplorum adductorum ab Aſſertoribus, evinciendamque jure devolutivo, illiuſque diſpoſitioni locum non fuiſſe, nec illius conſtitutionem receptam in Principatu, ac Domanio Brabantino (54)

(54) *Artic. 1. de conſuetud. feud. Braban.* adductus *num.* 13. & quæ notamus *num.* 46.

In deſignationem ſuæ dividuitatis primum exemplum refert ſcriptor reſponſionis: (55)

(55) Obſer. *de Regin. Chriſtian. jus in Braban. part. 2. fol.* 63. ex Molan. *Milit. Sacr. cap.* 56. quas refert Haræus, *Annal. Brab. in Godefrid. II. ann.* 1104.

„ *Et profectò exemplum hujuſce rei luculentum Godefridus* „ *II. Brabantiæ Dux, & Henricus ejus frater etiam ab anno* „ 1140. *nobis præbuerunt. Cùm enim Henricus monachalem* „ *profeſſionem amplecteretur, donationem quamdam fecit Mo-* „ *naſterio, cui ſe addixit certorum fundorum, qui partem Du-* „ *catus faciebant, ipſique per mortem Patris obvenerant, &* „ *quos communes cum fratre ſuo Duce poſſidebat; quæ quidem* „ *donatio à Molano his verbis refertur:* In nomine ſanctæ, „ & individuæ Trinitatis notum ſit omnibus tàm præ- „ ſentibus, quàm futuris, quod ego Henricus filius „ Ducis Godefridi Ducis Lotharingiæ, & Comitis Lo- „ vanii, ob declinandas miſerandas, & ærumnoſas „ hujus ſæculi procellas ad Monaſterium Affligemienſe „ quaſi portum ſalutis confugi, ubi Deo, & SS. Apo- „ ſtolis ejus Petro, & Paulo ſub præſentiâ D. Petri Ab- „ batis, & totius Congregationis adſtantibus hominibus meis, me ipſum in Monachum offerens, Allo- „ dium, quod juxtà Sichem, & Rhodæ, juxtà Werde „ ex patre meo me liberè contingebat, & commune cum „ fratre meo Duce Godefrido Patris mei ſucceſſore poſſi- „ debam in aquis, & paſcuis, in campis, & ſilvis, & in „ omnibus ad jus noſtrum pertinentibus, pro animâ patris „ mei, & matris meæ, & Clariſiæ ſororis noſtræ, & pro me „ ipſo, & pro prędicto fratre meo Duce Godefrido, & ſoro- „ ribus meis Aleïde Regina Angliæ, & Ida Comitiſſa, & pro „ omnibus parentibus, & amicis in elëemoſinam tradidi.

„ De militiâ ſacrâ Du- „ cum Brabantiæ, *cap.* „ 56.

Quis (attentis hujus diſpoſitionis verbis, mente, jureque tàm communi, quàm feudali) auſus erit aſſerere Henricum emologaſſe de bonis, aut parte Domaniali an-

annexa ſupremo feudo Brabantino? Quis ex ea non evincitur, ut credat Henricum expertem fuiſſe, extorremque à ſucceſſione bonorum Domanialium, tantùmque donaſſe privata bona, dividua, ac diviſa à Domanio? Negare aliquis, ni temerè, audebit, donationem fuiſſe de Allodialibus bonis alienationi obnoxiis? Sivè verbum *Allodium*, ſub quo efformata, ac genita donatio, recipiamus in ſenſu recepto per novos Scriptores elucidantes juris verba, & feudorum, (56) ad diſtinguenda feudalia bona, ac communia, ſivè in laudato per jura Salica, & Ripuarias leges. (57) Præcipuè cum ipſum donationis elementum (eo perlecto) conceptum fuerit ſuper bonis communibus Henrico, & fratri Duci Godefridi contingentibus hæreditario jure à morte patris: Nec aliter ſenſus donationi præſtandus, etiam conſtitutione attenta Devolutiva: Cùm ex illius poſitione communitas nulla inter Primogenitum, & ſecundogenitum filium etiam ex primo thoro evenire poterat, illi enim patronale jus privativum competebat abſque fratris communitate; ſecundo verò, ſi qua deveniret communitas, eſſet cùm cæteris fratribus, & ſororibus, de quibus nulla mentio, quoad dominium.

(56) Hothom. *de verb. feudal. verb. Allodium.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. lib. 6. deciſ. 5. n. 40. & 41. & ad conſuetud. Mechl. tit. 12. art. 1. num. 13.*

(57) De quibus *adll. Franc. tit. de Allod. Ripuar. & Thuring.*

„ *Aliud exemplum* (58) (proſequitur defenſor) *non mi-*
„ *nùs notabile deſumam ex Divæo, cùm de Henrico V. vel*
„ *juxta alios de Henrico II. Duce Brabantiæ ſcribere in-*
„ *choat, in quo patet hunc Ducem, cum Godefrido fratre*
„ *Primogenito Ducatum Brabantiæ partitum fuiſſe. Sic enìm*
„ *Divæus loquitur:* Morte Henrici Ducis, Ducatus Lo-
„ tharingiæ, ac Brabantiæ, & Imperii Marchia Henrico
„ Lovanienſi ceſsêre filio ejus natu majori; Godefrido fa-
„ cilè adducor, ut credam Harſtalli, & Gasbecæ Domi-
„ nia obveniſſe.

(58) Ex Div. *lib. 11. dict. Obſer. de Regim. Chriſtian. jus in Brab. part. 2. fol. 64.*

Quàm parùm virtutis adferat hoc exemplum, depromitur ex ipſius Divæi verbis, quibus fulcitur Gallicana ſententia, ſi ad amuſſim, & non temporariè, & detruncatè exararentur. Aſſerit enim Divæus Henricum II. Primogenitum patri in Principatu Brabantino ſucceſſiſſe. De Godefrido Secundo, ſic fatur: (59) *Gothofredo facilè adducor, ut credam Harſtalli, & Gaſbecæ dominia obveniſſe. Nam* (ut poſteà dicemus) *Joannes quidam cognomento*

(59) Div. *dict. lib. 11. Sed de his nihil temerè aſſerere auſim*, Har. *in Henric. V.*

mento Lovanienſis hæc dominia poſſedit circa annum M. CCC. VI. & antè eum Henricus Lovanienſis, fortè filius iſtius Gothofredi, quem Lovanienſem, ſeu de Lovanio in geſtis anni M. CC. XXXIII. vocatum retulimus; ſed de his nihil temerè aſſerere auſim.

Divæus enim dominia Harſtalli, & Gaſbecæ, Godefrido non hæreditario, nec ex Devolutivo jure, nec ut bona à patre devoluta credidit, immò dubius fertur, unde ei obveniſſent; non enim poterant ex jure hæreditario, cùm Harſtalli Dominium ætate Godefridi, nec Brabantini Ducatus portio, nec Ducis patris res habebatur, cùm à Godefrido III. Duce oppignoratum eſſet, & traditum Rodulpho Leodienſi Epiſcopo pro trecentis marchis ad ſumptus belli. (60) Gaſbecæ, cùm privatum feudum fuiſſet, privato domino competens antè Imperium Godefridi Barbati. (61) Quare inter bona Domanialia Status Brabantini adnumerari non poterant, ut ad filium Godefridum ſucceſſorio, ſeu hæreditario, aut Devolutivo jure morte patris Ducis devolverentur.

Tertium exemplum, (62) quòd his enarratur verbis: „ *Ejuſmodi diviſionis inter Joannem I. Ducem Brabantiæ,* „ *& ejus fratrem natu minorem præſtat idem Divæus*, *his* „ *verbis*; Facta poſt hæc diviſio inter Joannem, ac Go- „ defridum fratres, Joanni Ducatus Lotharingiæ, ac „ Brabantiæ permanſit, Godefrido verò Dominia Ar- „ ſcotanum, Birbachenſe, Sichemenſe, ac Rhodiæ San- „ ctæ Agathæ aſſignata, qui quæſito remotiore connu- „ bio filiam Comitis Virſonii in Biturigibus Galliæ uxo- „ rem duxit.

Minus facit: Nam diviſio inter Joannem I. & Godefridum fratrem facta, aſſignatioque Arſchotani Dominii, & aliorum in utilitatem Godefridi executa, non ortum tenuit à jure Devolutionis, ſed ex alia excellentiori, ſupremaque publica re. Morte enim Henrici III. Ducis Brabantiæ (ut notavimus ſuprà) (63) tres filii impuberes relicti fuerunt, Henricus major, Joannes, & Godefridus. Erat Henricus homo vecors, ac omninò Principis loco indigniſſimus, ex quo orta fuit contentio de ſucceſſione Principatus, quæ uſque ad Civile bellum ex-

(60) Har. *Annal. Brab. in Godefrid. III. ann.* 1171. *Interim hoc anno oppignoravit idem Gothofredus beneficium Ducatûs ſui, quod ſitum eſt villâ Harſtalli* (ſic loquitur diploma, quòd exſtat in rebus Leodienſibus) *Rodulpho Leodienſi, pro trecentis marchis in manu Frederici Imperatoris.*

(61) Div. *rer. Brab. lib.* 8. *Lovanii celebre Concilium* (loquitur de Godefrido Barbato) *Procerum indicit, ubi Horniæ, Gasbecæ, ac Angiæ Barones beneficia ſua ab eo recognoverunt, eaque præſtitêre Sacramenta, quæ priſtinis Lotharingiæ Ducibus dare ſoliti erant*, Har. *Annal. Brab. in Godefrid. Brab. ann.* 1107.

(62) Dict. *Obſer. eod. fol.* 64.

(63) Diximus *Tract.* 1. §. 9. *à num* 65.

extensa fuit, extincta tamen Brabantinorum Ordinum voto, dato Imperio Joanni: Cùm verò de summa rerum in hac publica controversia ageretur, utque pacata respublica omnis versaretur, in commodum Godifredi fratris minoris ob publicum bonum (64) dissecta fuit à Domanio portio Dominii Arschotani, quæ in Baronatum primò, post in Marchionalem, indeque ad Ducalem Dignitatem ascendit, individuam qualitatem successivam suscipiens, & retinens, (65) in qua perduravit usque ad regimen Philippi Boni, sub quo Margarita Duciſſa nupsit Antonio Croïensi, in quorum filiis, & successoribus mansit immunis à Devolutivi juris dividuâ constitutione.

(64) *Tract.* 1. §. 5. *Edit. Holl.*

(65) Renat. Chop. *Doman. Franc. lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 8.

Sanè attentis omnibus ab Scriptore notatis (ut lubricosa dignoscatur illius mens, nullaque munitâ veritatis firmitate) inveniemus Devolutivum jus indistinctè inter Brabantos usurpatum non fuisse. Pareamus enim ei, Godifredoque fratri Ducis Joannis Arschotanum, Birbachense, Sichemense, Rhodiæ, ac Sanctæ Agathæ dominia obvenisse; cui enim, eo mortuo, devoluta, seu translata? Sanè Devolutivi juris, regulis attentis, majori filio, sive masculo, sive fœminæ, dicendum translatum bessem ex censibus, redditibus, aliisque obventionibus, & arcibus feudalibus, exercitium ad dominium pertinens, potestatem creandi officiarios, cæteraque suprema jura; nonnè servata hâc in successione filiorum Godifredi? Audiamus ipsum Gallum, ut ipsius cantus, ex Haræo usurpatus inserviat responsioni: *Hic Godifredus, ut scribit Haræus, Comes Virsonis (qui quidem idem est, quem suprà cum fratre Joanne I. bona Ducatûs partitum esse demonstravimus) duas reliquit filias, unam Harcuriæ Comiti, alteram Lossensi nuptas, qui soceri opes Brabanticas inter se divisêre. Ille Arschotanum Baronatum, cum Birbachensi, Lossensis verò, Sichenas cum Rhodia Sanctæ Agathæ accipientes.*

Quartum exemplum, & quintum productum ab universali serie rerum, & actionum executarum vivente, & mortuo Joanne III. (66) Duce, tàm inter filios masculos defunctos in vita patris, quàm inter filias fœminas superstites, demonstrant devolutivum jus in Du-

(66) Dict. *Obser. dict. fol.* 64. *Edit. Holl.*

Ducatu Brabantino vim non tenuisse. Notentur authoris verba: „ *Denique Haræus exemplum aliud adducit eò magis notandum, quòd in fœminæ persona contigerit, in Maria nempè Joannis III. Brabantiæ Ducis filia, quam nuptui Renaldo Duci Geldriæ tradidit, deditque in dotem terram Turnaudanum, aliasque jam tùm Ducatus partem facientes; quòd Haræus circa annum* 1357. *contigisse notat:* „ Mariæ, *inquit*, alteri sorori Joannæ uxori Renaldi Geldriæ Ducis doti data erat à Joanne patre terra Turnaudana comprehendens Turnaudam, Wechelam, Ghelam, Lillam, Borzæum, Vorsellariam, stagnum Marci, vulgò Marc-plas, Arendungam, Weldam, Poppelam, Ravelziam.

„ *Non ignoro deductionis Auctorem huic exemplo respondurum, portionem istam Ducatus, quam Pater filiæ tradidit, in speciem dotis tantummodò datam fuisse. Verùm nihil obstat, quin ista dos fuerit vera partitio, ac mera divisio, quam pater è Ducatu faciendam esse censebat.*

Ad firmandam verò suam sententiam, prosequitur:

(67) Dict. *Observ. fol.* 71. (67) „ *Tertiò, quis Deductionis Auctorem certiorem fecit „ nullum aliud exemplum in Historia reperiri posse petitionis „ ejusmodi, quâ portio Ducatus Brabantiæ postulata sit, „ præter eam, quæ facta est à Rege Bohemiæ? Nùm fieri „ potest, ut exemplum istud ipsi elapsum sit, cùm à Wenceslao, & à Joanna Ducissa ipsius conjuge Ludovicus Comes Flandriæ, qui Margaretam Joannæ sororem, ac ejusdem „ Ducis Joannis III. filiam duxerat, partitionem similem fieri „ postulavit?* Porrò, *inquit Divæus*, Ludovicus Flandriæ „ Comes, quòd Wenceslaum à Lovanienſibus Ducem acceptum cognovisset, se verò, licèt Margaretam Joannæ sorem duxisset, in universum Brabantia excludi, missis Legatis, aliquam Brabantiæ partem doti uxoris adscribi postulavit. *Undè bellum inter eos ortum est, quod ad annum usque* 1357. *perduravit, quo bellum istud ea conditione finem „ accepit, ut etiam Comes Flandriæ titulum Ducis Brabantiæ, dùm viveret, assumere posset, ipsique in locum dotis „ uxoriæ nonnullæ urbes ex Brabantia cederentur:* Comiti, „ quoad viveret, *pergit Divæus*, Ducis Brabantiæ titulo Baronum, Urbiumque Consilio assumpto uti liceret, eidem „ Duces nostri Mechliniam pro belli impensis cederent,

„ Mar-

„ Margaritæ Comitis uxori Antverpia cum vicis Hovâ, „ Wilricâ, *&c.* doti assignarentur.

Ut verò evertatur totius Gallicanæ structuræ moles, compactâ nudâ illâ verborum expressione ad mentem Gallorum resonante, Joannis Ducis facta, & progressus in vita, & post mortem executa enarrabimus. Vergente bello illo satis lugubri, inter Ludovicum Gallorum Regem, & Eduardum Anglorum, cùm Gallicanam teneret partem Joannes III. Brabantinorum Parisios venit, ubi novum fœdus cum Rege Ludovico iniit, tàm suo, quàm aliorum Principum nomine; inter alia pactum, ut Joannes filius major Ducis nuberet cum filia Ducis Normandiæ: Godifredus Secundus cum filia Ducis Borbonii: Joanna filia cum Wenceslao Duce Lucemburgensi Regis Bohemiæ filio: Margarita cum Ludovico Comite Flandriæ, Maria cum Reynaldo Gelriæ Duce.

Filiabus enim constituit dotes pater Dux, Margaritæ annua millia nummorum Florentinorum; Mariæ verò terram Turnhaudanam diversa complectentem loca, & territoria. (68.)

Nuptiis verò celebratis vivente Joanne patre, extincti fuerunt Joannes, & Godifredus filii masculi prole orbati; quare Dux curavit filiam annosiorem Joannam nuptam Wenceslao in Ducatum collocare, de quo latè per nos suprà.

Acceptâ Principatûs possessione à Joanna, & Wenceslao, mortuoque patre Duce, promissam Margaritæ dotem Wenceslaus pendere recusavit. (69.) Quo motus Ludovicus Flandriæ Comes, uxoreque à dote promissâ, & paternis bonis exclusâ, missis Legatis annuæ pensionis dotalis loco, partem aliquam Brabantiæ uxoris suæ adscribi postulavit (70.) (notentur verba; non enim hæreditario jure, nec Devolutivæ constitutionis vi partem assignandam postulavit Ludovicus, sed ex jure promissæ dotis) Legatis verò responsum datum, ut Comes Mechliniam conveniret, ubi cum Duce controversiam componeret.

Responsione verò acriter susceptâ à Ludovico, Gallicanique Ludovici Regis calliditate animum Comitis sua-

(68) Haræus *in Ioann. III. ann.* 1347. Divæus *rer. Braban. lib.* 14. Meyer. *Annal. Flandr. lib.* 13. Suer. *Annal. de Flandr. lib.* 12. Isac. Pontan. *Hist. Geldric. lib.* 7. *ann.* 1346.

(69) Meyer. *d. libr.* 13. *Altera quod decem annua millia nummorum Florentinorum dotem Margaritæ Principis à Ioanne Duce promissam Wenceslaus Dux pendere recusaret.* Haræus *Annal. Brab. in VVencesl. ann.* 1355. Suer. *d. lib.* 12.

(70) Div. *lib.* 15. *rer. Brab. Partem aliquam Brabantiæ doti uxori suæ adscribere postulavit*, Haræus, *dict. ann.* 1355.

ſuadente, effectum, ut ad arma Flandri deſcenderent, ſolicitatiſque Mechlinienſium animis, rejecto proprio Principe, ut dominus exceptus fuit Flandrus. Quòd Wenceſlaus ſciens Trajecto ad Moſam profectus, ut periculum evaderet, fœdus pepigit cum fratre Carolo Imperatore, iis pactis in commodum familiæ Lucemburgicæ, à nobis diffusè enarratis ſuprà. (71)

(71) Diximus *Tract.* 1. §. 9. *à num.* 65.

Ingruente hoc bello, varia cum Brabantinarum, & Flandricarum gentium ſtrage, anno M. CCC. LVII. commeante inter Principes Guilielmo Hollandiæ, & Hannoniæ Comite, de pace actum, quæ Athi Hannoniæ oppido clauſa fuit, his inter alia pactis, ut Duces pro impenſis belli cederent Comiti Mechliniam, Margaritæ doti aſſignaretur Antverpia cum vicis, quàm poſſidêrent Comites ex novo beneficio Ducum Brabantinorum. (72)

(72) Haræus *in V Venceſl. & Ioan. ann.* 1357. *Doti aſſignaretur, eâ tamen lege, ne quid de Privilegiis Antverpienſium mutet, minueretvè Comes Beneficio Ducum Brabantinorum hæc Comes poſſideret*, Divæus, *lib.* 15. Suer. *Annal. de Flandr. lib.* 12. *an.* 1357. Meyer. *Annal. Flandr. lib.* 13. *dict. ann.* 1357. Iſac. Pontan. *Hiſtor. Gelric. lib.* 7. *ann.* 1357.

Hoc bellum, ut ex narrationum ſerie depromitur, actum fuit ſuper dotali annua promiſſa Ludovico, non ratione hæreditatis ſoceri; quarè in eo non interfuiſſe Reginaldum Gelriæ Ducem notatur, quia contentus his, quæ uxori in dote data erant. (73)

(73) Div. *lib.* 15. Pontan. *hiſt. Gelric. lib.* 7. *ann.* 1357.

Quod ſic verum habitum, ſicque ex jure dotis promiſſæ, quæſita omnia Comitibus Flandriæ donata, poſſeſſaque à Duce Gelriæ (nec attento, immò minùs habito, ſeu rejecto, tàm hæreditario, quàm Devolutionis jure) ut cùm novus Comes Ludovicus Mechlinienſibus Stapulas promiſiſſet, urgentibus pro implemento, obſtiterint Antverpienſes aſſerentes Comitem Antverpiæ Dominum ex novo feudali beneficio eſſe ab Wenceſlao, & Joannâ à pace Athenſi, (74) quare in illorum damnum non poſſet noviter Mechlinienſibus Stapulas concedere, cùm eſſet in præjudicium privilegiorum ſuorum, provenientium ab antiquis Imperatoribus, & Ducibus Brabantiæ.

(74) Div. *lib.* 15. Har. *in V Venceſl. ann.* 1358. Suer. *dict. lib.* 32. Pontan. *dict. lib.* 7.

Miramur enim, & meritò, quòd juris publici, Naturalis, & Communis gnarus ſcriptor, necnon municipalis, Germanici, Belgici, & Gallicani, ex quibus Henricus Dux pater locare, & dotare filias cogebatur, voluerit, ut dotes promiſſæ proveniant ex vi Devolutivæ conſtitutionis, habeanturque dotes, partitiones, ac di-

divisiones hæreditariæ, (75) non largitionales donationes à paterna liberalitate productæ, (78) & ad quas Dux tenebatur, tàm jure attento Brabantino constituente ex Justinianeâ Constitutione, (81) ut filiabus ex bonis feudalibus dos assignetur, (79) quam feudaliqué ordinario, (82) à quo statutum, ut etiam feuda regularia, individua, restitutioniqué obnoxia alienari valeant ad dotandas filias possessoris, etiamsi præjudicium inferatur individuitate feudi, ipsisque vassallis, impositis ad id collectis, & tributis (83) (mos equidem tàm inter Germanos, & Belgas laudatus, quàm supremo) quo attento ad matrimoniale fœdus iniendum, (80) qualiter illud, quod iniit Gallorum Rex (76) omnis promissio, & alienatio Domanialium bonorum licita erat. (77)

Ut verò tota Gallicanorum Scriptorum machina eversa, ac penitùs obliterata videatur, notandum est, quòd terra Turnaudana Comiti Gelriæ in dotem cum Maria à patre Duce assignata, non subjacet dispositionibus, ac legibus Brabantinis, præcipuè constituentibus jus Devolutionis, cùm sit intrà circulum Mechlinienſem, quem cùm expertem habeamus, immunemque à jure, & jurisdictione Brabantini Imperii, & legibus: (84) Inter Mechlinienses jus Devolutionis, nec receptum, nec laudatum est; (85) Nec facit, quòd sub Dominatione, & regimine Ducum Brabantiæ manserit Mechlinia, ut ex eo ad territoria Turnaudana extendatur Devolutiva consuetudo: cùm unio

Ff fue-

(75) Dict. *Observat. fol.* 65. *Non ignoro Deductionis auctorem huic exemplo respondsurum, portionem istam Ducatûs, quam pater filiæ tradidit, in speciem dotis tantummodò datam fuisse. Verùm nihil obstat, quin ista dos fuerit vera partitio, ac mera divisio, quam pater è Ducatu faciendam esse censebat.*

(76) Dict. Observat. *dict. fol.* 65. *Habitus tum conventus, ait in S. Quintino Veromanduorum oppido, ubi sponsalia confecta Henrici filii majoris Ducis Brabantiæ cum filia Ioannis Ducis Normanniæ, Godefridi II. filii cum filia Ducis Borbonii, Ioannæ filiæ cum VVenceslao Duce Lucemburgensi filio Ioannis Regis Bohemiæ; Margaretæ cum Ludovico Comite Flandriæ; & Mariæ, quæ quidem nostra est, cum Reynaldo Duce Geldriæ comprobatæ nuptiæ.* Et paulò post: *Eodem mense nuptias Ludovici Comitis, & Reynaldi Geldriæ Ducis Vilvordiæ Dux noster celebravit.*

(77) Diximus, *Tract.* 1. §. 5.
(78) Manif. *fol.* 323.
(79) Consuetud. Mechlin. *tit.* 10. *art.* 10. ubi Christin.
(80) Latè *dict. tract.* 1. §. 4.
(81) *Authent. Res quæ C. commun. de leg. l. Mulier*, §. *Proponebatur*, *l. A. filia*, *ad Trebell.* Molin. *de Primog. lib.* 4. *cap.* 6. Fusar. *de substitut. q.* 531. Castill. *controver. c.* 112.
(82) Latè Afflict. post Hern. §. *Donare*, *tit. Qualiter feud. olim*, *num.* 8. *&* 9. Boër. *decis.* 130. Camerar. Socin. Paris. relati à Menoch. *cons.* 378. ex Arcid. Rubeo, Hothoman. Buriato, Rosent. *de feud. cap.* 9. *concluſ.* 8. *litter. E.*
(83) Latè Rosent. *de feud. cap.* 5. *concl.* 77. ex Menoch. Guid. Pap. Coppen. Heig. & aliis, etsi impius aliàs Gaspar Clockius, *de contribut. concl.* 50.
(84) Infrà §. 5. *vers.* 1.
(85) Suprà *in princ. hujus tract.* 2. *infrà dict. vers.* 1.

fuerit ſic æquè principaliter, ut Mechlinienſibus remanerent illæſa jura, privilegia, cæteraque eis competentia origine, nativitate, privilegiiſque. Quod, ut extrà aleam diſceptemus, audiamus Guicardini verba:

(86) Ludov. Richard. *Belg. univerſ. Mechlin.*

(86) *Diſtincta tamen, & ſingularis editio, quare, & matronarum pleræque partui jam vicinæ, quò videlicèt liberi ampliſſimis Brabantinorum privilegiis gaudeant, Mechlinienſe territorium deſerunt, & breviſſimò ſeſe fœtum enixuræ in Brabantiam conferunt.*

Ignarus obſervationum Auctor Auguſtinianæ ſententiæ: (a) *Illud quod dixiſti, quàm fallaciter referre voluiſti, prorſus non cogitans litteras ſani capitis habituras eſſe lectorem*, in ſuæ fulcimentum refert; quòd Joannes Bohemiæ Rex, nepos Ducis Joannis I. ex Margarita filia jure materno, (enarravimus Joannis hujus res ſuprà numer. 42.) avitaque hæreditate poſtulavit partem in Ducatu Brabantiæ. Audiamus (87) verba.

(a) Div. Auguſt. *lib.* 3. *contr. Creſcen. cap.* 41.

(87) Dict. *Tract. de Regin. Chriſt. jus in Brab. part.* 2. *fol.* 70.

„ *Secundò hæc poſtulatio Regis Bohemiæ, qui partem*
„ *in Ducatu ſibi vindicabat, non adeò nova tunc viſa*
„ *eſt, nec adeò rationis expers, quàm credi volunt. Nos*
„ *enim eadem hiſtoria docet, Regem Franciæ electum ar-*
„ *bitrum, quique potiùs in componendo negotio quàm in*
„ *exacerbando, ut innuere volunt, operam dedit, has*
„ *tandem Pacis conditiones dixiſſe, nempè ut Joannes III.*
„ *Dux Regis Bohemiæ jura ſolutione quâdam pecuniariâ*
„ *redimeret.* Menſe Septembris, *ait Divæus*, has pa-
„ cis leges Rex edixit. *Et conditionibus omnibus poſteà*
„ *allatis, quæ ſpectabant alios Principes, qui huic ne-*
„ *gotio intervenerant, ſic denique concludit*, Hollandum,
„ ac Juliacenſem auri ſummâ Dux donaret, ut & Bo-
„ hemum, & Leodienſem.

„ Lib. 14. rerum Brabant. pag. 155.

„ Et exindè patet Regem Bohemiæ aliquid tandem
„ conſecutum eſſe, neque petitionem ejus adeò in-
„ juſtam habitam fuiſſe. Quamvis enim tota hæc con-
„ troverſia per pecuniæ ſolutionem conſopîta fuerit ne-
„ gari tamen non poteſt, quin ejuſmodi compoſitio,
„ Regis Bohemiæ juris approbatio tacita fuerit, cujus
„ poſtulatio, vel iniqua, vel inſolens eſſe judicata
„ non eſt.

Quàm

Quàm aliena ſint omnia hæc à veritate rerum, actionumque executarum ſub Joanne Duce III. manu, armiſque Joannis Regis, patebunt, attenta nativa illius ætatis hiſtoria. Verum equidem eſt, quod voto Ducis, & Brabantinorum Ordinum, rejecta mente Regis Joannis, aſſertioneque propoſita in Conſilio de parte ei competente in Ducatu Brabantiæ, ad arma profugit, bellumque Duci movit, armis expectaturus, quod juris diſceptatione non daretur. Sed hoc bellum finem ſuſcepit inito fœdere, interventu Gerardi Juliacenſis Comitis, in quo privativè actum, quòd inter Regem, & Ducem pax concors eſſet; (88) contentioneſque ortæ inter Ducem, & Rainaldum Falcomburgi Dominum componerentur arbitrio Regis, diruptis Falcomburgi muris, nihil aliud additum, nec exaratum circà petitionem Regis de parte ei aſſignanda in Brabantiæ circulo, cùm nullum ei ad id jus competeret.

(88) Div. *lib.* 14. *anno.* 1326. Haræus *eod. ann. in Ioan. III.*

Agebat enim ſub cuſtodia Ducis detentus Rainaldus, cujus compoſitio remiſſa arbitrio Regis. Cùm verò urgeret Dux ad ſententiam, Rex antequam leges pacis proferret, poſtulavit à Duce, ut Falcomburgi muri dirupti inſtaurarentur. De tàm iniqua poſtulatione commotus Rex; bellum miſſis Fæcialibus Regi nuntiavit; quibus excandeſcens Rex, in Galliam profectus fuit, ut Regem in Ducem commoveret. Sed nihil profecit, immò pro Duce ſtetit, donec ann. M. CCC. XXX. ſubmota lite de Comitatu Atrebatenſi inter Mathildem, & Robertum, proque Mathilde judicato in Curia Pariſienſi; Robertus, quaſi injuria ſibi facta elatus, ad Joannem Namurci Comitem, poſtque ad Henricum Brabantiæ fugit. Quibus Regi Philippo Gallorum relatis, miſſis Legatis Henrico, Rainaldum, ut perduellem poſtulavit. Duce verò non parente, Rex Bohemo ſuaſit, ut bellum Brabantinum ad finem perduceret, diſtinatis ad ſumptus multis auri talentis. Ad hoc bellum ultrà Regem Gallorum diverſi Principes coiêre fœdus; inter quos (præcipui Adolphus Leodienſis Epiſcopus, Gerardus Comes Juliacenſis, Guilielmus Hollandiæ) acta fuit res bellica vario Marte, multaque cum

ſtrage, uſquequò Rex Philippus pacem cum Duce firmavit (etſi variè agitatum à Bohemo, ut illam everteret) deſponſata Maria filia Regis (89) Joanni Ducis filio.

(89) Div. *dict. lib.* 14. * *Maria filia Regis Ioanni Ducis filio deſponſata.*

Summotis à Brabantino limite armis Gallicanis, in Ducem novum coîêre fœdus Joannes Bohemiæ Rex, Comites Flandriæ, Hollandiæ, Juliaci, Archiepiſcopi Coloniæ, & Trevirorum, Leodienſis Epiſcopus, aliiſque: Flandriæ verò, & Hollandiæ Comites totius operis caput habebantur, à quibus primò ſuſcepta arma in ditiones Brabantinas eruptum, actumque hoſtiliter fuit, uſquequò controverſia remiſſa arbitrio Regis Gallorum, qui pacis leges edidit (etſi diſſentiant Scriptores:) (91) *Joannes filius Ducis filiam Hollandi, Henricus filius ſecundus Gelri filiam, filius Juliacenſis filiam Ducis uxorem ducerent: Hollandum, ac Juliacenſem auri ſumma Dux donaret, ut & Bohemum, ac Leodienſem: Filiam verò Gelri ipſe, viciſſim ipſi Gelrus quoſdam Hoſdonæ propinquos pagos concederet: Mechliniam Rex eatenus manu teneret, donec de Ducis, ac Flandri jure penitùs edoceretur.*

(90) Meyer. *Annal. Flandr. libr.* 13. *ann.* 1333. Suer. *lib.* 12. *eod. ann.*

De illa verò auri ſumma tradenda Bohemo, Leodienſi Epiſcopo, Juliacenſi, ac Hollandiæ Comitibus, nulla mentio apud Meyerum, & Suerium; (90) ſed aſſentiamus cum Divæo. Quis enim, pacis legibus relatis attentis, auſus erit dicere, auri ſummam tradendam Regi Bohemiæ ex vi hujus fœderis productam ex hæreditario, ſeu Devolutivo jure fuiſſe editam, petitione partis Brabantini Status propoſita, & rejecta voto Ordinum, extinctaque virtute pacis firmatæ ex interceſſione Gerardi Comitis Juliacenſis, ni qui obſtrepunt, & intercedunt, ne videatur veritatis lux, quam offerimus?

(91) Div *lib.* 14. Haræus *Annal. Braban. in Ioann. III. an.* 1333.

(92) Idem Div. *d. lib.* 14. *Coîêre tum fœdere Ioannes Rex Bohemiæ, Comes Lucemburgenſis, Balduinus Archiëpiſcopus Trevirorum, frater ejus Archiëpiſcopus Coloniæ: Adolphus Epiſcopus Leodii: Reynaldus Dux Geldriæ: Gerardus Iuliaci.*

Pervenimus jamjam uſque ad umbilicum, ad quintumque exemplum, deſumptum ex Miræo, Haræo, & Lipſio, quod exaratum fuit ab Authore (93) his verbis.

(93) Ex Haræo *Annal. tom.* 1. *pag.* 253. Lipſ. *lib. de Virgin.* Hallenſi, *cap.* 3. *dict. obſerv. par.* 2. *fol.* 75.

„ *Sed etiam in hiſtoria certè non deſunt clariſſima teſtimo-*
„ *nia excluſionis iſtius, qua liberi ex ſecundo matrimonio*
„ *prognati ab ejuſmodi hæreditate rejiciuntur. Quibus quidem*
„ *perſpectis, de obſervantia, atque uſu juris Devolutionis*
„ *in ejuſmodi caſibus haud amplius ambigere licet.*

„ *Exem-*

„ *Exemplum hujuſce rei refertur à Miræo, & ab Ha-*
„ *ræo in duobus Henricis Henrici II. filiis ex diverſis uxoribus,*
„ *quorum prior, qui poſtea dictus eſt Henricus III. in univerſum*
„ *ſucceſſit Patri in Ducatu, ex quo nulla portio ad alterum*
„ *pervênit.* Henricus hic, *verba ſunt Haræi de Henrico II.*
„ *Duce Brabantiæ loquentis*, Mariâ Suevicâ conjuge Phi-
„ lippi Imperatoris filiâ è vivis ſublatâ (loquitur Miræus
„ noſter) ſecundis nuptiis Sophiam ſibi jungit Ludovici
„ Thuringiæ, Haſſiæque Landgravii, & ſanctæ Elizabethæ
„ filiam: ex Maria Henricum III. Brabantiæ Ducem ſu-
„ ſtulit, ex Sophia tulit item Henricum filium cognomi-
„ ne Brabantinum dictum, qui cùm expers paterni Duca-
„ tus Brabantini eſſet, fratri prærogativâ ætatis tranſcripti
„ annos 12. natus adjecit oculos, atque animum ad Thu-
„ ringiæ, & Haſſiæ Principatum materno jure, & gratiâ
„ fretus. *Hæc ſanè verba*, qui cùm expers eſſet paterni Bra-
„ bantini Ducatus, *quæ de nato ex ſecundo matrimonio dicta*
„ *ſunt, diligenter obſervari debent, ac procul dubio plurimum*
„ *ab iis differunt, quæ nuper de partitione facta inter Joan-*
„ *nem I. ac Godefridum ejus fratrem ex eodem thoro prolata*
„ *ſunt*: Facta poſt hæc diviſio inter Joannem, ac Gode-
„ fridum fratres. *Quæ quidem poſtrema verba ſeparationem,*
„ *ac diviſionem expreſſam bonorum Ducatus denotant, ut ſu-*
„ *periora excluſionem indubitatam*, cùm expers eſſet, &c.
„ *Id eſt, cùm nullam partem haberet in Ducatu.*

„ Annal. tom. 1. pag.
„ 253. Eadem Juſt.
„ Lipſius refert in lib.
„ de D. Virgine Hal-
„ lenſi. cap. 3.

(94) Arniſ. *Polit. lib. 2. cap. 2. ſect. 11. n. 33.*

Mirabile quidem habendum, dignumque notâ; quòd cum attentâ ipſius narrationis ſerie, pateat cunctis qualitas nativitatis, ex qua Henricus ſecundogenitus filius Henrici Ducis (Brabantinus dictus ad diſtinctionem alterius Henrici annoſioris fratris) excluſus habebatur à ſucceſſione paternæ dominationis: & quòd, cùm cognitâ ab eo fratris primogeniti prærogativâ, quâ vigente expers erat ſucceſſionis, abiit in Germaniam ſpe ductus Statuum avitorum Thuringiæ, Haſſiæ, & Miſniæ, (95) in quibus ex jure materno ſucceſſit, (94) voluerit Author Gallicanus iniquitatis odio erga Hiſpanum nomen raptus, quòd excluſio, & tranſmigratio fuerit executa vi juris Devolutivi excludentis ab hæreditate paternâ filios ex ſecundis nuptiis ſuſceptos.

(95) Miræus *Chronic. Belgic. ann. 1240. Henricus II. Brab. Dux, Mariâ Suevâ conjuge è vivis ſublatâ, ſecundis nuptiis Sophiam ſibi junxit, Ludovici Thuringiæ, Haſſiæque Landgravii, & S. Eliſabethæ filiam. Ex Maria Henricum III. Braban. Ducem, alioſque liberos, ſup. pag. 306. memoratos ſuſtulit. Ex Sophia tulit alterum Henricum filium cognomine Brabantinum: qui grandior factus adjecit animum ad Thuringiæ Haſſiæque principatum, materno jure fretus.*

Et quòd maximè mirandum, obſtupeſcendumque, quòd conatus fuerit Author mentem ſuam fulcire ſubtili hac machinatione: (96) *Excluſioni verò tàm manifeſtæ liberorum ſecundi matrimonii, ac diſcrimini tàm evidenti inter filios primi thori, obſervatio quædam non inutilis addenda videtur de verbo tranſcripti, quod Miræus certè non inconſultò cæteris interſeruiſſe credendus eſt, quaſi voluerit alium quemdam, quàm ſucceſſionis modum innuere, quo Ducatus ad filium primi thori tranſierat, qui quidem præter jus Devolutionis nullus eſſe poteſt.* Et paulò poſt: *Quo loco obſervandum eſt, omnes omninò interpretes verbum illud,* tranſcribi, *exponere per verbum, tradi; quod nunquam intelligi poteſt, niſi de traditione actuali, ac præſenti alicujus rei, ſicuti contingit in caſu Devolutionis, quæ ſpecies eſt quædam donationis bonorum ſuperſtitis à conſuetudine in favorem liberorum primi thori quodammodò factæ, ſtatim atque matrimonium diſſolutum eſt.*

(96) Obſerv. *ſive reſponſ. ad duos tractat. adverſ. Regin. Chriſtian. jus in Braban. fol. 77.*

Miræus enim, Lipſius, & Haræus, utentes ad excluſionem Secundi Henrici, utque illum expertem ſucceſſionis Principatus Brabantini conſtituerent illis verbis: *Ducatus Brabantini fratri prærogativa ætatis tranſcripti*, legalem ſignificationem ſecuti ſunt, juriſque communis mentem, deſignantem filiis primogenitis ob ætatis prærogativam, ſucceſſionem Domaniorum, familiarumque hæreditatum. Verbum enim *tranſcribi*, etſi à Miræo non fuit inconſultò exaratum, non fuit tamen, ut notat Author: *Quaſi voluerit alium quemdam, quam ſucceſſionis modum innuere, quo Ducatus ad filium primi thori tranſierat, qui quidem præter jus Devolutionis nullus eſſe poteſt.* Hujus enim vocis, *tranſcribere*, etymon, ad poſitionem conſtitutionis Devolutivi juris non eſt coævum, ac innatum, immò contrarium directè naturæ, ac qualitati Devolutionis; quidquid ex Briſſonio, Hotomanno, & Virgilio decantet Gallicus: *Omnes omninò interpretes verbum iſtud*, tranſcribi, *exponere per verbum, tradi; quod nunquam intelligi poteſt, niſi de traditione actuali, ac præſenti alicujus rei, ſicuti contingit in caſu Devolutionis, quæ ſpecies eſt quædam donationis bonorum ſuperſtitis à conſuetudine in favorem liberorum primi thori quodammodò factæ, ſtatim atque matrimonium diſſolutum eſt.*

Tran-

Transcribere enim in sensu legali ex jurisconsultorum mente, secutâ ab Hothomanno, significat absolutam translationem juris in alterum, abdicato dominio rei à transferente. (97) Quod contrarium est ab illâ translatione fictâ, quæ per quasi anticipatam successionem devolvit dominium in filium, remanente patre usufructuario hæreditario ipsorum bonorum.

(97) *L. Vxorem* §. *Agr. plagam, ubi gloss. verb. Transcribi, de legat.* 3. *l.* 3. *C. de revoc. his, quæ in fraud. credit. l.* 3. *C. de Præd. Navicul. lib.* 11. Brisson. Hotom. Schap. *lexic.* verb. *Transcribere.*

Quòd cognoscens ipse Gallicanus Scriptor, videnſque contrariari juri successivo Devolutionis, novam machinationem struxit asserens, *Devolutionem esse speciem quamdam donationis bonorum superstitis.* Unde autem formularie aucupatus fuisti hanc novam juris Devolutivi positionem? Nam recoliti Brabantinarum legum interpretes ab ea dissentiunt: Kinschotius (*a*) enim, Devolutionem speciem esse, dixit, anticipatæ successionis. Christinæus, & Sandeus veram naturam Devolutionis juris designantes, asserunt, ex ea oriri filiis civilem, fictam, & conditionalem proprietatem, remanente penes patrem vero, & proprietario dominio. Audiamus doctissimum Stockmannum. (98)

(*a*) Kinschot. *respons.* 76. *num.* 27.

„ *Sunt qui devolutionem speciem esse dicant* anticipatæ successionis; *ut Henr. Kinschotius responso* 76. *num.* 27. *alii* „ *volunt esse* Inchoatam successionem, quæ perficitur „ morte superveniente Superstitis conjugis, *sed hæ descri-* „ *ptiones præterquàm, quod remotæ sint, & vim rei non satis* „ *exprimant, fundantur super exemplis dissimilibus, & locis ju-* „ *ris hùc neutiquàm applicabilibus, nam in* l. 25. ff. de inoffic. „ testam. item in leg. 56. §. ult. ff. ad leg. Fal. (*Unde for-* „ *mulæ istæ petitæ sunt*) *agitur de rebus, quæ donantur futuro* „ *Hæredi per modum prælibationis, vel anticipationis Hære-* „ *ditariæ, quæ ad eum vivente donatore transeant pleno jure,* „ *tàm Dominii, quàm ususfructûs, quod secùs est in devolutione,* „ *ubi ususfructus, & possessio cum naturali, ac radicali Dominio* „ *manet apud superstitem Conjugem, Liberis autem acquiri-* „ *tur quædam* nuda, civilis, ficta, & sub conditione *proprie-* „ *tas, quæ re ipsâ non aliud est, quàm securitas habendi, si* „ *Parenti suo supervivant, quod infrà diffusius dicetur.*

(98) Petrus Stockmans, *de jur. Devolut. cap.* 1. *per tot. præcipuè num.* 9.

„ *Apparet ex jam dictis, duas esse quasi partes seu primarios* „ *duos effectus Devolutionis, primò quòd Parens superstes non* „ *possit bona sua immobilia alienare: secundò quòd Liberi pri-*

„ *mi*

„*mi conjugii excludant Liberos ſecundi ab eorundem bonorum*
„*ſucceſſione.*

Ex his evincitur, Haræum (99) (attentis juris communis regulis, menteque Juriſconſultorum non Devolutivi) ut Principatum ex prærogativa nativitatis tranſlatum Henrico Primogenito à morte patris deſignaret, juridicè exaraviſſe, ut diximus: (*b*) *Qui cùm expers paterni Ducatûs Brabantini eſſet fratri prærogativâ ætatis tranſcripti*, utens voce, *tranſcripti*, ut dignoſceretur proprietatem, juſque illius abſolutum in eum tranſlatum abſque onere communionis, ob individuam, & primogenialem ſucceſſionem inhærentem Principatui Brabantino à prima illius ætate.

(99) Verba ex Mir. Haræo relati *ab Obſer. dict. fol.* 77. & per nos ſupr. *num.* 97. *Qui cùm expers Paterni Ducatus Brabantini eſſet fratri prærogativâ ætatis tranſcripti.*

(*b*) Petrus Stoekmans *de jur. Devol. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 9.

Et quamvis ex dictis credimus, recognituras gentes (quidquid decantent Scriptores Gallicani) ſervitutem ſubire veritatis, juriſque legitimi Regis noſtri, ſubverſamque prætenſam illam Chriſtianiſſimi machinationem aulicarum Syrenarum cantu efformatam; cùm tamen molem intendant fundere variis dicteriis. Tractatus enim Reginæ Chriſtianiſſimæ his. (*c*)

(*c*) *Tract. Reg. Chriſt. jur. in Ducat. Braban. fol.* 217.

Quòd verò id juris in dominatrice domo, ut in reliquis obti-
„*neat, eaque ſit apud Brabantinos publicè recepta perſuaſio,*
„*ſummi Imperii jus ad filiam ex priori thoro genitam, ut feuda*
„*quæque devolvi, ex iis, quæ regnante Philippo II. acta in Bel-*
„*gio Meteranus commemorat, facilè colligimus. Philippus quip-*
„*pe ex ſuperiori connubio Iſabellam, & Catharinam; ex poſte-*
„*riori Philippum III. genuit, qui in Regnum Hiſpaniæ ſucceſ-*
„*ſit. Cumque ille certis adductus rationibus Belgii Principa-*
„*tum in majorem natu Iſabellam conferre ſtatuiſſet; donationis*
„*diploma miſit in Belgium publicas in tabulas referendum*
„*Brabantinis, qui ut fidem, & obſequium Principibus ſuis*
„*præſtare, ſic ſua jura, leges, privilegia, & majorum inſtituta*
„*tueri ſemper, & conſervare voluerunt, metus injectus eſt, ne*
„*Iſabella, quæ ad Principatum Devolutionis jure vocabatur,*
„*Regis dono, & munere hoc Imperium poſſidere videretur; quòd*
„*in regio diplomate nulla conſuetudinis, ſed donationis tantùm*
„*facta mentio fuiſſet: ſimul quâ voce, quâ ſcriptis declarârunt*
„*iſtam ſibi donationem ea lege probari, dùm Brabantiæ jura*
„*municipalia uſque ad illud tẽpus conſervata non labefactaret,*
„*nec Ducatûs privilegia convelleret. Ac doctiſſimi quique juris*

In-

„ *Interpretes libros certatim edidêre, quibus Devolutionis jus*
„ *cùm rationibus, tùm exemplorum vetuſtate confirmârunt:*
„ *quo Sereniſſima Infans intelligeret ſe non Patris, ſed legum*
„ *beneficio ad ſummi Imperii decus perveniſſe. Parum quippe*
„ *iis viſum fuit, quo legitima ſua Principe fruerentur, niſi &*
„ *leges ſuas, & Majorum inſtituta retinerent. Idque unum*
„ *præcipuæ eis curæ fuit, ut Principis jura cum patriis*
„ *moribus conciliarent.*

Obſervationumque Scriptor. (100) *Idem etiam eo magis dicendum videtur de donatione Provinciarum Belgii à Philippo II. facta Infanti Eliſabethæ filiæ, quòd in ejuſmodi donationis verbis manifeſta ſigna deprehendantur, quibus conſtat Philippum II. pleniſſimè convictum fuiſſe juris Eliſabethæ filiæ, quod ex capite Devolutionis tanquàm primogenita in Brabantia jam acquiſierat, ob eamque cauſam conſilium cepiſſe titulum hunc Devolutionis, quem nullis conditionibus onerare poterat in titulum donationis commutandi, cui quaſlibet conditiones, ac præſertim conditionem reverſionis apponere poſſet.*

(100) Obſer. *de Regin. Chriſtin. jus in Braban. tract. 1. fol. 27.*

(101) Petr. Stockm. *in deduct. verſ. Similiter Philippus, & tract. de jur. devolut. cap. 21. n. 9. & part. 2. cap. 3. per tot.*

(102) Tratado del Eſcudo de Eſtado, y Juſticia, *à fol. 155.* Verdad vengada, *part. 2. cap. 4. fol. 41.* Defenſa de Eſpaña, *Preſupueſto 1. à n. 5. & poſt num. 16. & §. 26. num. 211.*

Cum verò mens noſtra, ad non tranſcribendum collimet, adque coërcendam illam ſcriptorum intemperantiam, obtruncanda deſideria, molemque callidæ Sycophantæ evertendam, propugnacula conſtruxerint Petrus Stockmannus, (101) & auctor Clypei Status, & juſtitiæ, (102) turrimque juris veritate munitam, Doctorum pharetris ornatam, clypeis, & galeis hiſtoriarum decoratam, ad tutamen, & pulchritudinem regalis Catholici juris fundaverit Doctiſſimis Defenſionis nunquàm ſatis laudandus auctor, cujus ſonitu conturbati ſunt omnes Gallicanæ Juriſprudentiæ gubernatores, qui ſolventes remum cognoverunt ploratu amariſſimo vacua, & ſomniata ſuæ Reginæ jura, ad illam mittimus lectores; ibi invenient elucidatum, Magni Philippi donationem Belgicorum Statuum in Eliſabetham filiam, etſi merè fuiſſe natam ex paternalis charitatis largitione, (103) innixam tamen fulcro ſalutis publicæ, laudato voto Regis Henrici Galliarum in fœdere Vervicenſi, abſque ullâ juris Devolutivi conſideratione. Quodque attentâ naturâ, ac qualitate donationis admiſſa, ac recepta fuit à filia (104) & illius juris tranſcripti virtute, votoque communi Ordinum, & Statuum Brabanti-

(103) Haræus, *Annal. tumult. Belgic. ann. 1598. fol 542.*

(104) Haræus, *Ann. Flandr. tom. 2. in Philip. II. ann. 1598. De ipſorum dignitate, quam liberaliſſimè proſpicere volentes, omnes noſtras Belgicas Provincias ad dictarum nuptiarum promotionem dedimus, ceſſimus, contulimus, hocque ipſo damus, cedimus, conferimus.* Verba donationis relata à Stockm. *dict. cap. 3. n. 4. Illam accepturam Provincias Belgii, quas ipſi dat viâ donationis, & quaſi ex dono.*

ni,

ni, & Belgicarum Provinciarum (abſque reluctantia , aut controverſia , ut Græcâ fide à Gallicano aſſertore decantatur) ad apicem Majeſtatis aſſumpta ; uxorioque nomine proclamatus fuit Archidux Albertus die 16. Auguſti, anno M. D. XCVIII. Princeps Brabantinus. In qua fidelitatis homagia præſtita fuerunt novis Principibus (105) gratias orans (poſt deciſam controverſiam ortam de præcedentia pro Brabantino Ducatu) Statuum generalium voce Præſes Philippus Maſius, abſque ullâ mentione jurium pertinentium Eliſabethæ, ex propria perſona, exque Devolutionis temporariâ machinatione. Ac quòd , ſi juris Devolutivi virtus vim teneret in Ducatu Brabantino , Sabaudiæ Duces nepotes Eliſabethæ Infantis ex Catharina ſorore haud dereliquerent , omitterentque ſucceſſionem illis directè devolutam , illo candore, ac fide, quâ illud dereliquerunt, gnari, ac edocti à Gallicanis Doctoribus , aſſerentibus tunc Devolutivæ diſpoſitioni in Principatum locum non dari.

(105) Verdad vengada *part. 2. c. 4. fol. 41.*

Tamen in honorem rerum executarum à magnis noſtris Regibus Carolo V. & Philippo II. Ab illo remittente Belgicos Status filio ad nuptias Mariæ Anglorum Reginæ, (106) ab hoc eos donante Eliſabethæ filiæ , in quas acriter invehuntur Gallicani aſſertores , decantantes ab ambitione productas fuiſſe , ingenitamque ſuſcepiſſe turpitudinem : Liceat quærere , ex quo jure, doctrinâ, aut principio, injuſtitiâ, injuriâ naturæ, & juribus Brabantinis invenitur his in donationibus , ab injuſtitiaque immunem laudârunt Gallicani Reges, ſuique Miniſtri, & Conſiliarii , donationem in fœdere Creſpenſi executam ab ipſo Rege Carolo V. Statuum Belgicorum, ipſorum, de quibus nunc contentio, ad nuptias contrahendas inter Carolum Ducem Aurelianenſem ſecundogenitum filium Franciſci I. Gallorum Regis. (117)

(106) Obſer. *de Regin. Chriſt. jus in Brab. fol. 26. Et quidem quòd Carolus V. Imperator pepigit in contractu matrimoniali inter Philippum II. filium , & Mariam Angliæ Reginam , nullius etiam ponderis eſſe poteſt.* Et poſt : *Talem Caroli diſpoſitionem iſtius juris tacitam eſſe confeſſionem , ac potiùs ambitionis , quàm poteſtatis argumentum: cùm aliundè in hujuſmodi caſibus ex ſingulari facto nunquàm jus conſtitui poſſit abſque omnium legum interitu , quarum uſum, ac obſervationem continuam , non eſt æquum unicâ actione contrariâ evacuari , & ad nihilum redigi.* Ad id verò, quod de Philippo II. notat videnda verba relata *num.* 100.

(108) Vide *Tract. 1. §. 5. n. 38.* Sandov. *Hiſtor. Carol. V. lib. 26. §. 27.* Haræus, *Ann. Brab. in Carol. V. ann. 1544.* Pont. Heut. *rer. Belgic. lib. 12. eod. ann.*

Quæ enim diverſitatis ratio , quid in hâc donatione privativè inventum , quod non inſit in donatione à Carolo factâ in commodum Philippi filii ; à Philippo , in utilitatem Eliſabethæ ? In fœdere enim Creſpenſi , jure publico , ſupremoque communi atten-

tento, ad commodum filiæ renuntiata fuit dominatio, etiam superstite Philippo masculo, ad quem si jus, Devolutionis pensandum, devoluta erat à die 1. Maji anni M. D. XXIX. quo defuncta Augusta Mater Maria.

Sed ad hanc publicam, augustamque decisionem, obliterantem omnia Gallicana prætensa jura, facilis responsio, Scriptorum Gallicanorum attenta fide; scilicet, quod donatio Carolina versata fuit in commodum Gallicanæ Dominationis, ad cujus conspectum nulla esse potest violatio jurium, nulla naturæ repugnantia, injusta conventio, nec ordinis publici conturbatio.

§. III.

CONSUETUDINES, MORESQUE ab inferioribus subditis inductæ, & receptæ ad successionem feudalium, sivè allodialium bonorum, etsi à Supremo Principe laudatæ, ad illorum bona Domanialia præcipuè non protendùntur.

SI Postulatio edita à Joanne Bohemiæ Rege, nepote Joannis I. de parte sibi ex jure maternæ hæreditatis assignanda in Ducatu Brabantiæ, vota communi Principis, & Ordinum, iniqua dicta fuit (1) contrariaque patriis juribus, quibus attentis, masculo superstite, fœminino sexui in Ducatu jus non datur: Quid responsuros dicemus Brabantos fœminæ filiæ petenti, excluso fratre masculo, paternum Principatum, obliteratis Naturæ, Gentium, & Publici juribus, violatisque lararibus votis, ni quod sinè flagitio, & religionis periculo, masculus à Principatu à Cælo dato, ac à natura perfectione sexus genito ejerari non poterat.

Et si id justum, ac legitimum, secundùmque jura communia, Brabantinorum placita, & vota; undè fas habendum Regi nostro Patrimonium suum, ac Principatum providentiæ munere sibi collatum deserere? Ni submissis Brabantinis fascibus ad Christianissimæ Reginæ commodum, inductoque novo jure repugnanti sen-

(1) Div. *rer. Brab. lib.* 14. *Iniquam Duci, Proceribusque videri Regis postulationem, cùm ab omni penè memoriâ inter Brabantinos observatum sit, ne masculo superstite, fœminis in Ducatu successionis jus detur,* suprà §. 2. *à num.* 42.

ſententiæ, menti gentium fulcito tantùm libidine Regum Gallicanorum, anxiè collimantium ab Hugonis Capeti ætate, uſque ad ſceptrum Ludovici XIII. ad Brabantiæ Dominationem, diverſis ad id efformatis ſententiis contrariis directè Reginæ voluntati, verſantibus tunc precisè in eo, quod Gallis Regibus directum competit dominium Brabantini Principatus, quatenus feudum eſt Gallicanum, conceſſum beneficentia Imperatoris Germanici, & voluntate Regis Carolo Duci, (2) Lotarii fratri, ea conditione, ut in ſexu maſculino perduraret. Ob idque cùm decederet primi inveſtiti filius, Otho inquam Dux, abſque maſculina prole, devolutum fuiſſe ad Gallicanum Domanium; à quo tempore Dominos proprietarios Brabantiæ Reges Gallorum aſſeruit Limneus. (3)

(2) Manif. *fol.* 224.

(3) Joann. Lymn. *not. Franc. lib.* 2. *cap.* 2. *in teſtim. litt. H. Carolus Dux Auſtraſiæ, quæ nunc Lotharingia dicitur.* Et poſt: *Quem dicebat eſſe feudum Imperii, de quo inveſtitus ab Imperatore,* Zyp. Hiat. Caſſan. *lib.* 1. *cap.* 16. §. *Brabantiam.*

Undè enim ſi hoc jus fœminas à Ducatu removens, laudatum fuit (ut notavimus à prima ætate Ducum Brabantinorum) à Gallis, & ex eo juſta non ſolum, immò neceſſaria illarum excluſio, conantur tunc aſſerere, Reginæ Chriſtianiſſimæ competere Principatus Belgicos, Ducatumque Brabantinum, vi cujuſdam conſuetudinarii privati juris, deferentis ſubditorum filiis primi thori, dominium feudorum, & bonorum paternorum.

Sed cùm ad id tutandum variè verſentur, coadunatis diverſis juris principiis, ac regulis, adhuc tamen (recolito ſuorum libellorum contextu) ex toto evincitur, in id temporariè tantùm collimaſſe, ut doctrinarum varietate intercederentur, & non videretur clarum lumen veritatis jurium Regis noſtri. Quod ut conſequerentur, nova dogmata efformarunt, decantantes, majorum mores, conſuetudineſque abſolutè habendas animam Rerumpublicarum, ſpiritumque, ſeu intelligentiam moventem formas ſucceſſionum, taliter ut ſimul, ac indiſtinctè ſupremæ res, ac infimæ unico impulſu ducantur, ſive feuda, ſint ordinaria, ſive feuda, & bona ſubditorum, quorum voto inducta ſucceſſionis qualitas, ſive Principatus, ac Regum Patrimonia, etiam illa, quæ Majeſtati coæva ab ipſa Corona divelli non poſſunt. Audiamus Gallum. (4)

(4) *Tract. Reg. Chriſt. jur. in Ducat. Brab. fol.* 154. *num* 9. Manf. Hiſp. *fol.* 227.

„ *Duo*

„ *Duo quippè insunt in Principatu, quæ non confusâ, sed*
„ *distinctâ quâdam ratione spectari debent; feudum videlicèt,*
„ *& summa huic adjuncta dignitas: quid utrique seorsim con-*
„ *veniat, quid summo Imperio, ut feudum est, quid illi, ut*
„ *cæteris dignitate præcellit, tribuendum sit, diligenter intuen-*
„ *dum, ne fortè labamur errore sermonis, & nominis aucto-*
„ *ritas, velut fulgore quodam mentis aciem perstringat, cùm*
„ *tamen vox ipsa rei naturam non mutet. Quamobrem id fa-*
„ *cilè concedimus, feuda, aut dominia cum summis Imperiis*
„ *conjuncta præclarâ quâdam esse conditione, & reliquis lon-*
„ *gè esse præstantiora; adeò, ut vim ipsam, & eximias Prin-*
„ *cipatûs dotes in se quodammodò traxisse videantur. Sunt enim*
„ *libera, nulli obnoxia, ab omni alienatione, aut divisione tuta.*
„ *Sed illud quoque fatendum est, novæ illius velut formæ, aut*
„ *splendoris accessione nihil mutari fundum; qui ut materies*
„ *quædam huic dignitati substernitur; neque adeò nativas*
„ *feudi dotes extingui, aut illius demùm everti naturam, quâ*
„ *vestituræ legibus, & patriæ consuetudini adstringitur. Ille*
„ *quippè dignitatis apex est instar cujusdam ornamenti, vel*
„ *accidentis, quod substantiam rei, cui insidet, non destruit,*
„ *sed speciem ei, & decorem addit. Quot enumerari possunt*
„ *feuda cum summo Imperio conjuncta, quæ in suâ origine fue-*
„ *runt ab eo separata? Immò nullum est, quod naturâ suâ, &*
„ *ab ipso fonte optimâ illâ fuerit conditione institutum. Hoc uti-*
„ *que juris, hanc prærogativam politica quædam ratio in no-*
„ *stros mores induxit, ut alia quæque dominia huic velut Prin-*
„ *cipi subjiciantur. Sed non continuò à patriis id legibus, quibus*
„ *antè erat obnoxium, liberatur. Hinc præstantissimi juris In-*
„ *terpretes præclarè nos admonent longè aliam esse Principis,*
„ *aliam Principatûs, aut dominii rationem: illius potestas è*
„ *cælo defluxit; nullis ea, quàm justitiæ, aut rationis finibus*
„ *continetur. Cùm autem dominium, aut feudum Principatûs,*
„ *vel summi Imperii voce signamus, tùm nomine quidem abuti*
„ *videmur, & mentis cogitatione rem depingere, quæ esse nullo*
„ *modo potest, ut possessio, ut fundus iners, & inanimis ratio-*
„ *nem habeat imperii, quòd vim quandam excellentem in actio-*
„ *ne, motu, & auctoritate positam intellectu suo complectitur.*

Tota hæc auctoris vermiculata aureis vocibus structura, nec ad rem, nec ad contentionem facit, immò aulica chimæra habenda, generata ex adulationis, & va-

nitatis complexu. Nam cùm Majeſtas, quâ ornatur Principatus Brabantinus, Deus ſit in terris, (5) cujus motu inferiorum res omnes abripiuntur, cujus radiis illuminantur, ac vivificantur minora luminaria Rempublicam conſtituentia, cujuſque exemplo contineantur privatorum ſucceſſionum jura (6) ad illius conſpectum omnia alia etiam ſummæ neceſſitudinis obſcurantur. (7)

Quare etſi in Principe (ut voluit Gallus) duæ inſint extrinſicæ res, dignitas ſcilicèt, & feudum, ſic tamen vi Majeſtatis, & Imperii inſunt confuſæ, ac indiſtinctæ (ut etſi diſtinctæ inveniantur inter cæteros privatos homines) attamen in eo diſtingui, nec divelli poſſunt. Notemus ex ipſo: (8) *Quo circa regale Dominium cum Corona conjunctum habet ſua jura ab aliis bonis ſeparata.*

Haud credimus mentes Gallicanorum amantium veritatem, novatorio lubrico aſſentire dicterio illo decantante Principum ſucceſſiones terminandas ex vi illius juris conſuetudinarii, ad inferiorum ſubditorum hæreditates recepti, cùm purum axioma, ac laudatum ab omnibus ſit, præcipuè à Brabantinis Doctoribus, maximè à Kinſchotio: (9) Quòd conſuetudo ſervanda ſit, quæ juſta, & rationi conſona, (11) à Principeque recipienda, quæ intra Majeſtatis lares nata, & ſuſcepta fuerit.

Et quamvis ex hoc articulo terminanda venerat contentio; priùs verò, quàm deſcendamus ad eliciendam ſententiam à Gallicanis inculcatam, ſcilicèt an in Principum ſucceſſionibus locum teneat conſuetudo recepta inter ſubditos: Meminiſſe oportebit, quod ut latè §. 1. (10) exaravimus, Principatûs Brabantini ſucceſſio, feudorumque, & bonorum, quibus decorata dignitas, conſtituta eſt in favorem maſculini ſexûs, tàm

(5) Tacit. *lib.* 3. *Ann.* Hieron. Oſor. *de Reg. inſtit. lib.* 4. *Deus in terris ſingulari cultu, & veneratione digniſſimus, lib.* 5. *&* 6. *tit.* 1. *part.* 2.

(6) Abb. Panormit. *conſ.* 6. *num.* 2. Scipion. Gentil. *de juriſd. lib.* 2. Oſſuald. *lib.* 16. *comm. cap.* 7. *in not. litter. BB.* Joan. Jacob. Draco *de orig. Patric. lib.* 2. *in proœm. Deus in terris, & ſervus Dei, qui omnes Dignitates in ſe continet. Eſtque Rex, Dux, Marchio, Comes. Immò cujus pedum ſcabellum ſunt omnes Dignitates: quique poteſt eas infringere, removere, & transferre. Judex Judicum, Supremus Principum Princeps.*

(7) Hieron. Oſor. *de Reg. inſtit. dict. lib.* 4. *Vt intelligatis quantum ſit Regis nomen, nempè cujus magnitudine, claritate, ſplendore, omnia nomina ſummæ etiam neceſſitudinis obſcurentur, & evaneſcant, tantumque inter omnes, qui publicum munus aliquod gerunt, excellat, ut omnia ad illius amplitudinem referantur.*

(8) Dict. Tract. *fol.* 161. *num.* 14.

(9) Henric. Kinſchot. *Tract.* 2. *de Auctor. Sen. Brab. cap.* 5. *num.* 5.

(11) Franc. Zyp. *not. jur. Belgic. lib.* 4. *tit. De feud. Sed quia variatur ubique admodùm hæc materia, ſpeciales feudorum leges cuique ſuo loco ſunt excutiendæ. Apud nos conſtitutio Caroli V. data* 15. *Novembris* 1531. *& Philippi Boni* 1446. *Dicitur hic ſæpiùs judicatum feudorum uſus, ſeu jus commune feudorum, non aliter hìc ſervandum, quàm ratione conſonet.*

10) Diximus *Tract.* 1. §. 4. *num.* 4.

tàm ex primorum Principum & gentium Brabantinarum voto, quàm ex pacto, & providentiâ Imperatorum, Regum, & Principum, quorum voluntate plasmatus : quo casu illius successio nec sub auctoritate, nec potestate erit consuetudinis, aut morum, ut etiam ipse assertor Gallicanus firmanter asseruit : (*a*) *Quòd si lege quâdam Regiâ, aut inolitâ consuetudine, qui sint ad Regni, vel Principatûs successionem vocandi, constitutum fuerit : dubitari non potest, quin hujus legis, aut consuetudinis valere debeat auctoritas, cùm omnes fateantur Majorum instituta sancta esse, & tanquàm publica patrimonia retineri oportere. Hinc Franci nunquàm à Salicâ lege, quæ fœminas excludit recesserunt. Suus enim cuique genti mos, suum cuique Regno jus est conservandum.*

(*a*) dict. *Tractat. fol.* 151. *num.* 5.

Ne verò credamus laxare remum ad flatum Francicæ cupiditatis, cùm jure attento publico successiones Regnorum, Dignitatum Regalium, Principatuumque, nec trutinandæ sint ex vi consuetudinis, etsi generalis inter inferiores subditos receptæ, ingredimur ad designandum Principum hæreditates, ac successiones, nec illorum fasces submissas esse privatæ virtuti.

Cùm etsi vera sit communis sententia, Doctorum numero, exornata à Gallis, (12) Antesignano constituto Grotio ad id, ut consuetudinis vis valitura sit ad designandam successionum, & hæreditatum formam; adhuc tamen necesse erit, quòd producta, recepta, laudata, & præscripta sit specificè in ipsis rebus, bonis, dignitate, aut Principatu, in quo collimatur. (13) Nam cùm consuetudo, attentâ definitione, si jus quoddam genitum, susceptum, & institutum ex liberis actibus, ac factis (14) executis à non habentibus potestatem, nec auctoritatem legis faciendæ, (15) extensibilis non est, (16) nec in se, formâ, ac circumstantiis extra illas res, bona, personas, intra quas genita, nata, & suscepta. (17)

(13) Obser. *sive Respon. ad tract. advers. Regin. Christ. jus in Braban. fol.* 18. Manif. *à fol.* 215. *cum seqq.*

(13) Bart. *l.* 1. §. *Hoc interd. de itiner. actaque privat.* Ancharr. *cons.* 339. *n.* 9. Corn. *cons.* 75. *l.* 3. *& cons.* 283. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 389. *n.* 7.

(14) D. Thom. 1. 2. *q.* 96. *l.* 1. *tit.* 2. *p.* 1. Bart. *l.* 2. *à n.* 1. C. *Quæ sit longa consuet.* lat. *l. De quibus, n.* 42. *De legib.* Ren. Chopin. *ad ll. And. Præl. de Commun. Gallor. consuet. part.* 1. *cap.* 4. *art.* 1. Menoch. *cons.* 37. *n.* 91. Suar. *de legib. lib.* 7. *c.* 1. *&* 2. Alexand. Turam. *de legib. l.* 3. *c.* 6.

(15) Bald. *dict. l.* 1. *De quibus, n.* 105. *De legib.*

(16) *Cap. Super eo, de consuetud. tit. de feud. cogn. in feud.* Bart. *in l.* 1. §. *Quis hoc interdicto. & in l. fin. C. commun. utriusque jud.* Roch. de Curt. *cap.* 2. *de consuetud. n.* 318. *c.* 1. *de feud. cogn.* Menoch. *cons.* 34. *n.* 21. *& cons.* 226. *n.* 40. Rosental. *de feud. c.* 9. *concl.* 56. *n.* 7. *& concluſ.* 58. *n.*

Hinc

38. Suar. *de legib. l.* 7. *c.* 19. *n.* 26. Renat. Chop. *ad ll. And. Prælud. de commun. Gall. consuet. p.* 2. §. 4.

(17) Innoc. *cap. In litteris, num.* 7. *De restit. spolia.* Abb. *cap.* 2. *num.* 16. *de consuet.* Ant. Fab. *in* C. *lib.* 1. *tit.* 2. *defin.* 45. *num.* 19. *& Add.* Menoch. *cons.* 163. *num.* 9. *& cons.* 220. *num.* 34. Solorçan. *de gubern. Indiar. l.* 2. *cap.* 22. *à num.* 20.

Hinc Scriptores quæsiêre, an si ex consuetudine receptum sit, quòd exclusâ matre, frater succedat fratri; nùm idem servandum, si mortuâ matre, superstes sit avia, ad hoc ut eâ exclusâ succedat frater. Et communi assensu notârunt, hæreditatem nepotis aviæ competere, ni in exclusione, & fratris masculi admissione, causâ publicâ conservationis familiæ, aut agnationis versetur: Cùm consuetudo vim non teneat extra metas, speciesque specialissimas rerum, & hæreditatum, in quibus orta, & præscripta, (18) Quòd idem in bonorum successione firmârunt, asserentes; quòd si consuetudo certam formam succedendi præscripserit bonis liberis illa in feudalibus, servanda non erit. Quare, etsi attentâ consuetudine feudali, Religiosi à successione excludantur, non ob id removentur ab hæreditate aliorum bonorum paternorum. (19)

(18) Fulgos. Jas. post Bart. *in d. l. de quibus, de legib.* Schrader. *de feud. p.* 10. *sect.* 20. *num.* 276. Wesemb. *cons.* 54. *n.* 37. Theod. Reinfing. *de Regim. sæcul. l.* 2. *claſ.* 2. *c.* 9. *à n.* 20.

(19) Bald. *in d. l. de quibus, lect.* 2. *n.* 14.

Hujus auctoritatis consuetudinariæ vi, apud nos laudatum est, quòd ascendentes non succedant descendentibus in bonis familiaribus, truncalibus dictis, sed ad truncum, seu familiam paternam, vel maternam devolvantur. (20) Quærunt Scriptores: Primò, an jus ex illa productum sic reale sit, inhærensque ipsis bonis, ut defuncto possessore, sive testato, sive intestato, ad proximum devolvantur. Secundò, quibus in bonis locum teneat successio, an sub illius virtute includantur prædia tàm rustica, quàm urbana; anque locus sit consuetudini, etiam in censibus redimibilibus mixtam naturam sustinentibus: Et firmiter asserunt, in unoquoque territorio receptum morem servandum, absque extensione de re ad rem, de loco ad locum, de personis ad personas. (21)

(20) *L.* 6. *Tauri, l.* 1. *tit.* 8. *l.* 5. *Recop.* Diximus sup. §. 1. *in princ. tract.* 2. *n.* 20.

(21) Avendan. *dict. l.* 6. *Tauri, glos.* 11.

Ex quo ad constituendam coactioncm ex vi Devolutivæ consuetudinis, inefficax erit assertio nuda dicentium, inter Brabantinos consuetudinarium jus Devolutionis locum tenêre, ex eo quòd in illo Circulo laudatum. Necesse enim est consuetudinem receptam esse, & servatam in re, loco, familiâ, gentibus, de cujus bonis, aut feudis agitur, cùm extensibilis non sit, præcipuè ad Principatum, aut enim consuetudo formam constituat ad illius successionem, necesse est, quòd nata,

ta, susceptaque sit ab ipsa dignitate. (22) Nec ex quo suppetant exemplorum copiæ laudantium formam receptam hæreditandi in familiis subditorum, indè jus deducendum ad successionem dominatricis familiæ, cùm à diverso fonte, perque diversos rivulos deducatur successio supremitatis. Quæ sententia sic sacra habita, ut pro eâ decisa fuerit in Parisiensi Parlamento controversia Ducatûs Burgundiæ, servatâ familiari ipsius dignitatis consuetudine, rejecto aliarum familiarum, etsi supremarum usu, succedendique (23) more.

Et quamvis hæc omnia, nec privatis municipalibus constitutionibus tantùm, sed publici juris regulis attentis firma sint, ac immutabilia: Cùm verò quærant Scriptores tàm Politici, quàm Jurisprudentes; ex quâ regulâ, aut ex quo jure versandum ad decisiones successionum; Distinctione hâc attentâ procedunt: Aut enim agitur de successione Principatûs, feudorum Regalium, bonorum familiarium, aut ordinariorum. In primâ successione cùm difficile sit jura Regnorum constituere, ad illud jus successio referenda est in eâdem domo, familiâque Imperii laudatum, (24) excluså omni aliâ consuetudine, aut more externo, sive privato, sive communi. (25) Quod si verò adest voluntas Principis constituentis Regnum, concedentis feudum, testatoris emologantis propriam successionem, vel legis constituentis in successione formam, id servandum, quod præceptum fuerit à lege, aut voluntate. Audiamus Gallicum ipsum assertorem: (26) *Quod si lege quâdam Regiâ, aut inolitâ consuetudine, qui sint ad Regni, vel Principatûs successionem vocandi, constitutum fuerit: dubitari non potest, quin hujus legis, aut consuetudinis valere debeat auctoritas.*

Si verò legalis constitutio, vel voluntaria dispositio deficiat, ex consuetudine in Metropoli (27) laudata versanda erit successio, vel ex formâ Regiæ successionis, (28) ad cujus motum, & exemplar successiones etiam privatorum agitantur: (29) *Hinc Molina inter Hispanos Doctores nobilis, in eo Tractatu, quem de Majoratibus conscripsit, ut certum, & exploratum docet Majoratûs dignitatem ad Regiæ*

(22) Vinc. Cabot. *lib. 1. disp. cap. 10. Aut enim ex testamento, vel ab intestato nullo condito testamento Regi succeditur: aut jure legis, vel consuetudinis. Difficile est in tanta obscuritate rerum qua premimur, (latent enim omnia fere jura Regnorum) constituere, qua regna ad hoc, aut ad illud genus successivi regni referenda sint.* Freder. à Sand. *comm. in Gelr. consuet. tit. 3. cap. 2. §. 4. n. 15.*

(24) Joan. à Sand. *Theatr. Pract. lib. 4. tit. 5. diffi. 8.* Marc. Ant. Dominic. *Assert. Gallic. cap. 8.*

(25) Quint. Curt. *de reb. Alex. lib. 10. In eadem domo, familiaque Imperii vires remansuras esse, hæreditarium Imperium stirpem Regiam vindicaturam.*

(25) Vincent. Cabot. *dict. lib. 1. cap. 10.*

(26) Dict. *Tract. Reg. Christian. fol. 151. numero 5.*

(27) Bart. *lib. 2. C. quæ sit long. consuet.*

(28) Barbat. *Cap. 2. de consuetud.* ubi Roch. de Curt. *num. 537.* Bald. *Authent. Defunct. C. ad Trebellian.* Pelliz. *ad consuetud. adverf. in prælud. num. 89.* ex Bald. *tit. de Pac. constan. verf. quia controverf.* Matth. de Afflict. *decis. Neapol. 226. num. 5.* Renat. Choppin. *ad ll. And. lib. 1. cap. 5. n. 3.*

Joan. à Sand. *Theat. Pract. lib. 4. tit. 5. diffic. verf. Ex testamenti verbis, conject. 1.*
(29) *Regina Christian. fol. 158. num. 12.* Manif. *fol. 229. ex lib. 2. tit. 15. p. 2.* Molin. *de prim. lib. 1. cap. 3. num. 10.*

poteſtatis formam, & exemplum fuiſſe conſtitutam : eadem utriuſque jura ſucceſſionum eſſe deſcripta, ac denique Regnum Hiſpaniæ omnium Majoratuum caput exiſtere.

Cùm enim ſucceſsio voluntaria, aut legalis ex poteſtate proveniat (30) non ex vi conſuetudinis, in ſucceſsione municipali inductæ virtute Devolutivi juris, quia ex origine orta adverſo juri publico, ac communi gentium, illa mens Molinæ, & conferentium auctoritatem conſuetudini ſupremæ Principis, vel Metropolis ad hoc ut ex jure in ea verſante metiantur ſucceſsiones inferiorum, rejecta fuit à Chriſtinæo, aſſerente, Devolutionem locum non vindicare extrà loca, territoria, aut bona, in quibus ſpecificè receptam, ac laudatam non inveniamus. Cùm etſi quoad ſubjectionem, ac recognitionem ſuperioritatis ſubſint inferiores, non verò coactivè adſtringuntur ad ſervandam ſucceſsionis formam, ni à lege, aut poteſtate præcepta ſit. Quo principio attento, ac quod conſuetudo non eſt extenſibilis de loco ad locum, de re ad rem, nec de perſonis ad perſonas, etiamſi in capite, ſeu Metropoli laudata ſit ad territoria, & bona inferiorum non erit propaganda, nec poterit; ſicuti deciſum fatetur (quod conſonum eſt menti Molinæ, Didaci, & cæterorum à Gallicano aſſertore adductorum, nec aliter intelligendorum) à Mechlinienſi Senatu, (31) ſervata conſuetudine locali, ſpecificè in locis, rebus, aut perſonis tantùm, in quibus recepta, ac præſcripta. (32)

Nec ullus invenietur in toto Juriſconſultorum, ac ſcribentium numero auſus dicere, (33) conſuetudines inferiorum vim vindicare coactivam ad conſtringendum ſuperiorem, authoritatemvè ad præſcribendam formam ſucceſſionis in feudo, aut Domanio dominante : Ni novus Gallicanus aſſertor, (34) qui Hiſpano idiomate defenſionem ſuſcepit prætenſi juris Reginæ Chriſtianiſſimæ; ſed cognita hujus temporariæ ſententiæ novitate, illam temperare conata fuit Gallia, adque legitimam juris, & Doctorum mentem reducere, aſſerente latino tractatu : *(d) Quod cùm nulla eſt de jure Regni, aut Principatus deſcripta lex, & compoſita in conſuetudine ipſa, aut lege municipali, quæ authoritatem habet vetuſtatis, jus omne verſetur.*

Cùm verò non claram mentem deſignent, immò

(30) *L. 2. tit. 15. par. 2.* Molin. *de Primog. dict. lib. 1. cap. 2. n. 10.* Monferrat. *adductus infra nu. 33.* Freder. à Sand. *comm. in conſuet. Gelr. tract. 3. de judic. feudal. cap. 5. n. 11.*

(31) Paul. Chriſtin. *in ll. Mechlin. tit. 16. art. 24. in addit. verſ. Nota hic etiam, & vol. 6. deciſ. 90. à num. 22.*

(32) Marc. Anton. Domin. *Aſſert. Gallic. dict. cap. 8.*

(33) Marc. Anton. Dominic. *dict. cap. 8.*

(34) Manif. Hiſp. *fol. 235 Que en materia de ſuceder à una Soberania, la coſtumbre local prevalece à otro qualquier Derecho.*

(d) *Tract. Regin. Chriſtian. jus in Ducat. Braban. fol. 153. num. 7.*

mò Andabatarum more asserant, in successione Brabantini Principatus, nec voluntatem, nec præscriptam legem esse: Cùm si esset (ut est) nec consuetudini, nec moribus standum sit. (53) Notandum est, quod repugnans est rationi, menti juris, placitoque Doctorum dicere, Regnorum, Principatuumque successiones metiendas esse ex jure, consuetudine, usu, aut more recepto ab inferioribus, ad privatas bonorum suorum hæreditates conferendas, vel transferendas successiones. Nam etsi in sui dogmatis probationem notent. (a)

(35) Cabot *dict. lib.* 1. *cap.* 10. Hug. Grot. *de jur. bell. lib.* 2. *cap.* 7. Besold. *disp. Nomocopol. de Reg. succes. lib.* 1. *disp.* 6.

(a) *Dict. Tract. fol.* 162. *num.* 16.

„ *Sed nè ab ea, quam tractamus, causa longiùs abeamus;*
„ *Principum, ut privatorum bona jure municipali, & pa-*
„ *triis legibus contineri, cùm aliorum Doctorum, tùm maximè*
„ *Hispanorum authoritate demonstremus. Ex iis Albertus*
„ *Brunnus Astensis statuta, seu patrios mores vim habere con-*
„ *tractus, iisque Principem juxtà, & subditos teneri existi-*
„ *mat. Huic accedit Guilielmus Monsferratensis natione Ca-*
„ *talaunus, qui in constituendo jure Regni, aut Principatus*
„ *potiorem esse putat consuetudinis, quàm Romani, vel com-*
„ *munis juris authoritatem; quòd ea sit velut conventio quæ-*
„ *dam ex mutuo Principis, & subditorum consensu profecta,*
„ *quæque dissolvi nullo modo possit. Joannes item de Terra-*
„ *Rubea Regnorum jura, & successiones consuetudine publicè*
„ *recepta deferri, ut rem certam, & apertam docet. In eadem*
„ *sunt opinione Gregorius Lopez, & Montalvus, qui cen-*
„ *sent Principum bona municipali jure comprehendi. Negat*
„ *Petrus Belluga Principem ab usitata consuetudine, præser-*
„ *tim ubi casus à lege provisus non fuerit, citrà injustitiam*
„ *posse discedere. His adjungamus Franciscum Hottomannum,*
„ *qui in causa Regiarum, & feudalium successionum Romanas*
„ *leges vinci ab institutis, & moribus Regionum, ut explo-*
„ *ratam juris regulam, & fixam tradit. Joannes item Faber,*
„ *Baldus, Barbatias, Paulus de Castro, Bartolus, & Ale-*
„ *xander cujusque gentis consuetudine Principem devinctum esse*
„ *decernunt. Sed ne fortè videamur Hispanis Regum, & Prin-*
„ *cipum jura ad sententias Doctorum, velut ad certas leges al-*
„ *ligare; qua mente fuerint Imperatores, quibus non alia ma-*
„ *jor insedit cura, quàm ut Imperii Majestatem conservarent,*
„ *hoc quoque loco demonstremus. Ii profectò solent Procuratores*
„ *suos gravissimè admonere, nè authoritate Imperatoria ad in-*

juriam

„ *juriam abutantur, nevè quid contrà municipalia jura mo-*
„ *liantur, aut Majorum instituta convellant; ac Principi*
„ *quidem statuunt omnia licere, dum patriæ leges serventur in-*
„ *columes, nec à municipali jure discedatur.*

Veritatis sanè cupidi accuratè exaravimus Doctorum omnium à Gallo adductorum verba, & attenta mente Gregorii, Montalvi, & Bellugæ, post Bartolum, Baldum, & antiquos, notavimus, egisse de vi, ac authoritate consuetudinis in genere. Asserentes, quòd illius potestas rebus in omnibus, quibus laudata, sacra est; quod negare temerarium fatemur.

Sed cùm hoc nihil agat ad contentionem nostram, descendamus ad sententiam Doctorum scribentium circà potestatem consuetudinis, nonnè sit alicujus dicentis, inferiorum mores posse præscribere Principi formam ad successionem, & commercium rerum, seu bonorum Domanialium. Guilielmus enim Montferratensis in *Tract. de succes. Regnor.* (36) Agens de qualitate succedendi servanda in Regno Gallicano, gnarus juris, ac quòd ex defectu authoritatis, subditorum moribus supremæ res non subduntur, asseruit, non quòd à Gallo enarratur, immò contrarium, firmiter tenens. Principatus successionem metiendam secundùm morem specificè receptum in ipsa Regia familia, adque ad id sacrum habendum tantùm, quod gymneazalibus usibus laudatum sit intrà Diadematis circulum. Qui procedens ultrà, adque designandum, quid esset tenendum per subditos, dùm lex, aut voluntas successionem non constituerint, firmat, inviolabile esse, quod fuerit receptum in Regia successione. Sed cùm in dubio versaretur apud Gallos, an Dignitates Regales incompatibiles essent, sicuti Ecclesiasticæ, taliter, ut plures ab uno teneri non possint. Respondit, compatibiles esse, cùm in Rege (ad cujus exemplum moventur inferiores) inveniantur possessæ unà cum Regno, Ducatus Normandiæ, Aquitaniæ, Tholosæ, (37) aliæque.

(36) Guiliel. de Monfer. *de succes. Reg. dub.* 1. *num.* 44. *& seqq.*

(37) Idem Monferr. *dict. dub.* 1. *num.* 14.

Ex ipsis principiis juri publico, ac supremo consonis, Joannes à Terra-Rubea (38) agens de Regnorum successione, anque consuetudine designari valeat, tenet quod sic, sed dùm inducta sit, usuque laudata specificè in ipso Regno; quod exemplis comprobat Regnorum

(38) Joan. de Terrarub. *art.* 1. *tract.* 1. *concl.* 6. 7. *&* 8.

Hun-

Hungariæ, & Aragoniæ, in quibus ex teſtamentis deferrri ſceptrum, notat; ſecuſque in Regno Gallicano procedere, in quo ſucceſſionem primogenialem conſuetudinariam admittit ex more Majorum. Quare nihil mirum, ſi ſervetur quod uſu, & antiquorum inſtitutis ſancitum eſt, vetuſtatiſque exempla perſuadent.

Si enim turbulentum (*a*) omninò (teſte ipſo Gallicano Aſſertore) temerarium, & periculoſum eſſet, dùm nullum ſit jus Regni certum, nulla ſuccedendi, ineundique Principatûs lex; quomodò ſuſtinendum, ut conſuetudinis privatæ judicio, ac inferiorum inconſtantiâ ſummâ Reipublicæ permittatur, nitaturque Supremarum Dignitatum ſucceſſio incertis, & inſtabilibus juribus efformatis, ac conſtructis ſub fulcro volubilitatis ſubditorum?

(*a*) *Dict. Tract. fol. 153. num. 7.*

Hinc Joannes Faber, (39) ſententiæ Anteſignanus, quærens, an conſuetudo liget Dominum terræ, reſpondit, quòd non, cùm acta (jus enim à conſuetudine ortum pro tali habendum) inferiorum ſuperiorem non coarctent ex poteſtatis, & auctoritatis defectu.

(39) Joan. Fab. *in §. Ex non ſcript. Inſtit. de jur. natur.*

Quâ juris publici veritate attentâ, menteque Fabri, & illius ſententiam ſequentium, notandum eſt; quòd etſi conſuetudo (ut à Gallis aſſeritur) virtus ſuprema ſit, intelligentia, ſeu anima movens Reſpublicas, jura præcipuè ſucceſſionum, id tamen determinatè eſt ſub certo illo, ac definito organo, quo fuerit alligata, non abſolutè, ac indeterminatè: Cùm intellectus movens regimen publicum, nullo coërceatur certo materiali ſenſibili objecto.

Ex hinc, cùm ne omnia perturbata evadant, ſit in Civili ſocietate ſupremus intellectus, anima dirigens, cohibens, ac coërcens (ſi hunc ſpiritum conſuetudini conferamus, ſeu eam animam Reipublicæ dicamus) adhuc tamen in eâ inſunt tres potentiæ, ſeu partes (ſicut illæ conſtitutæ à Philoſophis in animâ rationali) demonſtrativæ operationum Civilium, ad vitam benè agendam, attento homine in puro naturæ rationalis principio deliberativo, deliberante directionem rerum proſpicientium tàm Majeſtatem Principum, quàm bonum

num materiale ſubditorum, in cujus gratiam omnia condita, & conſtituta fuerunt.

Hâc diſtinctione attentâ, ſi conſuetudo conſtituatur ad demonſtrandum, quod agendum eſt naturaliter ad commune univerſale bonum Reipublicæ; tunc Princeps eodem ſpiritu, eodem conſilio, atque iiſdem motibus agitur, quibus & cæteri homines. (40)

(40) Bald. *c.* 1. §. *fin. Qui feud. dar. poſſ.* Roch. de Curt. *c.* 2. *de conſuetud. n.* 651. Afflict. *Conſuet. Neapol. in prælud. rubr.* 6. *n.* 4.

Si verò conſuetudo reſpicit privatum regimen ſubditorum, ad idque inter eos genita, & ſuſcepta; tunc laudabile, & quaſi neceſſarium Principi creditur patrios mores, traditos à Majoribus uſus tueri, agereque, ne quid contra municipales conſuetudines agatur, & gerere Imperium, ſecundùm mentem, ac animum ſuarum gentium, non revulſis Majorum inſtitutis.

Ad id enim collimaſſe, non in aliud, invenimus Imperatorum mentes (41) in conſtitutiones firmantes inviolabilitatem antiquorum uſuum. Hæc jura municipalia moventia ſubditorum regimen ſunt illa, ad cujus obſervationem Sacramento adſtringuntur Principes, præcipuè Brabantini, in luſtrali die ſui Imperii, ne ex illorum mutatione convellantur Majorum inſtituta. Hæ ſunt illæ patriæ leges, de quibus Gallus notat: (42) *Balduinum Comitem, qui Græcorum poſteà factus eſt Imperator, anno ducenteſimo ſupra milleſimum, antequàm ullæ eſſent municipales deſcriptæ leges, jurejurando ſe coram Procerum cœtu, & magnâ populi frequentiâ obſtrinxiſſe, fore, ut patrias leges, præſertim quæ ſucceſſionum jura conſtituunt, eâdem religione, quâ tenuiores quique obſervaret, neque ab iis umquàm recederet.*

(41) *L.* 3. §. *Planè, Quòd vi aut clam. l. Lucius, ad Municip. l. Antiochenſium, de Privil. creditor. l. Manifeſtè, C. de ſervitut. & aqua.*

(42) *Dict. Tract. fol.* 168. *num.* 21. Manif. Hiſp. *fol.* 245.

Sed tamen illa jurisjurandi religio, & Sacramenti vis tantùm tendit ad cônſervationem jurium, & morum verſantium inter privatos ad res privatas, non tamen ad conſtringenda jura ſpectantia Principis Majeſtatem, cùm ea præclariora, & magis eximia ſibi vindicent, à communibuſque diſtincta ſint, ut agens de Majeſtate Ducum Brabantiæ prænotat Kinſchotius. (43)

(43) Henric. Kinſch. *Tract.* 1. *an. Brabant. Patr. ſit jur. ſcript. c.* 5. *à n.* 1.

Quare, ſi agitur de jure, actione, aut re mixtâ, verſante commodum Principis ex cauſâ, aut principio pro-

producto à voluntate inferioris ; quòd tunc locum teneat consuetudo dirigens, seu constituens formam ad substantiam actus haud negandum est, cùm Princeps tunc eodem spiritu, eisdem moribus, eâdem consuetudine, eodemque municipali jure moveatur, quo moventur subditi. Audiamus ipsum Gallicanum : (44) *Hinc civili jure, quæ imperfecto testamento legata Imperatori fuerunt, ea non potest vindicare. Sic inofficiosi testamenti exceptiones adversùs Imperatorem, ut adversùs privatos uti licet. Neque is potest lege in hæreditatem agere, cùm ad eum fuit solâ pollicitatione delata. Ac leges demùm Falcidia, Trebelliana, & Voconia, ad Imperatorem, & subditos æquè pertinent.*

(44) *Dict. Tract. fol.* 162. *num.* 15. Manif. 234.

Hæc verò auctoritas, licentia utendi remediis communibus legum privatarum in Principes hæredes, seu legatarios privatorum, non credenda, data, ac concessa, attentâ in se Principis Majestate, sed personæ inferioris testantis : Quare cùm ex seipsa dispositio nulla sit, vel quin à testatore contra juris dispositionem actus exequitur, vel violata illius forma. Nec legitima erit, nec sufficiens ad conferendam vim, vindicandumque, quod relictum est, sive hæreditariè, sive in vim legati, (45) habitâ Principis instituti excelsâ qualitate, cùm ornamentum hæredis non possit destruere substantiam, nec habilitare testatoris incapacitatem, nec facere quod jus residens in agente non operetur necessarium ad validitatem, aut invaliditatem dispositionis.

(45) Cujac. *lib.* 15. *observ. cap.* 30. Besold. *de jur. Majest. cap.* 7. *à num.* 2. Hug. Grot. *de jur. bell. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 11. & 12.

Si verò contenditur de Majestate, supremis juribus, Domanioque bonorum Regalium, tunc localis consuetudo inter privatos nata, & suscepta, nec ligat, nec coarctat superioris personam, bona familiaria, gentilitia, aut hæreditaria, coætanea supremitati, ex auctoritatis defectu. Principalium enim successionum omnes imitatores existere debent, non verò subditorum Principes.

(46) Kinschot. *Tract.* 1. *de auctor. Sen. Brab. cap.* 5. *num.* 7. *Undè hanc præcipuis Brabantiæ oppidis in hæredandi facultatem competere, & processisse puto ex inveterato subditorum inter se usu, aut consuetudine, quæ Principem non ligat.*

Ex quo dominativi juris principio Henricus Kinschotius (46) asseruit incivile esse, contrariumque supremitati Ducum Brabantinorum, rationi, ac naturæ asserere Domanialia feuda, bonaque sub potestate esse consuetudinum localium ab inferioribus susceptarum, tàm ex auctoritatis defectu, quàm ex imbibita illa qua-

li-

litate consuetudinis, cujus est descendere ad constringendum, non ascendere. (47) Hinc laudata post Joannem Fabrum, communi voto fuit sententia asserens, Majestatem, Domanialesque res, nec formam suscipere ab usibus, aut consuetudinibus inferiorum, (48) immò omnes in successionibus versandos ad exemplar Principum, subque manu, & voluntate illorum adstrictos habendos. (49)

Ex eo ortum, ut ad validitatem testamentorum Divalium necessaria non habeatur solemnitatum formulâ à Neroniana constitutione, & legibus communibus præscriptâ (50) ad privatorum testamenta; utque nec Principum donationes (51) ad virtutem, & vim insinuatione indigeant, sed voluntate firmentur nuda.

His publici juris principiis innixus, Doctorumque assensu communi Menochius asseruit in tutamen Ducis Ferrariæ, filiorumque; quòd consuetudines communes, vel municipales privatorum, etiam auctoritate firmatæ Principis, illum non ligant, non consuetudinariis præceptis adstringuntur successiones, donationes antenuptiales, cæteræque res prospicientes hæreditates Principum, familiæque. (52)

Et Henricus Kinschotius Ducis Brabantiæ Majestatem describens, etiam firmavit ex vi nativæ Dominationis, non subesse illum, nec dignitatis bona, quoad jura successionum, juri consuetudinario præscribenti inferioribus formam ad successionem (53) bonorum privatorum.

Nec faciunt, quæ ex Grotio novâ inductione prænotavit observator jurium Reginæ Christianissimæ sub his verbis. (54)

Illud tamen tenendum est, quoties voluntatis expressiora indicia nulla sunt, credi quemque id de suâ successione statuisse, quod lex, aut mos habet populi, non tantùm ex vi Imperii, sed ex conjecturâ, quæ etiam in eos valet, quorum in manu est summum Imperium.

Nam si illius doctissimi Doctoris sensum, & mentem notamus, inveniemus tunc consuetudinibus vim contulisse ad successionem, dum legis, vel voluntatis dispo-

si-

(47) Besol. *disput. de Reg. success. dissert.* 14. *thes.* 4. *Si tamen Regnum, vel Principatus non sit absolutus, consuetudo in dubio sequenda est ejus, in cujus sunt clientelâ, cùm in feudis dijudicandis consuetudo descendat, non ascendat.*

(48) Felin. *c.* 1. *de constit.* Roch. de Curt. *de consuetud. n.* 649. Suar. *de leg. l.* 7. *c.* 16. *n.* 8.

(49) *Cap. ad Audientiam cap. cùm inter, de constitution.* Paris. *cons.* 110. *num.* 38. *vol.* 1. Petra. *de potest. Princip. c.* 20. *n.* 9. Ann. Rober. *rer. judic. lib.* 2. *cap.* 1. Joan. Coppon. *obser.* 19. *n.* 28. & 29. Alder. Mas. *de gen. stat. interpret. concl.* 6. *n.* 43.

(50) Vide adducta, §. 4. *n.* 48. & 49.

(51) Ex speculat. *tit. de instrum. edit.* § 1. *in addit. incipit: Hæc subscriptio* vers. *Mulieribus*, Ludov. Roman. *cons.* 58. *n.* 7. Roch. de Curt. *de consuet.* 649.

(52) Menoch. *cons.* 250. *à n* 15. vers. *Re tamen ipsâ* Rosent. *de feud. c.* 7. *concl.* 25. *in not. lit. D. Quòd subditorum statuta Principis, ejusque filios non ligant.*

(53) Henric Kinsch. *de licent. testan. de feud. tract.* 7. *c.* 8. *n.* 22.

(54) Tract. *de Regin. Christ. jus in Brab. fol.* 18. Hug. Grot. *de jur. bell. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 11.

sitio deficiat, ex quo verum in negotio, de quo agimus, quòd cùm voluntatem habeamus præscribentem formam successionis, consuetudinario juri non standum.

Adhuc tamen, etsi hoc firmum sit, ex omnium voto, Gallicanorum mentibus designare cogimur; quod Grotii verba adducta ab Observatore in suæ sententiæ tutamen, tenenda non sunt, ut sonant, sed secundum vim, & authoritatem, ad quam firmandam exarantur. Agens enim Grotius (55) *Cap. 7. De adquisitione derivativa, quæ fit per legem ubi de successionibus ab intestato*, post latè agitatum à *n.* 1. de successionibus juribus Naturali, Gentium, & publico attentis, ut consuetudinario vim, & authoritatem tulisset illam, quam Observator ab illius verbis emulsit *num.* 11. hanc receptam communi placito firmavit sententiam: *Hæc verò, quæ diximus, quamquàm naturali conjecturæ maximè sunt consentanea, non sunt tamen jure naturæ necessaria; ac proindè ex diversis causis voluntatem humanam moventibus, variari solent pactis, legibus, moribus: qui subitionem in locum in nonnullis gradibus admittunt, in aliis non admittunt; alibi distinguunt, undè bona veniant, alibi id insuper habent. Est ubi primogeniti plus postgenitis ferunt, ut apud Hebræos; est ubi inter se æquantur. Est ubi agnatorum habetur ratio; est ubi cognati quilibet cum agnatis tantundem ferunt. Etiam sexus alicubi momentum habet, alicubi non habet: & alibi cognationis ratio habetur intrà propriores gradus: alibi longius extenditur, quæ longum esset exequi, nec instituti nostri. Illud tamen tenendum est, quoties voluntatis expressiora indicia nulla sunt, credi quemque id de sua successione statuisse, quod lex, aut mos habet populi, non tantùm ex vi Imperii, sed ex conjectura, quæ etiam in eos valet, quorum in manu est summum Imperium. Nam & hi probabiliter creduntur in rebus suis æquissimum judicasse, quod aut legibus sanxerunt ipsi, aut moribus probant, in iis dico rebus, in quibus de nullo ipsorum damno agitur.*

(55) Hug. Grot. *de jur. bell. l. 2. c. 7.*

Stupida mens nostra haud invenit, undè observationum exarator, Grotii mente, & verbis attentis, potuit conferre potestatem consuetudini inferiorum ad id, ut valeat jus, legemque præscribere ad successionem eorum, quorum in manu est summum Imperium. Quod enim in Grotii serie invenimus, il-

lud est, ut cùm ut suprà notavimus à *num.* 1. *usque ad* 11. de successionibus privatorum ageret, à *num.* 12. ingreditur ad designandam formam inter gentes receptam, & laudatam, ad successionem Regnorum. In quibus Cabotii (56) doctrinam secutus asseruit, id servandum, quod intrà Regale gynæceum susceptum, ac usitatum fuerit, excluso omni privato more, ac usu, illud firmans à *d. n.* 12. *usque ad finem*, exemplis successionum Regalium, ab Ægyptiorum usque ad nostrorum Principum ætate.

(56) Vincent. Cabot. *disput. lib.* 1. *cap.* 10.

Hæc Grotii sententia sacrata est omnium scribentium voto, (57) qui cùm difficile crederent, firma constituere successibilia jura Regnorum, tùm quia ab aliquibus gentibus à Diademate excluſus habebatur absolutè fœmineus sexus, ut inter Persas, Æthiopes, Wandalos, Gallos; ab aliis admissus, ut ab Hispanis, Anglis, Hungaris, Polonis, tùm quia in successionibus, vel repulsa erat dividuitas Regni, vel concessa inter fratres; vel ex eo quòd ad filios natos in purpura sceptrum tantùm transmissibile (mos nec à Gallis omissus inter filios Philippi Valesii.) (58) Univoco assensu, nullo dissentiente, notarunt Regnum deferendum lege, voluntate, aut consuetudine illa attenta tantùm, quæ genita, nata, & suscepta fuerit in domo, & familia Regia, excluso omni alio privato more.

(57) Guilielm. Monferrat. *tract. de Reg. succeſſ.* Terrarub. adductus *num.* 36. & 37. Vincent. Cabot. *disp. l.* 1. *c.* 8. & *seqq. præcipuè*, *cap.* 10. Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 7. *cap.* 6. & *sequentib.* Hug. Grot *de jur. bell. l.* 2. *c.* 7. Besold. *disp. de Reg. succeſſ. per tot.*

(58) Bodin. *de Republ. c.* 5. *l.* 6. Lymn. *not. Franc. l.* 2. *c.* 3. *in testimon. litt. L.*

Et quamvis mentis nostræ fulcrum firmum sit, attentis legibus, moribusque Persarum, Medorum, Boëtiorum, Argivorum, Lacædemoniorum, Romanorum, Hispanorum, Bohemiorum, Hungarorum, Longabardorum Sceptrum, & Diadema conferentium, illo jure, ac consuetudine attentis receptis, & laudatis intrà familiæ, & Domus Regiæ Lares, cura omittimus, nè transcribere videamur, satis credentes in repulsam Gallicanæ libidinis doctrinam Scholæ Parisiensis, (59) firmantis successionem Regnorum, supremarumque Dignitatum dirimendam esse secundùm consuetudinem privatam Regnorum, non attento consuetudinario à populo, & privatis recepto. Ex quo, attento principio à gentibus in universum laudato, decisa fuit in Gallicano Senatu con-

(59) Vincent Cabot. *d. l.* 1. *c.* 16. *Controversia de Regno secundùm jus privatum Regni, non secundùm jus privatum aliorum Populorum dirimenda est. Et jus successionis in Regno constituendum.*

contentio Ducatûs Burgundiæ, inter Joannam, & Joannem Monsfortenſem : (60) & Comitatûs Atrebatenſis inter Mathildem, & Robertum, in quo conſuetudo tantùm admiſſa fuit, quæ nata, & ſuſcepta intra ipſarum Dignitatum lares omni rejectâ, etſi ſupremâ, cùm diverſa habeatur, & alia ſit, aliorum Ducatuum, Comitatuumque cauſâ : (61) *Nec* (ut notat Æmilius) *Atrebates eodem jure agere, quo Britannos.* Quo etiam inſpecto, in deciſione Ducatus Britanniæ ab ipſo Senatu rejectum fuit conſuetudinarium jus à populo inductum ad ſucceſſionem bonorum, ſeu hæreditatum privatarum, eò quod : (62) *No avia razon alguna para que el Ducado ſe governaſſe por las coſtumbres de los ſubditos, ſino por las de ſu Chefe, que era el Reyno de Francia, porque aſſi ſe avia obſervado en el Ducado de Borgoña, y otros.*

(60) Paul. Æmil. *de geſt. Franc. l. 9. litter. A. & B. in Philipp. VI. Statutumque aliam aliorum Ducatuum, Comitatuumque cauſam : nec Atrebates eodem jure agere, quo Britannos. In cauſâ Atrebatenſi palàm factum, edoctoſque judices eodem mulieres jure, quo viros eſſe ad Comitatum Atrebatenſem obtinendum : Nec patrum repræſentandorum conſuetudinem in Atrebatibus receptam.* Et latè M. Anton. Domin. *aſſert. Gallic. cap. 8. fol. 131. verſ. Obloqueris.*

Eluceat veritas noſtra radiis illius illuſtris deciſionis prolatæ in favorem Joannis Ducis Brabantiæ Jacobæ Hollandiæ, & Hannoniæ mariti ; quâ extincta fuit controverſia, libidine dominandi Joannis Bavariæ ſuborta, de ſucceſſione Ducatuum Hollandiæ, Zelandiæ, & Hannoniæ. Morte enim Guilielmi Comitis Jacobæ Patris, receptus fuit Joannes uxorio jure in Principem : Joannes verò Bavarus Leodienſis Epiſcopus, Jacobæ patruus, & tutor, Brabantinum Ducem uxoris Dignitatibus potiri fremens, Epiſcopatu renuntiato, duxit in uxorem Eliſabetham Lucemburgenſem, Brabantini Ducis novercam, qui fœdus iniit Matrimonii tempore cum Imperatore Sigiſmundo, à quo beneficiariè accepit Hollandiam, Zelandiam, & Hannoniam, quaſi devolutas Imperio, mortuo Guilielmo Jacobæ Patre ſine maſculâ prole, cujus gratiæ munimine Bavarus in Hollandiæ, Zelandiæ, & Hannoniæ poſſeſſionem ingredi conatus fuit, ſed à Brabanto repulſam tenuit, primò, eò quòd regiones illæ feudum Imperii non erant ; ſecundò, quia etſi feuda Imperii crederentur, ex conſuetudinario jure recepto in ſucceſſione illarum, nec ad mares ſolos devolvebantur, ſed ad fœminas. Cùm conſtaret Waldetrudem Carolomanni Auſtraſiæ Principis nepotem, Richildam in Comitatum Hannoniæ, Adam, & Margaretam in Hollandiæ etiam Comi-

(61) Suer. *Annal. Flandr. l. 10. n. 1319.*

(62) Idem Suer. *l. 11 ann. 1341.* Paul. Æmil. *de geſt. Franc. in Philip. Valeſ.*

tatum ſucceſſiſſe. Quibus juribus, rejectò Bavaro, Jacoba fulcita, à populis ſacramenta ſuſcepit. (65)

Sed ut finem imponamus tantæ rei, ſufficiat in laudem noſtræ ſententiæ familiaris conſuetudo recepta apud Germanos in Lanſgravenſi (64) familiâ, juſque in ipſo Diademate Gallicano (65) ſacrum. Attento enim more Germanico, feuda dividua ſunt inter filios, tàm quoad Dignitatem, quàm ad commoda; eo verò obliterato, conſuetudineque privatâ, in Marchionatu Lanſgraviæ, Comitatu Waldachiæ (66) feuda dividua ſunt privativè inter primogenitos, & ſecundogenitos, cæteris fratribus excluſis. Nec facit, quòd repugnet individuitas communi ipſarum gentium voto, cùm id ſervandum ſit abſolutè ſupra omnia, quod natum, ac ſuſceptum ſit in genere, ac domo ſucceſſibili.

Verum etiam eſt Salicam legem (quam Regni fundamentalem decantant Galli) privatam fuiſſe, receptamque tantùm quoad ſucceſſionem bonorum, hæreditatumque privatarum. (67) Nec verò coactivam virtutem meruit ad apicem Regni, uſque quò moribus, & uſu Regio genita, & levata in purpura (68) fuit, quare ad fœminarum, illarumque progeniem excludendam invenimus, non vim legis (69) Salicæ extuliſſe Philippum Valeſium in Eduardum Angliæ Regem Eliſabethæ filium; ſed quod jamjam coactionem teneret, ex quo in ſinu Regum coalita fuerat illius virtus exemplis excluſionem Ermingardæ Ludovici Pii filiæ, Boſoni Regi Burgundiæ nuptæ (70) ſucceſſione Chereberti Regis defuncti abſque maſculâ prole, ex quo tranſmiſſum Diadema ad fratres maſculos. Rodigundæ Chilperici filiæ, nuptæ Leovigildo Viſogothorum Regi, (71) Joannæque Ludovici Utini, excluſæ à Regno ob qualitatem ſexûs.

Si

(63) Petr. Div. *rer. Braban. l.* 18. Haræus, *Annal. Brab. in Joan. IV.* Suer. *Annal. de Flandr. lib.* 18. *ann.* 1418.

(64) Beſold. *diſp. de Reg. ſucceſſ. diſſert. 6. theſ.* 9.

(65) Vincent. Cabot. *l.* 1. *diſp. c.* 13. *An verò conſuetudine tantùm recepta ſit, poteſt quæri.* Et poſt: *Hujus ſucceſſionis formæ à primis temporibus, quibus Capevingia familia Regnum obtinuit, in hoc Regno introductæ certum argumentum eſt, quod non amplius facta eſt partitio Regni inter filios defuncti Regis, quæ in Merovingiâ, & Carlovingiâ familiâ fieri ſolebat.*

(66) Beſold. *diſput. de Reg. ſucceſſ. l.* 1. *diſſert. 6. theſ.* 9.

(67) Ex Hothom. *in Francogal. c.* 10. Maſſon. *Annal. l.* 1. *p.* 44. Joan. Lymn. *not. Franc. l.* 1. *c.* 8. *in teſtim. litter. V.* Vincent. Cabot. *lib. diſp. c.* 16.

(68) Lymn. *dict. c.* 8. *in teſtim. litt. X. Etenim Francia*, &c. Vinc. Cabot. *d. l.* 1. *diſp. c.* 13. *Paulatim verò.*

(69) Paul. Æmil. *in Carol. IV.* Petr. Greg. *Syntagm. l.* 45. *c.* 4. Suer. *Annal. de Flandr. l.* 11. *ann.* 1328. *Y aſsi los Reyes de aquellos tiempos, excluyendo à las mugeres, no alegaron, que las excluian por la ley Salica, ſino por las coſtumbres, que tenian.* Ex Chartar. & Favin. Joann. Lymn. *not. Franc. lib.* 1. *cap.* 8. *in teſt. litt. GG.*

(70) Vincent. Cabot. *dict. lib.* 1. *cap.* 16.

(71) Paul. Æmil. *De geſt. Franc. in Cherebert. & Chilperic.*

Si enim hæc sunt, cæteris formulis obliteratis dogmata, jurisque Divini, naturalis, Gentium, & Publici regulæ, quibus trutinantur Regnorum, ac Imperiorum successiones, undè sustinenda assertio tendens ad firmandum, supremitatis jura versanda esse, attento privato jure ad privatas res inducto, ni violatis Sacro, & Publico jure. Præcipuè dum collimatur à novatoribus de collocandâ in throno Regio, reprobatâ odiosâ illâ consuetudine conferente filiis primi thori præëminentiam, & prærogativam supra filios secundi: (72) Nam etsi verum sit, & ab aliquibus gentibus receptum, limitativè tantùm est inter privatos, intraque strictissimos voluntatis, ac pacti cancellos, absque extensione ullâ directè, aut indirectè, (73) Quòd verò ad Regnorum successionem protendatur, nefandum censuit Chopinus, (74) contraque Majestatem agere asseruit, quisquis dixerit, inferiorum consuetudines vim tenere ad constringenda supremitatis jura, cùm, quæ præsunt attendenda sunt, non quæ subsunt.

(72) *Tit. de Pace tenen. §. Mulier, & §. Filii, Titul. de filiis natis ex Matrim. ad Morgonatic. contr.* ubi Gloss. supr. *Tract. §. 2. n. 13.*

(73) Latè Rosent. ex Jacobin. Curt. Scharder. & aliis *de feud. c. 7. concl. 16. in not. lit. I.*

(74) Renat. Chopin. *ad consuetud. Andium, l. 1. tit. 1. n. 6.* Vinc. Cabot. *l. 1. disp. c. 12. Habitâ ratione consuetudinis Regni, quod præest, non ejus quod subest.*

§. IV.

NULLA EXEMPLA, QUORUM VIRTUTE Reginæ Christianissimæ jura fulcire conantur Gallicani Assertores, ad rem agunt, nec ad casum, de quo est mota contentio.

TOta Gallicanorum Scriptorum mens, ut ex suorum libellorum contextu evincitur, collimavit, ut firmaret virtutem illius prætensi juris consuetudinarii conferentis filiis natis ex primo matrimonio Dominium bonorum, feudorumque paternalium; nec inter privatos Brabantinos tantùm, sed in ipsâ Majestate Ducum Brabantinorum. Ad conferendam verò absolutè consuetudini vim coactivam, subjugantem fasces Majestatis actibus constituentibus consuetudinem (quod jure attento, necessarium est, votoque sacratum Parisiensis Senatûs, in contentione Atrebatensis (1) Comitatûs) temporariè exarantur à Scriptoribus aliqua exempla, enarrationes, decisionesvè, quæ nec ad rem faciunt, nec ad casum; cùm nec in Circulo, ditione, aut Territorio, de quo dissentio, receptæ fuerint.

(1) Ut ex Paul. Æmil. relato supr. §. 3. n. 60.

Haud ignotum id ipsis Gallicanis Scriptoribus, ut verò intercederent ad denigrandum veritatis splendorem, adque terrorem incutiendum, exemplis indistinctè cumulatis spectrum plasmârunt, ut eo terriculamenti genere ignaros terrerent. Audiamus Auctoris verba: (2) „ *Hoc* „ *itaque, cùm rationibus, tùm locupletissimis testimoniis* „ *effectum sit, jura successionum etiam in Regna, & Prin-* „ *cipatus ex publicè receptâ consuetudine, cùm huic lex* „ *nulla repugnat, constitui oportere; nec in difficili est id* „ *ipsum exemplorum, & monumentorum auctoritate con-* „ *firmare. Atque haud scimus, an ullum adhiberi possit* „ *exemplum illustrius, & ad causam nostram magis ido-* „ *neum, quàm Caroli V. Imperatoris, cujus testimonium,* „ *nec recusare Hispani, nec infirmare queant. Cùm enim* „ *is in Belgium universum hoc juris inducere statuisset, ut* „ *in successione Principatuum liberi parentes suos referrent;* „ *celebratis Ordinum Comitiis, & probatâ omnibus consilii* „ *sui ratione, tandem Pragmaticâ sanctione anno quingentesimo* „ *quadragesimo nono supra millesimum, edixit, ut in do-* „ *minatrice tantùm familiâ jus repræsentationis deinceps ob-* „ *tineret: simul omni consuetudini, aut contrariæ legi in* „ *aliquot Provinciis usurpatæ derogavit. Ex quâ quidem* „ *sanctione intelligimus successionum jura in Principatus, ut in* „ *privatorum bona lege municipali, aut patriis moribus æquè* „ *contineri. Quid enim causæ erat, cur id novi juris sta-* „ *tueret, ut receptam ante consuetudinem abrogaret, nisi quæ-* „ *dam Provinciæ contrario jure uterentur, neque in iis regioni-* „ *bus filii æquo loco, aut jure cum parentibus haberentur? Quid opus fuit derogatione, aut prolixam illam perscribere* „ *sanctionem, quâ statutum, aut lex, quæ ante non fuit,* „ *mutaretur? Quid demùm necesse erat Ordinum cœtum con-* „ *vocare, nisi ut id unum novi juris institueretur? Neque enim* „ *aliud quidquam ex usitatâ consuetudine mutatum est; ni-* „ *si id solum, quod in successione Principatuum jus repræsen-* „ *tationis attingit. Reliquam adeò consuetudinem hâc ex-* „ *ceptione firmatam esse constat; quæque ad jura successio-* „ *num in suprema Dominia pertinent, præter unum illud,* „ *de quo diximus, quodque novâ sanctione sublatum est,* „ *Imperator rata esse voluit, & perpetua.*

„ *Nec video, quî possint Hispani hoc exemplum contemnere;*

„ *seu*

(2) *Tract. Reg. Christian. jus in Ducat. Brabant. fol. 164. num. 18.* Manif. Hisp. *fol. 238.*

„*seu constitutionis authorem, seu rem ipsam, quæ sancita fuit,*
„*seu denique interpositam Comitiorum authoritatem conside-*
„*rent. Neque enim Carolo Imperatori, vel in rebus perspicien-*
„*dis sapientia, vel in tuenda Imperii dignitate studium, vel*
„*in augenda potentia defuit ambitio. De jure successionum in*
„*Belgii Principatus tùm agebatur, quæ res Provinciarum*
„*suffragiis, & Ordinum consensu est constituta; adeò, ut in*
„*illa sanctione, nihil prætermissum, nihil neglectum omninò*
„*videatur.*

Ad evertendam vim hujus declamationis ex veritate, summa cum doctrina in arenam descenderunt litterarii Antagonistæ. Doctissimi, inquam, illi Scriptores, scilicèt, qui arripuit Clypeum status, & justitiæ, quique ab injuria illata veritati, veritatem vindicavit, puram, & nativam, elucidantes Imperatoris Caroli V. mentem, publicamque causam, ex qua ducta Sacra Majestas ad ferendam Pragmaticæ sanctionem, (3) in quam acriter invehunt Assertores Gallicani.

(3) Escudo de Estado, y Justicia *à fol.* 138. Verdad vengada, *par.* 2. *&* 4.

Cùm verò hi tractatus rarò ad omnium manus perveniant, liceat ex tantorum virorum scientiæ uberibus emulgere, quæ necessaria fuerint ad aperiendam lucem desideratæ veritatis.

Notum est cunctis, ex nuptiis Mariæ Caroli Audacis filiæ, ad Austriacam familiam ex Burgundica, ad Philippumque Austriacum Maximiliani Imperatoris, & Mariæ filium, unà cum Brabantia translatas fuisse Belgicas Dominationes: à Philippo verò ad Carolum Hispaniarum Regem, post Romani Imperii dominum, ipsas transmissas ex diversis tamen coadunatis juribus, tàm ex concessione feudorum natis, quàm ex juris communis constitutionibus in eis receptis, municipalique, ac privato jure familiarum, & Dignitatum constituentium summam Germaniæ inferioris Majestatem.

Illa diversorum jurium qualitas, ex quibus plasmatum corpus Belgicæ Dominationis, (4) contentiones, discordias, bellaque diversa peperit, & induxit in perniciem boni communis, collimantibus ad possessionem totius, vel partis diversis Principibus innixis, mente varia, juribusque, ut evincitur ex illis satis memorabilibus controversiis ortis de Ducatu Brabantiæ ex morte Phi-

(4) Petr. Greg. *de Republ. lib.* 7. *cap.* 12. *n.* 96. De quo suprà §. 3. *n.* 55. *&* 57.

Philippi Ducis, inter Margaretam, & Philippum Flandriæ Comitem, de qua ſuprà: (5) De Comitatu Atrebatenſi, inter Robertum, & Mathildem, de qua ſatis actum per Scriptores. (6) Ad ea evertenda Majeſtaticæ Auctoritatis vi Carolus V. quatenus Belgii Circuli Imperialia feuda deſiderabantur, annuentibus ſubditis, illam edixit conſtitutionem, ad unam maſſam reducens omne Belgii Dominium, conſtituens ſucceſſionem illius individuam eſſe, ac inſeparabilem, (7) obliteratis, ac rejectis cæteris juribus privatis, familiaribus, ac conſuetudinariis. Quo medio conſultum fuit, bono deſiderato, communiqué utilitati, lata, recepta, & laudata conſtitutio, nec ex vi tantùm principalis poteſtatis, ſed placito, ac voto gentium Belgicarum.

(5) Suprà §. 1. v. 3. à num. 57.

(6) Obſerv. *de Regin. Chriſt. jus in Brab. par.* 1. *fol.* 21. Suer. *Annal. Fland. lib.* 11. Meyer. *Annal. Flandr. lib.* 12.

(7) Petrus Stockm. *in deduct. fol* 12. *& de jur. Devolut. cap.* 21. *num.* 8.

Mirabile quidem, & notatu dignum, quòd à Gallicanis novatoribus caſtra moveantur in hanc Sacram Imperatoris Caroli ſanctionem ex poteſtatis defectu; ad conſpectum Gallicanæ Majeſtatis, cùm illa ad ſui Imperii propagationem, Dominationis incrementa, alio jure uſa non fuerit, quàm illo unionis arcano. Ex quo laudatum, ut quidquid Regi obvenerit ex hæreditate, ſucceſſione, donatione, aut antenuptiali pacto, ſic individuum, ac annexum inſeparabiliter Coronæ habeatur, ut ab ea divelli, aut ſegregari unquàm poſſit; etſi tranſlatio, & unio contraria ſit legi, voluntati teſtantium, (8) juriqué communi, privato, aut conſuetudinario.

(8) Dixim. *Tract.* 1. §. 4. *&* §. 9. *n.* 54. Joan. Lymn. *not. Gall. lib.* 2. *cap.* 8.

Haud ignota fuit hæc veritas Obſervationum Scriptori, quare novam hanc inſtruit machinam in Carolinam conſtitutionem: (9) *Nec magis contra jus Devolutionis operatur Caroli V. conſtitutio in ea parte, qua reunionem omnium Provinciarum Belgii, ac generalem repræſentationem in omnibus hiſce Ditionibus ſtabilire conatur, non tantùm, quia conſtitutio Caroli ne verbum quidem de jure Devolutionis, vel aliud quid illi contrarium profert, ſed etiam quia, quando conſtitutio facta eſt, anno videlicèt* 1549. *Carolo V. facultatem non adfuiſſe conſtat leges Brabantiæ commutandi, novaſque alias inducendi, tametſi ordinum Belgii conſenſus acceſſiſſet; quia jam Carolo ab inſtanti mortis conjugis ſuæ liberè agendi poteſtas per*

(9) Obſerv. *de Regin. Chriſtian. jus in Ducat. Brab. fol.* 35.

jus

jus Devolutionis erepta fuiſſet, quod jam tùm proprietatem Brabantiæ Philippo II. addixerat.

Sed quis ad evertendum Regis noſtri Sacrum jus, nì Gallo Græcus auſus fuiſſet adulationis ſervitutem ſubire, inducta hac ad eliciendum ſui Regis animum temporaria adulatione? Quis enim Carolo Regi, Imperatori, Duci, Majeſtate, legiſque Regiæ authoritate ornato, intra ſui Imperii, Regni, ac Dominationis Circulum poteſtatem legis ferendæ denegare audebit? Quis etiam, ni ſacrilegus Majeſtatis violator, his Principum mandatis virtutem ad conſtringendum denegabit? Quis neceſſitatem ad parendum, exequendumque omnia in lege comprehenſa, tendentia præcipuè ad commune bonum, ſubditorum utilitatem, pacis, & tranquillitatis felicitatem optatam conſequendam. Etſi jura omnia privata, ſive aliàs publica evertantur?

Si hoc enim, quod aſſerimus inviolabile, & Sacroſanctum politicè, undè dicendum Devolutionis jus, etſi in Ducatu Brabantiæ laudatum, immune, ac liberum à Carolina conſtitutione? Quid enim immutabilitatis filio primi thori ad paterna bona tranſtulit conſuetudo Brabantina, quod faſces non ſubmittat poteſtati Principis conſtituentis boni publici cauſa? Filio enim competit aliud patre vivente, quàm ſpes (10) ſuccedendi variabilis (11) ex eventu voluntatis Principis, parentum, vel ipſorum filiorum? Hæc enim nata à poſitiva, ac Civili authoritate valuit retundere eximia, & præclara illa jura, quæ ſibi vindicat Majeſtas, ab aliis rebus privatis ſejuncta? Turbulentum quippè omninò, & temerarium eſſet aſſerere, non poſſe Reges ad commune bonum, & utilitatem ſuorum neceſſaria agere ex Majeſtate (quæ diverſam in eis à naturali conſtituit qualitatem) (12) eo quòd filius ſuus hæres habeatur, utque ſpreto bono publico, omnia communia fortunæ judicio committantur, ob unius filii commodum, futuræ ſucceſſionis inconſtantiæ innixum.

Illa ſplendidior ſupra cæteros homines in Regibus inſculpta creatoris effigies à Gallo venerata, ille Di-

(10) Ex Weſembech. *conſ.* 58. Petr. Stockmans *de jur. Devolut. cap. 6. num. 8. ſuprà* §. 2. *num. 6.*

(11) Dixim. *in princip. Tract. 2. n. 12. &* §. 2. *à num. 8.*

(12) Div. Auguſt. *epiſt. ad Bonif. Comis.* Dixim. *Tract.* 1. §. 6. *à num.* 4. Henric. Arniſ. *de Republ. lib. 2. cap. 3. ſect. 3, num. 9. Quia verò Rex eſt, ad peculiares obligatur virtutes, quas oportet placere ex officio Regio: quia Rex eſt perſona publica, & ea præciſione, nihil commune habet cum civibus.*

Divinæ Majeſtatis fulgor in Regali poteſtate elucens, (a) ex quo Reges pro Diis in terris habentur illud ſignaculum, ſeu character à Deo permiſſus Principibus; illa inſenſibiliter latens vi Divinæ providentiæ veneratio, & authoritas in Majeſtate, flecti, aut adumbrari? Illius alvei Imperantis vis inhiberi, aut contorqueri poterit ob commodum privati, etſi ſupremi alicujus ad non agendum, vel præcipiendum id, quòd neceſſarium, utileque fuerit gentibus, communi bono, ac commodis publicis? Authoritas vocis Devolutionis, ſeu illius conſuetudinarii privati poſitivi juris virtus, ex qua creditum filiis paternorum bonorum Dominium (deſcendamus in id cum Gallicanis) ſufficiens habenda ad ſtandum ſolem Majeſtatis, utque non moveatur in commodum Reipublicæ?

(a) *Tract. Reg. Chriſt. fol.* 132.

Verè equidem, ſumma publica re attenta, inſtar ſacrilegii habendum de Caroli Imperatoris poteſtate, authoritateque Sanctionis diſputare; præcipuè attento Franciſci Regis Gallorum facto. Ad pacem enim Creſpenſem firmandam interpoſuit, ut filio ſuo Duci Aurelianenſi ducturo filiam Caroli Imperatoris promitterentur in dotem Status Belgici, Brabantiæque Ducatus, (13) nec tamen poteſtatis defectus inventus tunc fuit, nec impedita authoritas Imperatoris ex vi Devolutivi juris ad petitam promiſſionem, & acceptationem, nec injuſta promiſſio, nec irritum Pacis vinculum habitum, ex quo Philippo Imperatoris filio ex primo thalamo devoluta Brabantia à morte matris. (14) Quis enim ad hujus rei conſpectum, temporariam non dicet mentem firmantis authoritatem Carolo Imperatori defuiſſe ad uniendum cum Brabantino Ducatu Statum Antverpienſem, Marchionatum Sacri Imperii, Comitatumque Aloſtanum, (15) ſeu Flandricum Imperialem, everſis, ſeu obliteratis nativis ſuarum ſucceſſionum juribus, adque conſtituendam Divam Sanctionem, reducentem ad unam maſſam totius Belgici Dominatus naturam ſucceſſibilem, in utile communis boni, & utilitatis publicæ?

(13) Pont. Heuter. *rer. Belgic. lib.* 12. *num.* 1544. Har. *Annal. Brab. in Carol. V. anno* 1544. Dixim. *ſuprà hoc Tract.* §. 3. *num. fin.*

(14) Dixim. *ſuprà* §. 3. *num.*

(15) Manif. Hiſp. *fol.* 334. *& ſeqq.*

His

His enim rejectis, necnon, & aliis Gallicanam libidinem eructantibus, descendamus ad evertendum spectrum exemplorum, quibus suam assertionem efformârunt.

„ *Huic* (inquit) (16) *exemplo alterum adjunga-* (16) *Dict. Tract. fol.*
„ *mus ex Brabantiæ Annalibus erutum, quod simul ha-* *166. num. 29. Manif.*
„ *bet rei judicatæ pondus, & vetustatis auctoritatem.* *Hisp. fol. 241.*
„ *Margareta Flandriæ Comes Avenensi primùm Comiti,*
„ *tùm Ampetreo Dynastæ nupserat; nati sunt ex utro-*
„ *que connubio liberi; priori quidem matrimonio dirempto,*
„ *quòd Hypodiaconatûs ordine initiatum Avenensem Marga-*
„ *reta longo post intervallo comperisset. Hæc itaque alteris*
„ *nuptiis cum Ampetreo initis liberos in spem hæreditatis*
„ *procreavit. Hinc gravis, & acerba inter Avenenses,*
„ *& Ampetrei sobolem orta est controversia. Joannes qui-*
„ *dem, & Balduinus Avenenses matris bonâ fide nite-*
„ *bantur, ac negabant fas esse ut tamquàm nothi, &*
„ *illegitimi maternâ successione excluderentur, quòd eas esse*
„ *justas nuptias Margareta credidisset. Tùm id etiam,*
„ *quod potentissimum erat, jus ipsum, & consuetudinem*
„ *urgebant, quâ liberi quicumque ii sint, in materna*
„ *bona succedunt; Neque enim nothi esse, aut dici possunt,*
„ *quatenûs ad matrem iidem referuntur. Utrique tandem*
„ *Sancti Ludovici, & Legati Apostolici judicio causam*
„ *suam, & fortunas permisêre. Re diligenter quæsita, &*
„ *disquisitione consuetudinis factâ, illegitimos etiam filios ex*
„ *gentis illius institutis matri succedere compertum est. Itaque*
„ *Judices Comitatum Hannoniæ, Valentianas, & Austre-*
„ *batensem tractum Avenensibus; Flandriæ autem Comitatum*
„ *Ampetrei soboli adjudicârunt; quæstione de Avenensium sta-*
„ *tu, aut capite ad summum Pontificem relatâ. Interea tamen à*
„ *lege municipali, quæ nothos ad matris hæreditatem vocat,*
„ *discedere noluerunt; nec aliud quàm patrios mores secuti,*
„ *secundùm prioris connubii liberos judicârunt.*

Et quamvis in repulsam hujus exempli actum, summâ doctrinâ, electione, ac notitiâ in Hispana responsione §. 26. *à num.* 62. ad cujus conspectum nostra omnia futilia potiùs, quàm utilia sunt; ne verò omittere videamur, ea quæ modulatis vocibus in sui Regis victoriam decantant Galli, liceat prænotare: Quod etsi à Brabantinis Historiographis enarrentur res gestæ, acta-

actaque tàm sub ætate, & Dominatione Margaritæ Constantinopolitanæ Flandriæ Comitissæ, quàm contentio orta inter filios de illius successione, verum est in ea actum non fuisse de dominio, aut re ad Brabantinum Ducatum, seu Domanium pertinente, nec de jure prælationis filiorum primi thori, exclusis natis ex secundo. Pura enim veritas rei actæ inter Margaretæ filios hæc fuit. Cùm Balduinus Comes Flandriæ, Constantinopolitanus nominatus, ad bellum sacrum in Asiam transgressus esset, Statuum suorum regimen, tutelam, educationemque Margaretæ filiæ puellæ commendavit Buchardo Avesnienſi, qui (etsi ab aliquibus aliâ cum filiâ deteriora feciſſe notetur) Margaretam ad legitimam devenientem ætatem, in uxorem recepit, ex quâ suscepit filios Joannem & Balduinum. Post illorum nativitatem inventum fuit, Buchardum antè nuptias sacro fuisse ordine initiatum, quâ ex causâ dissolutum fuit matrimonium, à quo libera Margareta nupsit Guilielmo Dampierri, seu Borbonio, ex quo genuit Guilielmum, Guidonem, & Joannem. Hi verò, vivente adhuc matre, Respublicas, Status Flandricos administrare cœperunt, nullâ habitâ ratione filiorum Buchardi, qui cùm ægrè ferrent se excludi re, spequè successionis maternæ, sibi competere successionem proposuerunt, pernegantes nothos esse, immò ex justo, & legitimo natos thalamo; justoque saltim quoad eos, quibus ad legitimationem bona fides materna sufficiens, quâ mediante geniti, & nati fuerant; quod jus, nec actione tantùm, sed armis vindicaturos clamitabant. Et quamvis post varios casus, variaque fratrum discrimina contentio decisa fuit (non tamen, ut testatur Gallicanus Assertor, ex Sancti Ludovici Regis, & Legati Apostolici judicio) dato Avenienſibus Buchardi filiis, etsi illegitimis, quia tamen ex primæ natis connubio Comitatu Hannoniæ, Valentiano, & Austrebatensi tractu, ut ex historiæ Gallicanæ monumentis evincitur: in eâ causâ non fuit editum, nec actum de prælatione filiorum, attentâ nativitatis qualitate, nec de exclusione filiorum Guilielmi Dampierri, ex quo nati ex secundis nuptiis, immò Avenienses exclusos firmamus à maternâ successione, ex illegitimitate connubii Margaretæ, &

Bu-

Buchardi. Audiamus Æmilium: (17) *Sanctus Rex beneficium ſuum, quodque juris ſui erat Flandriæ Comitatum ſoboli nuptiis teſte Orbe terrarum piis procreatæ attribuit, his tamen juvenibus auctor, ne in matris pudorem tàm diligenter inquirerent, utque ſuis per matrem fratribus conſulerent in Hannoniâ nobiliſſimi Dominatûs illis dati.* Quod judicium etſi charitate innixum, à que pietate Divi Ludovici natum, ſic ægrè tulit Margareta mater, ac quòd Hannonia Avenienſibus filiis daretur, ut in odium illorum, repulſis Hannoniæ inſigniis, Dampierræ familiæ ſtemma Flandricis inſeruerit.

(17) Paul. Æmil. *De geſt. Reg. Franc. in Div. Ludovic.* Meyer. *Annal. Flandr. l. 9. ann. 1246.* Har. *in Henric. V. dict. ann.* Suer. *l. 8. in Margareta Conſtantinopolitana,* Aub. Mir. *Chron. Belgic.*

Eâdem verſantur facilitate Galli in tutamen ſuæ mentis exarantes exemplum ſucceſſionis Lotharingiæ. Notentur verba: (18) „ *Quid illud Sigiſmundi judicium, quod refert* „ *Viguerius, qui Hiſtoriam Lotharingiæ conſcripſit; parùmne* „ *legum municipalium vim, & auctoritatem commendat? Cùm* „ *enim ante ducentos annos de ſucceſſionis in Lotharingiæ* „ *Ducatum jure magna eſſet orta diſceptatio; hanc Sigiſmun-* „ *dus Imperator, qui Baſilëenſi Concilio tùm intererat, coram* „ *Patribus ex communi feudorum conſuetudine, quæ in eâ* „ *regione obtinebat, dijudicavit.*

(18) *Dict. Tract. fol.* 168. *num.* 21. Manif. Hiſp. *fol.* 243.

Cùm omne in illâ cauſâ verſatum, ac deciſum, contrarium ſit aſſertioni Gallicanæ, juribuſque, quibus collimat mens Francorum ad apicem Dominationis Belgicæ. Acta quidem de ſucceſſione Ducatûs Lotharingici, quidquid decantent Galli, non fuerunt, ut jure conſuetudinario attento, privatiſque conſtitutionibus, controverſia de ſucceſſione finiretur; contentio enim erat tantùm de prælatione maſculini, excluſioneque fœminei ſexûs, quatenùs Lotharingia feudum fuerat Imperiale. Mortuo enim Carolo Duce maſculinâ prole orbato, ſuperſtite tantùm Eliſabethâ filiâ, nuptâ Renato Barrienſi Duci, Antonius defuncti nepos ex Frederico fratre, ſucceſſionem deſideravit, eo innixus, quòd jure conceſſionis attento, tamquamque feudo Imperiali fœminæ illius ſucceſſionis expertes erant. In repulſam hujus prætenſi juris, nec variis civilibus tantùm allegationibus uſus fuit Renatus; Sed aperto Marte, armiſque uxoris dominium, (19) tutari nec erubuit, diverſis occupatis Lotharingiæ Civitatibus,

(19) Meyer. *Annal. Flandr. l. 16. ann. 1431.*

ac territoriis : nec omisit Antonius firmare jus sibi, & masculino sexui competens allegationibus, etiam & armis. Ex quo atrox ortum bellum, ad quod commota fuit Germania, Galliaque in partes divisa, auxiliantibus Isabellæ Sigismundi Imperatoris, & Gallorum Regis potentiâ, Antonio verò armis Philippi Boni Borgoniæ Ducis. Quorum omnium coadunatis viribus prælium cruentum commissum fuit, in quo victor Antonius, Lotharingiæ Dominationem suscepit.

(20) Belloforest. *tom. 2. lib. 5. cap. 95. Sed ad causæ cognitionem haud plenè instructos*, Chif. *Lotharingiæ masculin. cap. 3.*

Ægrè id sustinuit Imperator, qui ut everteret Antonii animum, causam à Marte decisam ad Minervam remittere tentavit, ad quod illam evocavit ex Imperii Majestate (si vera est sententia dicentium, avocationem executam fuisse, cùm in eo varia sit mens scribentium) illius credens cognitionem, & decisionem consilio aliquorum Patrum Basilëensis Consilii, apud quos privativè editum fuit, an feudum Lotharingiæ masculinum, vel fœmininum habendum. Patribus verò agitatis Imperatoris instantiâ, seu jussu, diligentiâque Regis Francorum, ex abrupto, & absque legitimâ cognitione, (20) & omissis juris formulis, intercessorum potiùs auctoritate, quàm attento bono jure, secundum Renatum Isabellæ virum, adversus Antonium masculum remotionem definitum fuit, (21) sed additâ illâ clausulâ, *sine præjudicio Antonii, salvisque semper ejus juribus.* (22)

(21) Renat. Chop. *Doman. Franc. l. 3. tit. 6. n. 49. Definitum est secundum Renatum Andium Ducem Isabellæ Lotharingiæ virum, adversus masculum gradu remotiorem Antonium Vallidemontis Comitem*, Suer. *Annal. Flandr. l. 18. ann. 1431.*

(22) Ex Aym. David Blondel *Geneal. Franc. tom. 1. Præfat. Apolog. Sine tamen præjudicio dicti Comitis Vallidemontis, ejusque juribus semper salvis*, Chifl. *dict. c. 3. vers. Verum enim vero.*

Nec minùs deviat à veritatis viâ, quæ de Britanniæ Ducatûs successione exarantur : (*a*) „ *Huc etiam pertinet, quod* „ *Frossardus, & Huguelinus scribunt, anno millesimo tre-* „ *centesimo quadragesimo de successione in Britanniæ Ducatum* „ *inter Joannem Comitem à Monteforti, & Carolum Blesen-* „ *sem, qui Joannam Britanniæ in matrimonium duxerat, co-* „ *ram Philippo Valesio, & Procerum conventu summâ fuisse dis-* „ *sensione certatum : cùm ille se potiorem esse contenderet, quòd* „ *jure feudorum fœminæ excluderentur, nec alius quisquam viri-* „ *li stirpe proprior existeret: contra Blesensis Britanniæ consue-* „ *tudine nitebatur, quâ filiæ parentes referunt, & stirpe virili* „ *gradu remotiori anteponuntur. Disquisitione factâ, & perspe-* „ *ctâ consuetudine vicit Blesensis, ac municipalium legum au-*

(*a*) *dict. Tractat. dict. fol. 168. num. 21.*

„ *cto-*

„ *ctoritate Joanna adversus patruum jus suum obtinuit.*

„ *Huic exemplo* (23) *paulò post successit aliud quoddam* (23) Manif. *fol.* 246. Observat. *sive respons. de Regin. Christ. jus in Brab. fol.* 22.
„ *notabile anno* 1341. *de successione Ducatûs Britanniæ inter*
„ *Joannem Comitem Montifortensem Joannis Ducis Britan-*
„ *niæ fratrem ex unâ parte, & Carolum Blesensem Joannæ*
„ *Ducissæ Pontevrienſis virum, filiæ Guidonis, fratri Joan-*
„ *nis Ducis Britanniæ, nec non primogeniti Joannis Comitis*
„ *Montifortensis ex alterâ.*

„ *Quærebatur uter ad successionem Ducatûs Britanniæ ad-*
„ *mittendus esset. Carolus Blesensis ex uxoris personâ argue-*
„ *bat, juri repræsentationis in consuetudine Britannicâ locum*
„ *esse, ideóque uxorem, quæ Guidonem patrem Joannis Comitis*
„ *Montifortensis Primogenitum repræsentabat, istâ ratione*
„ *in successione Ducatûs præferri debere.*

„ *Contrà Joannes Montifortensis respondebat, quòd cùm*
„ *Ducatus Britanniæ propter obsequium clientelare à Francia*
„ *penderet, in quâ masculi perpetuò fœminis præferebantur,*
„ *lex feudi dominantis, non autem consuetudinis provin-*
„ *cialis spectanda esset, ideóque Ducatus hâc lege sibi*
„ *deberetur.*

„ *Hæc erat totius negotii difficultas, de quâ Senatus om-*
„ *nibus exactè discussis pronuntians, Britanniæ Ducatum*
„ *Carolo Blesensi, ejusque conjugi addixit, eâdem fultus ra-*
„ *tione, qua controversiam Artesiæ definierat; spectandam*
„ *esse scilicèt in successione Principum loci consuetudinem contra*
„ *feudi dominantis legem.*

„ *In his autem duobus exemplis magnoperè notatu dignum*
„ *est, quod in uno amita nepotem ex fratre excludit, ne-*
„ *ptis autem patruum in altero: utrumque tamen uno, eo-*
„ *demque principio judicatum, ex vi nempè provincialium*
„ *consuetudinum, quæ diversa statuebant, Armoricâ con-*
„ *suetudine repræsentationem admittente, Artesiana verò*
„ *eam respuente.*

Nam etsi decisa fuit contentio pro Joanne Caroli Blesensis Comite, adversus Joannem Comitem Montfortensem: in eâ nec actum, nec agitatum, an filii ex primo thalamo tantùm successibiles, exclusis natis ex secundo; sed an exclusâ repræsentatione patruus præferendus esset nepti. Et quamvis in lite editum fuit, an consuetudo admittens repræsentationem servanda foret,

collimante Blesensi Comite, successionem Regnorum, Dignitatumque Regalium movendam ad motum juris consuetudinarii inter privatos recepti, Montfortensis verò è contrà, quod consuetudines locales inferiorum, nec possent jus facere, nec vim inducere ad successiones supremorum bonorum, & Dignitatum, immò ad exemplar supremitatis trutinandas absolutè omnium hæreditates, cùm ea sit consuetudinis virtus, ut descendat, non ascendat ad constringendum (24) Principem.

(24) Paul. Æmil. *de rebus gest. Franc. lib. 9. in Philipp. VI.* Petrus Greg. *de Republ. lib. 7. cap. 10. num. 10.* Renat. Chopin. *Doman. Franc. lib. 2 tit. 13. nu. 9.* Suer. *Annal. Flandr. lib. 11. ann. 1341.*

Quibus discussis juribus, attentoque proprio nativo ipsius Ducatûs Britanniæ, ut tunc decantavit Gallia, rejecto exemplari decisionis Comitatûs Atrebatensis, ab ipso Parlamento Parisiensi emologatæ, uxorio jure lata fuit sententia in favorem neptis uxoris Caroli Blesensis, excluso patruo.

Sed haud ignotum gentibus judicium illud magis adulatione judicum datum, quàm legitimo jure: Philippus enim Gallorum Rex flagrantissimè concupiverat nepoti Carolo Blesensi Margaretæ sororis filio Ducatum Britanniæ, quare totis viribus, ex totâque Majestatis auctoritate egit, ut pro eo ferretur sententia. Quod, quia iniquum habitum, sic Joannis, Principum Europæorum commovit animos in Regem Carolum, ut ex eo subortum fuerit illud atrox bellum, quâ concussa, & conturbata Europa fuit per viginti annorum curriculum; adstantibus pro Carolo, Philippi, Gallorumque viribus; pro Joanne verò Montfortensi Anglorum Regis potentiâ.

Mortuo Philippo sceptrum Gallicanum suscepit Carolus, qui damnis suorum commotus, eò collimavit, ut finem illi lugubri bello imponeret, ad quod justitiæ Joannis gnarus, anno M. CCC. LXIV. declaravit, Britanniam Joanni competere, dato Joannæ Comitatu Ponticurtensi. Addito, quòd si Joannes absque prole decessisset, ad Joannem, illiusque filios, & descendentes successio devolveretur Britanniæ. (25)

(25) Æmil. Renat. & Suer. adducti *suprà nu.* 24.

Ultimò decantatur à Gallis, Atrebatensis Comitatûs contentio inter Mathildem, & Robertum, hâc modulatione. „ *Nota est, (a) & omnium penè Scriptorum man-*

(a) *Dict. Tractat. fol. 169. num. 22.*

„ *data*

„ *data litteris inter Robertum III. Philippi filium, & Ma-*
„ *thildem Othonis Burgundiæ Comitis uxorem de ſucceſſione*
„ *in Comitatum Atrebatenſem diu, multumque jactata diſ-*
„ *ceptatio. Cùm Mathildis Roberti II. filia, & Rober-*
„ *ti III. amita ex Atrebatenſi conſuetudine, quæ jus re-*
„ *præſentationis in recto deſcendentium ordine non admit-*
„ *tit, cauſam ſuam defenderet; ſimul eum Comitatum ad*
„ *Reginam Iſabellam jure hæreditario veniſſe, neque adeò*
„ *fœminas eâ poſſeſſione excludi oſtenderet: contrà Robertus*
„ *Bellomontanus Comes Roberti Atrebatenſis ex Philippo,*
„ *qui priùs, quàm Pater naturæ conceſſerat, nepos, jus*
„ *repræſentationis urgêret; Atrebatenſem quoque Comitatum*
„ *à Ludovico VIII. Franciæ Regno adjunctum, & pa-*
„ *nagii loco Regis filio natu minori conceſſum antè fuiſſe*
„ *contenderet. Sed potior fuit conſuetudinis auctoritas, quæ*
„ *jus repræſentationis in hâc regione non recipit. Hinc*
„ *Philippus Rex ſecundùm Mathildem judicavit: nec ſtir-*
„ *pis directæ favor, nec ſexus prærogativa jus municipale*
„ *potuit infringere.*

„ *Inter alia (26) notandum videtur exemplum de Co-*
„ *mitatu Arteſiæ, cujus cauſâ lis olim orta eſt inter Ro-*
„ *bertum III. Philippi filium, & Roberti II. nepotem ex*
„ *unâ parte, & Mathildem Roberti III. amitam, ac Ro-*
„ *berti II. filiam ex alterâ. Quærebatur an Philippo Roberti*
„ *II. filio, & patre Roberti III. ante mortem Roberti II.*
„ *vitâ functo Robertus III. Roberti II. nepos, qui per repræ-*
„ *ſentationem patris ſucceſſorem ſe ferebat, Mathildi amitæ*
„ *Roberti II. filiæ præferendus eſſet. Robertus III. cauſaba-*
„ *tur, quòd Arteſiæ Comitatus, qui per fidem clientelarem*
„ *à Coronâ Franciæ pendebat, olim in appanagium Roberto I.*
„ *proavo ſuo datus eſſet: Ideoque Comitatum ſibi aſſerebat*
„ *ex appanagiorum lege, quæ ſucceſſionem illorum ad mares*
„ *excluſis fœminis rectà defert.*

(26) Manif. *fol.* 247. Obſer. *de Regin. Chriſt. jus in Brab. fol.* 21.

„ *Mathildis contra inſtabat, Robertum III. ad Comitatûs*
„ *Arteſiæ ſucceſſionem per repræſentationem patris admitten-*
„ *dum non eſſe, quoniam in conſuetudine Arteſiæ repræſenta-*
„ *tioni locus non eſſet: ità ut in hâc conteſtatione præcipuè di-*
„ *gnoſcendum foret, utrùm conſuetudo in Comitatûs hujuſce*
„ *ſucceſſione lege ſuperiori apanagii potior eſſe deberet.*

„ *Et id ipſum eſt, quod in Senatu Pariſienſi ſedente Phi-*

„*lippo Pulchro judicatum est , Comitatum nempè Arte-*
„*siæ ad Mathildem pertinêre juxta localem Provinciæ con-*
„*suetudinem, quæ jus repræsentationis non admittit.*

Sed attentis verè, quæ in illâ contentione agitata fuerunt, dignoscetur Assertoris voces esse signum servitutis debitæ suæ temporariæ assertionis : Jura enim discussa ad successionem Atrebatensis Comitatûs fuerunt. Quòd cùm mortuo Roberto Comite Mathildis patre in bello ad Curtracum , filia Statûs possessionem occupasset , litem movit Robertus filius Philippi Mathildis fratris. Primò , num virtute municipalis juris orti ex consuetudinibus , ac moribus populorum, in illâ successione repræsentatio admittenda foret. Secundò , quia tamquàm feudum Imperiale fœminæ illius extorres habebantur.

Discussâ tamen causâ in Senatu Parisiensi , sedente Philippo Pulchro, Comitatum ad Mathildem pertinere, judicatum (27) fuit; quâ sententiâ ægrè latâ à Roberto, iterùm ad judicium rediit agens ex novo jure , donationis inquam antenuptialis executâ à Roberto avo, in commodum Philippi ad nuptias Blancæ Britannicæ; declarante, Atrebatensem Comitatum devolvendum Philippo , liberisque ex illo matrimonio suscipiendis. Sed hæc donatio falsa inventa fuit , efformataque dolo, ac machinatione , Joannæ Diviacensis ; de quo agitatâ causâ , pro Mathilde judicatum fuit, ac decisum à Senatu Gallicano , Robertum falsis instrumentis ad Comitatum Atrebatensem collimasse. (28)

27. Guagin. *de Reg. Gall. lib.* 8. *in Philipp. Valles.* Div. *rer. Brab. lib.* 14. Har. ibid. *Annal. Brab. in Ioan. III. ann.* 1330. Suer. *Annal. Flandr. lib.* 10. Petr. Greg. *de Republ. lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 21. Renat. Chop. *Doman. Franc. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 2.

(28) Guagin. *dict. lib.* 8. Paul. Æmil. *in Philip. Valles.* Meyer. *Annal. Flandr. lib.* 12. *ann.* 1331. *Eodem anno sententia lata est.*

Quis enim, attentis actionibus , juribusque, ex quibus actum de successione Dignitatum , & Statuum Britanniæ, Flandriæ, Hannoniæ, & Atrebatensis, firmare tentabit ex more, & consuetudine privatâ illorum causas definitas , cùm contrariæ sint suæ narrationi Decisiones , tàm Statuum Belgicorum , in quibus cognitæ causæ, quàm supremi Parisiensis , adstante Francorum Regum Majestate. Quis etiam non videt Sycophantiam fuisse , asserere Regalium Dignitatum hæreditationes inter Europæas gentes non ex nativis juribus concessionum , seu receptis intra propria supremitatis gymnacea terminatas esse , sed ex populorum moribus , aut Mu-

municipalibus consuetudinibus, cùm contrà sint jura omnia, Senatus Parisiensis placita in causis Britannica, & Atrebatensi, ut evincitur ex Æmilio: (29) *Statutumque aliam aliorum Ducatuum, Comitatuum causam, nec Atrebates eodem jure agere, quo Britannos: in causa Atrebatensi palàm factum, edoctosque judices, eodem mulieres jure, quo viros esse ad Comitatum Atrebatensem obtinendum. Nec patrum repræsentandorum consuetudinem in Atrebatensibus.*

(29) Paul. Æmil. *relat. supr. num.* 1. §. 3. *num.* 60. Ex Marc. Anton. Dominic. *Assert. Gallic. cap.* 8. supr. §. 3. *num.*

§. V.

REGINA CHRISTIANISSIMA EX VI Deuolutivi juris locum non tenet, nec successoriè, nec hæreditariè ad Dignitates, feuda Dominationis Belgicæ à Patre Philippo Rege nostro possessæ.

DUm Regnorum, Imperiorum, supremarumque Dignitatum successiones firmantur fulcris juris Publici, ac Gentium, non adstringuntur judicialibus illis subtilitatibus inductis ad privata hæreditamenta; (a) haud absconditum id Gallicanis Doctoribus, quare dignoscentes prætensi juris Devolutivi constitutionem, parùm proficere ad virescendum jus genitum Gallicani fomitis libidine, collimarunt ad firmandam successionem Reginæ Christianissimæ in omnes Belgicæ Dominationis Provincias, attentis privatis juribus, seu municipalibus uniuscujusque Principatus. Sed calliditas hæc sibi ipsi proficua non fuit, quià orta à temporaria subtilitate tantùm.

(a) Arnold. Clapm. *de Arcan. rer. publicar. lib.* 4. *cap.* 1.

In totius Belgici Imperii Dominium ambiit Gallia non publico jure innixa, sed rapta proprii protendendi libidine, cum ex notatis suprà, (1) Devolutivi juris constitutio (imum suæ ambitiosæ turris gradum) communis, nec generalis sit in Belgica, nec in circulo Brabantiæ, sed privata (si est) consuetudo certis in locis, rebus, feudisque dividuis, illa tantùm qualitate genitis, natis, & susceptis, (2) quæ extensibilis non est ex se ipsa ad alia bona, nec etiam ad vim, vel coactionem inducendam ad constringendum Principem. Indè provenit, quòd cùm Austriaca Belgica Dominatio compacta

(1) Suprà *Tract.* 2. §. 2. & 3.

(2) Frederic. à Sande, *comment. in consuet. Geldr. tit.* 2. *cap.* 5. *nu.* 12. *Observandas esse consuetudines locorum, ubi sita sunt.*

sit

ſit Dominiis Mechliniæ, Antverpiæ, Superioris Geldriæ, Namurtii, Limburgii, Dalhami, & qui ultra Moſam excurrunt Dominatus, Hannoniæ, Arteſiæ, Cameracus, Burgundiæ, & Lucemburgum, adjunctis Ducatu Brabantiæ, ex variis, & diverſis ſucceſſivis juribus, innixis jure publico, Majeſtaticiſque, ac Imperialibus conceſsionibus immunibus, & liberis ab omni vi orta ex conſuetudinibus, & privatis conſtitutionibus. (3) Hinc eſt, ut illo jure conſuetudinario Brabantino Devolutionis attento, trutinanda non ſit ſucceſsio aperta filiis Magni Philippi morte Patris, ſed Publico, Gentium, communi feudali, illovè ſuo, quo unaquæque dominatio, nata, & ſuſcepta fuit. Quod ut luceat omnibus, nebulaſque Gallicanarum aſſertionum retundamus, brevi calamo elucidabimus jura, & ſucceſsiones uniuſcujuſque dominii, ordine ipſo, quo à Gallicanis ſuſceptus ſuarum aſſertionum labor.

(3) Idem Freder. à Sande, *d. tract. tit. 1. cap. 1. num. 20. Sed hic quoque opinor, municipales leges, nihil derogare feudalis veſtituræ conventioni, ab antiquis temporibus receptæ.*

DOMINIUM MECHLINIENSE.

Verſ. 1.

ANtequam ad evertendas Doctrinas, & Aſſertiones, quibus extollit Gallicanus jura Reginæ Chriſtianiſſimæ, neceſſe creditur gentibus edere illud commune jus Mechlinienſe, quo attento deferuntur filiis ſucceſſiones Paternæ, ſimulque gradus, per quos Mechlinia aſcendit ad manus Majeſtatis Auſtriacæ, ut indè dignoſcatur abſolutè ab illius ſucceſſione peregrinam habendam Reginam Chriſtianiſsimam.

Statuunt enim Mechlinienſes leges: *Quod omnia* (4) *feuda morte parentum ad filios devolvuntur, & ubi plures ſunt filii, ibi ad ſolum Primogenitum Patronatus feudalis, commoda accidentaria, arceſque feudales, beſſes item ex cenſibus, redditibus, aliiſque certis obventionibus, quæ ad feudum ſpectant, deferuntur: Triens verò eorundem bonorum ad reliquos filios pertinet, ſivè is unus, ſivè plures ſint, iique, vel à fratre maximo, apud quem feudum eſt, meri Imperii inveſtituram accipient, vel ab*

(4) Leg. Mechlin. *tit. 10. art. 8.*

ab eo Patrono, ſub cujus tutela beneficium hoc conſiſtit.

Cùm verò mens legis eſſet, filias abſolutè, extantibus maſculis, excludere, nè ex verbo, *filios*, legaliter ſumpto, & fœminæ admiſſæ ad ſucceſſionem crederentur, conſtituit: (5) *Ubi filius non eſt, ibi feudum ad filiam devoluitur: Et inter plures filias, illi, quæ maxima natu eſt, talia commoda cum ſuis prærogativis deferuntur, qualia filio diximus inter plures filios obvenire.*

(5) *Dict. tit.* 10. *art.* 9.

Utque fœmineus ſexus abſolutè incapax haberetur feudali ſucceſſione, proſequitur: (6) *Parentibus verò defunctis, quibus filius, & filia ſupereſt, nihil præter feudalia relinquentibus, filiabus ex bonis feudalibus ſua portio eſt contribuenda, prout videbitur ſanguine conjunctiſſimis.*

(6) *Dict tit.* 10. *art.* 10. Freder. à Sande, *com. in conſuet. feud. Gelr. tit.* 3. *cap.* 1. §. 11. *de feudis Mechlin. n.* 5.

Ne verò neceſſitati exponeretur fragilitas mulierum, ſtatutum fuit, ut ex paternis bonis portio dotis titulo aſſignaretur filiabus, ſuccurſis hoc medio, à Lacedemoniis, & Romanis recepto, (*a*) adimpletoque charitatis naturalis dictamine, ex quo debita filiis alimentatio, (7) ac conſequeretur utilitate publica, verſante in famliarum illuſtrium conſervatione.

(*a*) Dixim. *Tract.* 1. §. 1. *à num.* 34.

(7) Chriſtin. *ad conſuetud. Mechlin. dict. tit.* 10. *art.* 10. *num.* 4. *Ex æquo enim & bono viſum eſt ſtatuentibus, filiæ ſuccurri debere, quæ indotata remaneret, ſi ex bonis feudalibus dos non eſſet conſtituenda.*

Hoc jure Mechlinienſi attento, ſuperſtite Carolo Rege noſtro Philippi Magni maſcula prole, Regina (8) Chriſtianiſſima filia, & ſoror, excluſa habenda eſt abſolutè à Mechlinienſi Dominio, aque illius participatione, cùm nec ſuccurſa tantùm, ſed ditata fuiſſet, ac dotata ſumma illa dotalitia, à paterna largitate, de qua ſatis *Tract.* 1. ac etiam indiſtinctè à cæterorum Paternalium feudorum ſucceſſione, rejectâ, ac obliterata illa odioſa diſtinctione filiorum natorum ex primis, vel ſecundis nuptiis, ex vi articuli 8. & 9. conſtituentis, ut uno ſuperſtite filio maſculo, excluſis filiabus, ad illum tranſmittantur feuda paterna.

(8) Ex Suer. & aliis Guicciard. *in Belg. tit. de Mechlinia*, Zyp. Hiat. Caſſan. *lib.* 1. *cap.* 16. §. *Mechlinia.*

Quod præcipuum in ſucceſſione Domanii Mechlinienſis, tùm ex ſupremitatis qualitate, quâ ornata, tùm ex naturâ ſucceſſibili, cum quâ nata, & manu levata Odonis, ſeu Adonis Comitis, inter Antverpiam, & Bruxellam Principatum tenentis Territorii Sancti Romoldi, ex quo Mechlinienſis Senatus Sancti Romoldi titulo honoratur à Chriſtinæo. (9)

(9) Chriſtin. *Conſtit. Mechlin. tit.* 16. *art.* 24. *adverſ.* Nota hic.

Ab Odonis Comitis periodo Mechliniæ dominatio ſuc-

(10) Guicciard. *Belgi. univers. in Mechlin.* Zyp. Hiat. Cassan. *dict.* §. *Mechlin.* Isaac. Pontan. *Histor. Geldr. lib.* 7.

(11) Div. *rer. Brabant. lib.* 8. Har. *Annal. Flandr. in Godefrid. Barbat.* Suer. *Annal. Flandr. dict. lib.* 6. *ann.* 1142.

successibilis fuit in gente, & familiâ Bertholdorum, (10) jure, Dominio, ac auctoritate sic summâ, ut de Arnoldo Bertholdo, anno M. C. VII. (sub Godefrido Barbato) Mechliniæ Dynasta. Sic Scriptores proferunt: (11) *Domum reversus* (Godefridus inquam Barbatus) *Lovanii celebre Concilium Procerum indicit, ubi Herniæ, Gasbecæ, ac Angiæ Barones beneficia sua ab eo recognoverunt, eáque præstitêre Sacramenta, quæ pristinis Lotharingiæ Ducibus dare soliti erant. Solus ex Bertholdorum clarissimâ familiâ Arnoldus novo Duci obsistebat, omni obsequii genere denegato, opibus nimis ac potentiâ confisus, cùm in ipso Brabantiæ umbilico, Mechlinienses, Grimberganos, Turnhoutanos, ac Ghelenses possideret; undè effectum, ut rebellem, quoad viveret, sub jugum mittere non potuerit. Quinimmò semel ab eo cruentissimè victus, omnem nobilitatis florem amisit, & Brabantia multis in locis vastata est.*

(a) Auber. Mir. *Chronic. ann.* 1127.

Ab Arnoldo usque ad Walterum III. successivo jure in familiâ Bertholdinâ requievit Mechlinia. (*a*) Deficientibus verò hæredibus, post varias contentiones, alter urbis semissis obvênit Episcopo Leodiensi, alter Comiti Geldriæ, usque ad annum M. CCC. in quo Joannes II. Dux Brabantiæ semissem Dominatûs Mechliniæ emit ab Hugone Leodiensi Episcopo. (12) Etsi ad instantiam Theodori Hugonis successori, venditio injusta, nullaque declarata fuit à Summo Antistite, reversaque Mechlinia ad Dominum Sedis Leodiensis. Cùm verò regimen Civitatis diversorum Dominorum manibus quietè geri non posset; Ludovicus Nivernensis Flandriæ Comes, Mechliniam emit anno M. CCC. XXXIII. semissem ab Adolpho Leodiensi Episcopo; semissem à Reinaldo Geldriæ Duce. Quod ægrè ferentes Mechlinienses, sub Brabantinis auspiciis agentes, Duci novo Sacramento se, & suos devinxerunt, Flandriæ Comitis Dominium recusantes, asserentes ex injustâ emptione legitimum jus quæri non posse. Ex quo diversæ lites, contentionesque inter Brabantum, & Flandrum ortæ fuerunt, pacatæ anno M. CCC. XXXIII. convenientibus Principibus, ut Mechliniam pariter possiderent.

(12) May. r. *Annal. Flandr. lib.* 12. *ann.* 1323. Div. *rer. Brab. lib.* 13. Har. *Annal. Brab. in Ioan. II.* Isaac Pontan. *Histor. Geldr. lib.* 7. *ann.* 1346. Adr. Barland. *Chron. Duc Brabant. cap.* 58.

Quiescente Mechliniâ sub Imperio Brabantino, & Flan-

Flandrico, anno M. CCC. XLVI. Ludovicus Flandriæ Comes Mechliniæ partem ceſſit Brabanto Duci, pro LXXXV. millibus aureorum Regalium; quam ſummam remiſit Duci Ludovicus Malenſis Nivernenſis filius, in tabulis nuptialibus ad nuptias Margaritæ Brabantini Ducis filiæ, à quo tempore Mechlinia ſub Brabantino manſit Domanio abſolutè. (13)

A Joannis III. Dominatione uſque ad Philippi Boni Imperium; & abeo uſque ad Philippum Regem noſtrum Mechlinia ſucceſſiva familiari qualitate unita requievit in manu Brabantinorum Ducum, ſalvis tamen abſolutè, quoad Civile, & Politicum regimen ſucceſſionum, ac hæreditariorum jurium, legibus, uſibus, ac moribus propriis. (14)

(13) Div. *rer. Brab. lib.* 14. Har. *in Ioan. III.* Suer. *Annal. Flandr. lib.* 12. Meyer. *lib.* 13. *ann.* 1347. Guicciard. *Belgic. in Mechlinien.* Pont. *Hiſtor. Geldr. dict. l.* 7.

In hoc receptum, ac laudatum jus, abſolutè diverſum, ac ſeparatum à Brabantinis moribus, inſurgunt Galli Aſſertores, firmantes Devolutivi juris conſtitutionem ſuſceptam, & laudatam eſſe inter Mechlinienſes: (15) „ *Hoc inter Brabantiæ, & Mechlinienſis dominatus* „ *conſuetudinem intereſt, quòd illa ſecundis quidem nuptiis* „ *minùs favere, hæc verò iiſdem penitùs infeſta, & inimica* „ *videatur. Illa enim conjugum ſuperſtitem feudorum proprie-* „ *tate ſic exuit, ut ei tamen uſumfructum relinquat; hæc parte* „ *etiam dimidia uſusfructus eumdem mulctat: & quod magis* „ *miremur, feuda quæque poſterioribus etiam nuptiis jam* „ *initis quæſita ad liberos ex priori connubio, utriuſvis ii* „ *ſexus fuerint, procreatos tranſmittit. Cùm tamen in Du-* „ *catu Brabantiæ prioris thori virilis dumtaxat ſoboles poſte-* „ *rioris ſtirpem omnium feudorum, quæ poſt ſecundas nuptias* „ *quæſita ſunt, poſſeſſione dejiciat.*

(14) Ludov. Guicciard. *Belgic. univerſ. Mechlin.*

(15) *Dict. Tract. Reg. Chriſtian. jus in Ducat. Brab. fol.* 219. Manif. Hiſp. *fol.* 324.

Quàm ſententiam tutari conantur illegitima annotatione, emulſa ex verbis articuli legum Mechlinienſium ad aliud efformati ſub his verbis: (16) „ *Quo circa hùc om-* „ *nia pertinent, quæ ſuperiori capite adduximus argumenta;* „ *neque neceſſe eſt ea retexere. Satis nobis fuerit hujus conſue-* „ *tudinis verba protuliſſe, quibus Reginæ cauſa maximè* „ *continetur:* Si vir, inquit, aut mulier quibus liberi ſu- „ perſunt, relictis feudis diem ſuum obeat, tùm ex ma- „ ritis is, qui in vita manet, uſumfructum habebit in „ omnia commoda accidentaria, patronatus feudales,

(16) *Dict. Tractat. fol.* 220. Manif. Hiſp. *dict. fol.* 324. & 325.

&

„ & in arces feudales ; necnon ſemiſſem in obventiones „ certas ; proprietas tamen eorum feudorum ſtatim ad li- „ beros devolvitur. *Hæc quidem conſuetudo, quæ lucidiora „ multò ſunt, quam ut orationem noſtram deſiderent. Quid „ enim contrà poſſunt excipere ? An fortè negabunt feuda pa- „ trimonii loco relicta, & à parentibus accepta hac lege con- „ tineri, cùm ea non ſint conceptis verbis nuncupata ? An po- „ tiùs id contenderint eamdem conſuetudinem de iis tantùm „ feudis, quæ in bonis mortui parentis fuêre, non de his, quæ ad „ ſuperſtitem pertineant, intelligi oportere ? Verùm iſtius „ generis captiones nobis facilè eſt refellere.*

„ *Primùm enim, quæ ſint poſita in hujus Provinciæ mori- „ bus, quæ uſu probata nemo omnium nos docere meliùs poteſt, „ quàm qui à nobis ſæpè nominatur Chriſtinæus ; cùm in hac „ conſuetudine explicanda omnem penè ætatem contriverit* : Is „ itaque in eam ſcribens conſuetudinem præclarè nos ad- „ monet in Mechlinienſi tractu, ut in Brabantia conju- „ gum altero fatis functo, nihil bonorum ſuorum, ſive „ ea ſint profectitia, ſive adventitia, aut quæſita, præ- „ ter utendi, & fruendi facultatem à ſuperſtite retine- „ ri : cùm eorum proprietas ad liberos, vel proximos „ hæredes ſit ipſo jure devoluta ; his tamen mortuis do- „ minium omne ad liberos antè devolutum eò reverti „ undè profectum eſt, idque cùm uſufructu, qui ob „ eam cauſam hæreditarius appellatur, velut congluti- „ nari.

Subtili ſanè ingenio ſpectrum ſuum efformavit author, ſed non æquis illis rationibus, nec ſic candidè, ac ſin- cerè, ut decens his, quibus nihil aliud eſt cordi, quàm collimare ad veram rei trutinam. Si enim ſententia Gallo- rum fulcro firmaretur conſtitutionis articuli 8. à nobis ad- ducti ſuprà *num.* 4. ſolidis crederetur diſcuſſio ornata prin- cipiis ; ſed ſpectrum ornavit verbis articuli 15. *tit.* 10. nec de re, nec de caſu, de quo eſt contentio ; nec de ſuc- ceſſione filiorum in hæreditate parentis, nec de jure illis competenti ex cauſa, aut principio conſuetudinario De- volutionis, conſtituentis. Audiamus verba articuli :

(17) *Leg. Mechlin. tit. 10. art. 15.*

(17) *Si vir, aut mulier, quibus liberi ſuperſunt, relictis feudis diem ſuum obeat, tunc ex maritis, qui in vita ma- net, uſumfructum habebit in omnia commoda accidentaria,*

pa-

patronatus feudalis, & in arces feudales, nec non semisses in obventiones certas: proprietas autem eorum feudorum statim ad liberos devolvitur.

Hujus legis constitutio, tàm attento titulo, sub quo digesta, quàm illius verborum significatione, nec concepta, nec lata ad constituendam formam successibilem paternorum feudorum inter filios, altero conjugum deficiente; nec circà Devolutionem bonorum superstitis, qualiter efformata, ac constituta Brabantini juris consuetudinarii dispositio, sed extensa fuit privativè ad designandam perceptionem fructuum, pensionumvè obventarum à die obitus possessoris ex bonis feudalibus jacentibus, seu translatis morte defuncti. Quod evincitur inspecta totius tituli serie, exarationeque articulorum: à primo enim usque ad decimum statutum fuit de forma servanda in successione feudorum hæreditariorum, successivorum, seu familiarium, tàm inter descendentes, quàm transversales, participationeque fructuum, & obventionum; quibus constitutis in articulo 15. relato ab Assertore descenderunt Nomothetæ ad designandam partem Doarii viduo, aut viduæ competituris in bonis, feudisve defuncti conjugis: res absolutè diversa, ac distincta ab illo jure, ad quod stabiliendum collimant mentes Gallicanorum Assertorum.

Quòd verò hæc sit articuli dispositio, ex verbis, & mente evincitur, tàm ipsis perlectis, quàm sententia Christinæi eum dilucidantis; agens enim de illius observantia, & praxi, quærit: Quid agendum à conjuge superstite, cui ex lege, aut pacto in bonis defuncti competit Doarium, si successor, hæresve recusaverit homagium præstare, beneficiumvè, seu investituram petere à domino, sub cujus tutela est feudum, an mora feudatarii damnosa erit ei, an verò ex jure Doarii, Dominioque competenti ratione ususfructus poterit homagium per se præstare, recognoscere beneficium, patronum cognoscere recognitione sufficienti ad purgandam moram inductam voluntate, malitia, aut ignorantia successoris? Et asserit, quòd sic, nè ex alieno facto præjudicium tertio inferatur in actione aut jure

ab eo non proveniente, (18.) sed ex legis, aut pacti providentia.

Nec in hujus sententiæ probationem necesse aliud credendum, ni ipsius constitutionis Mechlinienſis verba, & quamvis philtro cupiditatis lumen suæ veritatis denigrare tentaverit Gallicanus, confusè conglomeratis Mechlinienſis juris constitutionibus, mente, & sententia Christinæi, ut ex illius illegitimo cantu victoria nobis, & sibi servitus renata dignoscatur. Notandum est, quòd de authoritate Brabantini Devolutivi consuetudinarii juris (de Mechlinienſi enim numquam locutus fuit) Christinæus non egit eo in articulo, quo in arenam illum producit Gallus, erat enim absolutè in se incapax, repugnantia nativa, hujus disputationis: Digestum enim fuit Brabantinum jus Devolutionis, *tit. 16. art. 25.* (19.) In eo de generica forma successionum cautum, ac statutum extat, sub quo comprehensum, ut species Devolutivæ anticipatæ successionis jus. Cùm enim ad illum articulum dilucidandum accessit Christinæus, non immoratus fuit agere privativè de re ad municipale tantùm Mechlinienſe jus pertinente, sed transiluit ad agendum, ut diximus. Primò de omni jure successivo. Secundò progressus ad exarandos privatos usus, moresque receptos, & laudatos, tàm intrà, quàm extrà Brabantiæ Mechliniæ, & aliorum Territoriorum Circulos. Agensque, quid tenendum, jure hæreditario attento, in deferendis bonis adventitiis industria possessoris (20.) quæsitis: Quid servandum in successione feudorum irregularium dividuorum, in quibus vindicat locum Devolutionis jus, quidvè in feudis regularibus individuis, familiaribus, fideicommissis, majoratibus, Domaniisque supremis, in quibus inadmissibilis consuetudo Devolutiva. (21.) In quo, ut ex toto tractatus contextu evincitur, distinctionem filiorum non admisit, nec contulit natis ex primo thalamo, plus quàm ex secundo: Cùm in successione feudorum regularium regula, non ex consuetudine fiat, sed ex concessione, ac investitura. (22)

Ex

(18.) Christ. *ad ll. Mechlin. ad dict. tit. 10. & a. 15. Negligente tamen proprietario, tenetur patronus usufructuarium, vel Doarium* (Notandum verbum *Doarium*, quod est ususfructus mulieri superstiti tributus in bonis mariti, Baldo §. Fuerat, inst. de action. Schard. Lexic verb. *Doarium*, idem Christ. ad d. ll. tit 9. n. 7 & in addit. n. 13. & tit. 16. a. 25.) *ad fidelitatem, & homagium admittere, vel ei inducias concedere ad cogendum proprietarium ad id præstandum, ne malitia proprietarii defraudetur fructibus suis ratione suæ Doariæ competentibus.*

(19.) Christin. *ad ll. Mechlin. tit. 16. a. 25. n. 4.* vers. *Ad tertium.*

(20.) Idem Christin. *d. art. 25. num. 4. Superstes alterâ conjugum mortuo, usufructuarius reditur suorum bonorum, sivè ea sibi hæreditate obvenerunt, sivè industria quæsita sunt.*

(21.) Dixim. *in princ. tract. 2. n.* Christin. *ad d. tit. 16. a. 24. in addit. Quæritur, quid dicendum de bonis subjectis fideicommisso, & quæ superstes ex testamento majorum jussus est restituere liberis propriis? Visum fuit, superstitem non teneri medietatem illorum in vita liberis cedere, cùm consuetudo hæc tantum loquatur de bonis, quæ processerunt ex latere superstitis.* Et post: *Undè constat, si superstes ad secundas nuptias transierit, liberosque susceperit, similia bona post mortem superstitis inter liberos primi, & secundi thori, non per capita dividenda esse, sed per thoros.*

(22.) Ut diximus ex Freder. à Sand. *supr. §. 2. num. 3.*

Ex quo parvi facienda sunt, quæ extrà rem, causámque, ad sui mentis tutelam decantat Gallus Assertor, modusans necessariò ad filiorum commoda Devolutioni locum esse in feudis patrimonialibus, in alijsque bonis, etiam industria defuncti quæsitis: (23.) „At nihil æquius statui potest, quàm ut Pater accepta „à majoribus bona liberis itidem relinquat: cùm ea le- „ge hæc à Parentibus manaverint, ut eodem in poste- „ros transmittantur. Id natura fert, id communis vi- „ta, id ratio, & æquitas exigit, ut quæ tradita sunt à „majoribus, hæc liberis quæque prodantur; atque ad „eosdem res ipsa cum nomine perveniat. Nam mul- „tò id, ut eumdem locum sæpius urgeamus, naturæ, „& communi hominum utilitati aptius videtur, ut gen- „tilitiæ, & velut generi insitæ possessiones non movean- „tur, quàm quæ sunt industria partæ, & in familia vix „satis cognitæ. Cùm enim id legi sit maximè propo- „situm, ut integra posteris serventur bona, tùm præci- „puæ illi curæ videntur esse, quæ propria sunt, & à „majoribus tradita, nec quicquam de iis detractum „potitur; ac si fortè est in patentes benignior, acquisita „dumtaxat bona eorum permittit arbitrio; iisque de re- „bus, quas multo labore quæsierunt statuendi, ut vi- „sum fuerit, facultatem indulget.

(23.) *Dict. Tract. Reg. Christian. jus in Ducat. Brabant. fol. 222. n. 3.* Manif. Hisp. *fol.* 328.

Hæc omnia tenerent, si Mechilinienſis juris constitutio, Christinæi, & Scriptorum mentes collimarent circà successorium, aut hæreditarium jus, in quo Devolutio susceptа, & laudata; sed cùm non ad id fuerit cauta lex, nec notata à Scriptoribus, sed privativè circà jus Doarii competentis conjugi superstiti in bonis defuncti, (24.) omnia à Gallis præcantata rauca, futilia, & vacua dicenda, extraque contentionem. Sed assentiamur Gallo; undè, aut à quo tenuit, quod naturæ consonum, rationi, & æquitati sit, ut devolutivum jus omnia bona feudalia, allodialia, adventitia, industrialia constringat, quodque necessaria sit suæ constitutionis executio ad fruitionem communis vitæ? Haud credimus invenire posse Galliam Scriptorem tutantem talis assertionis novatorem: cùm si Brabantorum Scriptorum monumenta sacra, & profana recolimus, notan-

(24.) Frederic. à Sand. *Comment. in consuetud. feud. Geldr. tit. 3. cap. 3. §. 11. num. 6.*

tur omnia univoco assensu clamare, Devolutivum jus contrarium esse juri naturæ, charitatique paternali, formatumque fuisse in Martis officina sublevatum manu cruenta Brabantinarum gentium, coalitum, ac nutritum sanguineo belli sinu, tamquamque unigenitum illarum filium susceptum.

Ex his receptis, ac laudatis per Brabantos Doctores dignoscere poterat Assertor, quòd nulla Brabantinarum consuetudinum constitutio intrà suam irregularem naturam, Mechlinienſiumque legum dispositio, inhæret arctioribus vinculis naturæ, & rationis, quam illa, ex qua Doarium constituitur in bonis defuncti conjugi superstiti: Nam si, ut suprà notamus, (25.) Devolutionis jus genitum, & susceptum fuit ex vi unitatis maritalis, qua mediante socii habentur vir, & uxor divinarum, humanarumque rerum; addito communi juri ex more Gentium illo indissolubili nodo, cujus vi nec morte illa finiatur societas, sed protendatur ad filios, taliter, ut uno conjugum deficiente, filii per anticipatam successionem veri domini habeantur paternorum bonorum, nec tantùm defuncti, sed superstitis. (26.) Quid æquius intrà naturæ illius juris cancellos statui potuit, quam quod superstes conjux Doarii jure fruatur, usufructuque rerum quæsitarum constante matrimonio, vel conservatarum lucro, labore, ac industria illius? Et quid etiam magis adversum naturæ, rationi, ac æquitati, quàm ut conjugi superstiti jure Doarii communia sint familiaria bona, in quibus nullum potuit in prima adquisitione inesse jus, ipsique tanquam alieno, ac peregrino, fruitio interdicatur Doarii in bonis constante matrimonio quæsitis?

(25.) Supr. *in princ. tr.* 2. *à num.* 24. *&* §. 2. *à num.* 1.

(26.) Gudelin. *de Jur. noviss. lib.* 1. *cap.* 11.

Eadem illegitimitate versantur ea, quæ in suæ sententiæ tutamen prosequitur: Nec minus levis, (27.) „& captiosa illa esset exceptio, qua quis fortè utere„tur, ut eodem consuetudinis articulo non superstitis „conjugis, sed mortui feuda intelligenda esse contende„ret. Quid enim necesse erat, ut peculiari lege libe„ros in demortui parentis bona succedere statuere„tur? Cùm id communi jure, omnium gentium usu, „& naturæ lege sit constitutum. Quorsum de feudis

(27.) *Dict. Tractat. fol.* 223. *num.* 5. *&* 6. Ma. Hisp. *fol.* 330.

sin-

„ſingularem condidit articulum, cùm omnium bono-
„rum, cujuſcumque ea ſint generis, & naturæ, commu-
„nis illa ſit, & ubique uſitata conditio?

„Jam quod legis conſilium, quæ ratio eſſe potuit,
„ut non ſolùm, quæ liberorum ſunt bona, ei, qui ſuper-
„eſt parenti ex dimidia parte utenda, & poſſidenda
„traderet, omni onere, vel alimentorum, vel æris alie-
„ni liberata; ſed etiam jura patronatus, arces, obven-
„tiones, & emolumenta fortuita relinqueret? Profectò
„non alia mente lex penes parentem ſuperſtitem vo-
„luit eſſe hæc dignitatis inſignia, quàm ut filiorum
„pudori, & parentis authoritati conſuleret; nevè hoc
„illi deeſſet amiſſa bonorum proprietate ſolatium.
„Grave id enim, & durum nimis fore lex ipſa judica-
„vit, ſi Patri rerum ſuarum proprietate ſpoliato, hæc
„etiam dignitatis ornamenta, & antiqui dominii veſti-
„gia detraheret, eumque de priſci honoris gradu ve-
„lut præcipitem dejiceret. Non alia quidem ſubeſſe
„cauſa potuit, cur conſuetudo tàm ſollicitè Parentis
„ſuperſtitis honori proſpexerit. Quòd ſi enim de il-
„lius, qui deceſſerit, non de ſuperſtitis feudis conſuetu-
„dinem intelligi opporteat, cur ea liberos uſusfructus
„parte dimidia fraudat? Cur omnia feudorum inſig-
„nia, decus omne, & obventiones illis eripit, quò ſta-
„tim in ſecundas nuptias, aut in aliam ſobolem, quid-
„quid illud honoris eſt, vel emolumenti, etiam cum
„prioris connubii dedecore, & ruina transferatur? Ni-
„hil fingi poteſt, quòd à voluntate legis, & ſententia
„magis abhorreat. Quid eſt etiam, cur ipſa conſuetudo
„aliud in feudis, aliud in iis bonis, quæ quis ſua, non
„aliena fide poſſidet, & Allodialia dicuntur, jus De-
„volutionis conſtituat? Cùmque feuda integra liberis,
„Allodiorum verò partem dumtaxat dimidiam ſolu-
„to matrimonio concedat; quòd ſi illæ conſuetudinis
„articulus ſit ad ea, quæ demortui parentis fuerunt, non
„ejus, qui adhuc vivit, feuda referendus, ſequitur ut lex
„partis dimidiæ Allodiorum conjugi ſuperſtiti Domi-
„nium, & proprietatem largiatur.

Nàm attentis verbis, quibus ornatus exaratur de-
clamationis ordo, evincitur extra caſum, extra rem,

extraque ipsius articuli mentem, & votum laborasse Scriptorem. Lex enim, seu Mechlinienſis constitutio, sententiaque Doctorum eam elucidantium, non ad constituendum, seu firmandum Devolutionis jus lata fuit, sed ad designandum Doarium competens conjugi superstiti in bonis defuncti: Emologata suprà commune jus illa municipali constitutione, cùm Doarium, (28.) tàm inter Principes, (29.) quàm privatas gentes, vel legale ex juris dispositione, aut conventionale sit ex pacto: (30.) Protendere enim hujus juris authoritatem, ut ex eo Devolutionem concedamus, futile potiùs ac sophisticum, quàm firmum habendum. Mentem Scriptorum ex proprio Marte, nec ultrà verba, & sensum legitimum tantùm, sed contrà juris rationem extendere, temerarium dicendum. Firmare rationem, undè antiqui legum latores moti fuerunt ad ferendam articuli constitutionem de Doario loquentem, contrà Juris, & Consultorum sensum, irrationabile est, cùm nec ratio reddi possit de his, quæ ab antiquis orta sunt. Nonnè temeraria, sacrilega, ac turpis habenda interrogatio, si à Gallis quæreremus, undè inter eos receptum, aut quâ ratione ducta Gallia ad honorandam Reginam viduam Majestatis fascibus, (31.) non veram sponsam? Quaque ratione ducti Franci ad tradendum regimen Regni Matri Reginæ, impubere filio: (32.) Denegata ob fragilitatem sexus, fœminis ex jure proprio Regni successione.

Quis enim, ni Andavata noster, iniquas dicere ausus, irrationales, contrariasque bono communi leges, juraque constituentia Doaria? Nulla est in toto Europæ (33.) Circulo gens, natio, nec inter Gallos Provincia, teste Maynardo, (34.) ubi laudatæ, ac receptæ non sint constitutiones præscribentes nativo juri, etsi diversæ Doarium viduis conjugibus in bonis defuncti, sivè familiari jure, fideicommissali, aut Allodiali competant.

Ex quibus polluta dicenda illa Assertoris decantatio directa, ad firmandam Mechlinienſis articuli constitutionem, quam non intelligendam esse fatendum de Doario legali, sub defuncti bonis feudalibus, aut Alliodalibus

(28) Gudel. *de Jur. novis. dict. lib. 1. cap. 11.* Zyp. *notit. jur. Belg. lib. 5. cap. de Jur. dot. societ. conjugal.*

(29) Renat. Chop. *Doman. Franc. lib. 3. tit. 4. num. fin.* Joan. Lymn. *notit. Franc. lib. 2. cap. 20. litt. Q. & R.*

(30) Hothom. *de dot. Quale illud est quod moribus nostris ad illius similitudinem institutum videtur & Doärium appellatur, quòd interdùm usufructu certæ partis bonorum mariti constat, qui uxori superstiti conceditur,* Papon. *arrest. lib. 15 tit. 4. de dot. & Doäriis. per tot. & in Append. arrest.* 8. Maynard. *decis. Tolosan. lib. 4. decis. 56.*

(31.) Idem Lymn. *dist. lib. 2. cap. 20.*

(32.) Joan. Lymn. *dist. cap. 20. litt. N. & O.* Vinc. Cabot. *disp. lib. 1. ca. 18.* Renat. Chop. *dist. lib. 3. tit. 5. à n. 1.*

(33.) Latè ex Cassan. Papon. Caval. Capic. & aliis Portel. ad Molin. verbo *Viduitas*, Bardax. *ad for. Aragon. tit. Quadrip. nu. 6. fol. 22.* Cancer. *par. 1. c. 9.*

(34.) Maynard. *dist. li. 4. decis. 54.* Petr. Gud. *de jur. novis. l. 1. cap. 10. à num. 1. & num. 31.*

bus conſtituto, ſed de mera ſucceſſione vi Devolutivi juris; ex eo, quòd ſi tenderet legis mens ad conſtituendum commodum ſuperſtiti in bonis defuncti conjugis: *Nihil* (a) *abſurdiùs excogitari poſſet, nihil magis rationi, & Devolutionis juri contrarium. Quis enim non videt, hoc juris in gratiam liberorum fuiſſe conſtitutum, nè bona eorum à Parente ſuperſtite minuerentur, eaque ab imminente ſecundarum nuptiarum ſtrage in tuto locarentur; neque adeò lex prioris connubii ſoboli partem bonorum detractam voluit, quæ in poſteriores nuptias profundatur.* Si enim rationi, ac æquitati conſonæ modularentur aſſertoris voces, non ambitionis vitio pollutæ, reſonarent ad firmandum conſtitutionem articuli efformatam fuiſſe attenta ratione, æquitateque illa communi, & publica, qua ducti juris Patres, & Imperatores (35.) conſtituerunt in commodum filiorum ex primo natorum thalamo, ut omnia, quæ patribus obvenerant ex origine primi matrimonii, illibata, & præcipua permanerent, (36.) liberis, ac fratribus, excluſis ab illorum participatione de ſecundo ſuſceptis thoro. (37.) Ex ipſa origine acceperunt Gentes moribus, (38.) majorum plauſu laudatis, ut convolans uxor ad ſecundas nuptias ipſo jure Doarium amitteret, Devolutis bonis, ſub quibus conſtitutum ad truncum ſeu ſtirpem, à qua provenerunt. Nec ignotum hoc neceſſarium bono communi Mechilinienſium, à quibus, nè bona prioris conjugis profunderentur in poſteras nuptias, neque quia doarium devolveretur ſuperſtiti, immineret damnum proli ſuſceptæ ex primo conjugio, municipali conſtitutione ſtatutum fuit, (39.) ut per tranſitum ad ſecundas nuptias amitteretur Doarium. Præcauto hoc medio damno imminenti, illis periculis omnibus à Gallicano declamatis.

(a) *Dict. Tractat. fol.* 225. *num.* 4.

(35.) *L.* 1. *C. de ſecund. nupt.* ubi DD.

(36.) *L. Fœminæ, C. de ſecund. nupt.*

(37.) *L. Cùm opportet, C. de bon. quæ liber. Sic etenim & parenti non derogabitur uſumfructum rerum poſſidenti: & filii non lugebunt, quæ ex ſuis laboribus ſibi poſſeſſa ſunt, ad alios transferenda adſpicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres ſuos, quod etiam gravius multis eſſe videtur.*

(38.) Boër. *deciſ.* 198. Menoch. *conſ.* 155. *nu.* 2. *& conſ.* 626. DD. adducti, *num.* 33.

(39.) Chriſtin. *ad ll. Mechilin. dict. tit.* 16. *art.* 29. Petr. Gudelin. *de jur. noviſ. libr.* 1. *cap.* 11.

ANTUERPIA,

SEU

MARCHIONATUS SACRI IMPERII;

Comitatus Aloſtenſis, quem Flandriam Imperialem vocant;

Ducatus Limburgenſis; Dominium Dalhemenſe; Coriovallum, ſeu Falckeburgum; Rodia Ducis, & aliæ arces ultrà Moſam ſitæ.

VERS. II.

ABſcondita Gallicano aſſertori via machinandi in Antuerpiæ Dominium ex vi juris Devolutivi, cùm Civitas, (1) circuluſque illius (conſtitutus ex Berga Opſomio, Breda, Lyra, Hærentallo cùm ſuis oppidis, ac pagis) expertes ſint, diſtinctione illa filiorum ex primo, vel ſecundo thalamo natorum, lata, omni in Antuerpienſi Dominatione Dinaſtiis, Baroniis, quibus compacta, lege conſtituente, (2) ut ſucceſſionis paternalis porta aperta ſit filiis, tàm maſculis, quàm fœminis, ſivè ex primis, ſivè ex ſecundis nuptiis ſuſceptis, (3) dummodò hæreditas ex feudalibus bonis non conſtituatur, quià ad feuda in admiſſibilis ſit maſculina proles.

Proſiluit aſſerere firmiſſimis munitam præſidiis ſibi vindicare Reginam Chriſtianiſſimam Antuerpiam, Marchionatum Sacri Imperii, Aloſtanumque Comitatum; Ex eo quòd cum Antuerpia Ducatui Brabantiæ ferè, ut pars ſuo corpori cohæreat, illius ſortitur naturam, atque ideò ab illa divelli non poteſt, immò rapi vi, & motu ipſo, quò Brabantia ad hoc ut unita, & cohærens migret jure Devolutionis, quo migrat caput, à quò inferiora membra motum depromunt.

Quòd Antuerpia (4) *ſit cum Brabantiæ Ducatu conjuncta* (probare conatur: utamur ſuis verbis) *non teſtimoniis, ſed Caroli V. edito principali demonſtramus. In perpetuum, inquit, Antuerpia, & quidquid ad eam pertinere oſtendi poterit civitatibus, communiſque Brabantiæ Provinciæ conjuncta manebit. Id ipſum aliquod antè ſæcula à Philippo Audace Burgundiæ Du-*

(1) Tract. 2. *in princip. num.* 30.

(2) Ludov. Guichard. *Belgic. de ſcript. Brabant. in Antuerp. fol.* 82. *Succedunt parentibus ſuis utriuſque ſexus liberi, & quidem æquatis inter ſe portionibus: ſalvis tamen bonis clientelaribus, quorum præcipua domus unà cum juriſdictione ſuprema, ab duobus deindè reliquorum honorum trientibus cedit filio natu maximo: Reliquus triens inter reliquos melioris ſexus liberos, æquis partibus diſtribuitur, fœminis prorſus excluſis.* Et poſt *fol.* 83. *Liberi utriuſque ſexus opes hæreditarias æquis partibus inter ſe dividunt feudalibus tamen prout ſupra oſtentum eſt exceptis.*

(3) Idem Guichard. *dict. fol.* 83. *Inter omnes tam ex priore, quam poſteriore Matrimonio liberos æquis partibus dividuntur.*

(4) *Dict. tract. Regin. Chriſtian. juris in Ducat. Brabant. fol.* 227. *num.* 1. *Manif. Hiſpan. fol.* 334. & 349.

Duce jam esse constitutum historiarum monumentis proditum est. Kinschotiique authoritate: (5.) *Ex quibus principiis deducit: Quòd feuda quæque Brabantiæ subjecta, sivè extrà sint, sivè intrà Ducatum constituta, iisdem successionum legibus, & eadem consuetudine utantur, quæ in Brabantiæ Ducatu est usitata.* (5.)Kintschot. *tract. 1. An Brab. sit Patr. jur. script. cap. 2. à num. 2. & 4.*

Eisdem cohærentiæ fulcris testantur Reginæ Christianissimæ jura ad Limburgum, & ad quæcumque ei adjuncta dominia; Limburgum enim sic unitum Brabantino Ducatui firmat Assertor à Joannis I. temporibus, ut filii Principum natu maximi sibi adscriberent in honoris titulum nomen Ducum Lucemburgensium, „addens: *Quòd (b) si hujus rei memoriam altiùs repetimus: „jam antè trecentos annos Joanna Brabantiæ Princeps unà „cum marito Wenceslao, Limburgi Ducatum, dominia iti„dem Dalhemense, Rodulcense, Aprimotense, Wassembergen„se, & Husdenense cum Brabantiæ Ducatu in perpetuum jun„cta, & indivisa fore declaravit. Philippus quoque Burgun„diæ Dux Boni cognomine, anno millesimo quadringentesimo „tricesimo perpetuam utriusque Ducatus fore conjunctionem „jurejurando confirmavit. Idipsum longo pòst tempore Carolus „V. & Philippus II. anno videlicet millesimo quingentesimo „quadragesimo nono eadem religione sanxerunt. Quæ cùm ita „sint: nec Provinciarum illa connexio sanctissimo fœdere, & „jurejurando toties consecrata, ac vetustissima consuetudine „munita dissolvi, nec Reginæ Christianissimæ tàm certa, tàm „manifesta in hos Principatus jura in controversiam vocari ullo „modo possunt.* (b) *Dict. Tractat. fol. 240. num. 5.*

Resonans ex his decoratis vocibus, quod cùm Limburgensis Ducatus Dominationi Brabantiæ conjunctus sit, à Regina Christianissima Dominium Brabantiæ, Devolutionis jure nullo modo divelli, aut distrahi pos„sit: *Nam (c) quæ in unum coaluere, ejusdem omninò sunt condi„tionis; nec ulla est ratio acquirendi, aut minùs invidiosa, aut „naturæ magis accommodata, quàm quæ unione, vel conjun„ctione perficitur. Quòd si quadam naturæ vi, aut exundan„tium aquarum impetu vicini fundus cum meo prædio coa„luerit, tùm alluvionis jure mihi quæsita est alieni fundi pos„sessio. Quòd si itidem duo Sacerdotia Ecclesiæ authoritate „confundantur, minoris utique proventis accrescit potiori? Il-* (c) *Dict. Tractat. fol. 237. num. 3.*

lud

„*lud enim, ut naturæ, ſic artis principium ab omnibus conceditur, quòd ex pluribus, quæ in unum convenere, id quod potentiſſimum eſt, inferiora, quæ ſunt in ſui conditionem, & naturam, convertat: ſi quid enim argenti cum auro miſceatur, illud auri nomen, & ſplendorem conſequetur.*

Parùm equidem agendum in hujus callidæ Sycophantiæ everſionem, refulgente ex ipſa nativa excluſione Reginæ Chriſtianiſſimæ ad Ducatum Limburgicum, cæteraque annexa Dominia, cùm extorris, ac peregrina ſit à Brabantini Ducatus poſſeſſione, ut ſuo prænotamus loco.

Sed nè indocti, rerum rudes, & partium ſtudioſi, ſilentium pro victoria interpretentur, ſciant cuncti, quòd ad illam cohærentiam, quam ab unionibus à Philippo Burgundico, Caroloque V. executis, emulgere conatur Aſſertor, neceſſe habebat edere illarum naturam, ut ex ea evinceretur; an Principum mentes collimaſſent ad conſervandam antiquam, nativamque qualitatem ſucceſſionis Dominationis, vel ad illam oblite-randam; anque (ut juris ſcriptorum terminis loquamur) æquè principalis unio executa ſit, vel non. (6.) Sed cùm, ut ex ipſis unionibus elucet, tantùm uniti fuerint Status quò ad Majeſtatem, ac ſupremam ſubjectionis, regiminiſque Dominationem, diversè trutinanda eſt unio, etſi Domania requieverint ſinu unius Principis hæreditario, ſucceſſivo jure, aut vi pactorum. (7.)

Nec ad caſum, nec rem facit extortum argumentum, ex eo communi principio, quòd poſſeſſio rei per illuvionem prædio coalita Domino illius competat; quòdque ſi argentum cum auro miſceatur, auri nomen, & ſplendorem conſequitur. Cùm ratio, ex qua efformatum hoc juris principium, diverſa fulciatur origine proveniente ex commixtione metallorum, & ex qualitate rei, anque reducibilis ſit ad primam materiam, vel non. (8.) In alluvione verò tùm ex impercibilitate diuturna cohærentiæ, & unionis, in origine, & progreſſu, tùm etiam ex qualitate fundorum, cùm ſi publica ſint prædia, limiteſque præfixos contineant, tali adquiſitioni locus non eſt, ex ipſis primis Juriſprudentiæ rudimentis. (9.)

Quæ

(6.) Freder. à Sand. *Comment. in conſuetud. feud. Gelriæ, ti. 2. de jur. vaſſalli, c. 5. §. 1. nu. 2. Hæc tamen unio propriam fundi qualitatem non mutat, ut fiat par feudi quatenùs eſt feudum, ac comprehendatur ſub eadem qualitate.* Et poſt: *Niſi de illa parte unita ſpecialis recognitio, ac feudalis conceſſio intervenerit.*

(7.) Ex Bart. *l. 1 De juriſd. & in l. dota opera, C. qui accuſar. non poſſ.* Harm. Piſt. *lib. 2. quæſ. jur. q. 42. à num. 41. l ſi convenerit. 18. §. Si nuda, de pignor.* Ex Greg. Lop. Gutiert. Bellug. Barbot. & aliis Excellenti. D.D. Chriſtoph. Creſp. *Obſerv. in deciſ. Valen. Obſer. 15. à num. 44.* Molin. *de Prim. li. 1. c. 16. à num. 2.* Philip. Skinilch. *de fideicomm. familiar. cap. 12. num. 112.*

(8.) *L. adeò. §. cùm quis, de adquir. rer. domin. §. Cùm ex aliena, inſtit. de rer. diviſ.* Diximus. *Tractat. de Contrav. cap. 8. num. 25.*

(9.) *L. in agros, l. claves. de adquir. rer. domin. §. Prætereà. inſtit. de rer. diviſ* ubi Scrip. Æguin. Baron. *dict. tit. Inſtit. E. Sed ut ad alluvionem revertamur in limitatis agris ea locum non habet*, Ludel. *in dict. §. Prætereà.* Oſſual. poſt Donell. *lib. 4. cap. 27.* Freder. à Sand. *dict. §. 5. num. 3.*

Quæ qualitates nativæ neceſſariæ ad virtutem unionis, & cohærentiæ, cùm abſolutè abſint ab illa, qua mediante majeſtaticè ad regimen ſupremum, ut ex Kinſchotii ſententia evincitur, unita fuit Antuerpia, Limburgum, Aloſtenſiſque Comitatus Ducatui Brabantiæ, diversè illarum ſucceſſio trutinanda eſt, & attenta tantùm uniuſcujuſque natura ſucceſſibili, repulſa cohærentiæ, ac unionis vi.

Quòd verò Antuerpiæ Dominium à prima Brabantinorum Ducum periodo diverſo jure, quàm Brabantina Dominatio verſatum, etſi manu detentum unius Principis, depromitur, ex his quæ notavimus ſuprà. (10.) Fuit enim Antuerpiæ circulus dos Fluitildis Clotarii Francorum Regis filiæ, elargitus ſponſo Ansberto, à quibus tranſlatus vi materni juris ad Pipinum Harſtalum Grimoaldi, & Beggæ filium, in quo unitæ germinarunt Ansbertina, & Pipina familiæ, tranſmiſſa Andoverpia, & territoria Pipino Harſtalo decorata titulo Marchionatus Sacri Imperii. (11.) Hujus Dominationis poſſeſſio requievit, tum ſine Caroli Marteli, & Pipini Brabantinorum Ducum, tùm Regum Francorum ab illa ætate, ex qua Francicum diadema redimivit tempora Brabantinorum Ducum, uſquè ad ſceptrum Lotharii III. (12.) ſub quo Brabantia conceſſa fuit Carolo Regis fratri.

(10.) Supr. *hoc Tract. §. 1. verſ. 1. num. 19. & 20.*

(11.) Wolphang. Laz. *de migrat. gent. lib. 3. fol. 90.*

(12.) Diximus ſupr. *hoc Tract. §. 1. verſ. 3.*

Hujus Imperialis, ac Regiæ cauſa conceſſionis (de qua latè ſuprà) Antuerpiæ Dominium vario caſu verſatum fuit. Nam etſi in Brabantino circulo nativo jure conſtitutum fuerit, disjunctum tamen, ac ſeparatum fuit Imperatorum Germanicorum auctoritate, (13.) Quorum potentia, & manu agebantur tunc res, tàm Superioris, quàm Inferioris Germaniæ.

(13.) Lypſ. in Lovan. *lib. 1. cap. 12.*

(14.) Ex Thuan. Joan. Lymn. *de jur. publ. lib. 1. cap. 9. num. 15.* Lypſ. Lovan. *lib. 2. cap. 1.*

(15.) Wolphang. Laz. *de migrat. gent. dict. lib. 3. fol. 90.*

Sub Majeſtate enim Henrici Imperatoris Antuerpia fuit decorata honore Civitatis Imperialis, (14.) tamquamque Metropolis Anglicani limitis, & renovato perantiquo honore Marchionatus Sacri Imperii conceſſa fuit Godifredo, (15.) Gazilonis Ducis nepoti. (16.) In Godifredi ſucceſſores ſucceſſibili jure ſanguinis, hanc tenuit naturam uſquè ad ætatem Godifredi Bar-

(16.) Idem Lypſ. Diu. *rer. Brabant. lib. 1. cap. 7.* Haræus *Annal. Braban prolog. cap. 3.* Hinric. Kinſchot. *tract. 1. an Brab. ſit patr. jur. Script. cap. 2. num. 4.*

Barbati Brabantiæ Ducis, quo (etsi quasi per postliminium ad nativos Dominos rediit) gratia, & beneficientia Conradi,(17.) Imperatoris, data fuit Antuerpia, receptáque tamquam Imperiale feudum succesſivum; qua qualitate translatum Godifredo,(18.)usquè ad Joannam, & Wenceslaum, à quibus data in feudum novum Ludovico, & Margaritæ,(19.)Comitibus Flandriæ, quorum successores illam retinuerunt Dominationem sub clientela, & fide Ducum Brabantiæ, usquè ad Philippum Burgundium, in quo unita majestaticè fuit sub uno Principe, etsi ex diversis, ac separatis juribus, absoluta Belgicarum Provinciarum Dominatio: *Vigente verò Antuerpia ornata tot, tantisque Privilegiis, ut jure, Majestateque Principis salva regatur, quasi per se, ac cui liberum aliquod oppidum, sivè respublica.* (a)

Designata unione Antuerpiæ ad Ducatum Brabantiæ, quoad successorium jus, descendamus ad dignoscendam naturam successibilem Alostani Comitatus. Fugit enim à mente nostra, undè potuerit assertor firmare illius unitatem, ac cohærentiam, ad hoc, ut successio illius trutinanda sit, ex jure Brabantino, cùm cognita illorum natura, diversè in eis actum sit, tàm attento ortu, quàm progressu, Alostani Comitatus. Tenuit enim ortum in familia Dominorum Novi Castelli, coalitusque fuit ab anno M. LVIII. sinu Rodulfi I. & successorum masculorum, excluso fæmineo sexu à Dominatione usquè ad M. CXXXVI. in quo tabulis antenuptialibus ad Matrimonium Wani Alostensis Comitis filii, & Laurentiæ filiæ Theodorici Alsatii Flandriæ (20.) Principis, pactum fuit, ut deficiente illius Matrimonii prole mascula, Alostensis Comitatus ad Comites Flandriæ devolveretur, insuflata virtute antiquæ concessioni factæ genti, ac familiæ Gantensi, cum pacto reversionis ad Flandriæ Comites, in defectum masculorum.

Obiit Theodoricus Wani, & Laurentiæ filius, sinè liberis anno M. CXXXVI. cujus defectu excluſa Beatrice filia Balduini III. Comitis Alostani, ob sexus qualitatem, (b) Theodoricus Alsatius vi pacti, in tabulis publicis Principem Alostanum se ipsum nuncupavit.

(17.) Aubert.Miræus *Chron. Belg. ann.* 971. *vers.* 9 Divæus *d. cap.* 7. Wolphang Laz. *de migrat. gent. lib.* 3. ex Miræo, Laurent. Beyerlin. *theatr. ult. human. litt. M. verb. Magistratus, vers. Marchiones Antuerpienses*, Suer. *Annal. de Flandr. lib.* 9. Zyp. Hiat. Cassan. *libr.* 1. *cap.* 16. §. *Marchionatus Sacri Imperii.*

(18.) Aubert. Miræus, *Chron. Belgi. ann.* 1106. *Godefridus Barbatus, Comes Lovanienſis ab Henrico V. Imperatore. Dux Lotharingiæ inferioris ann.* 1106. *creatus, Ducalem Dignitatem, cum Marcha Antuerpienſi, ut hæreditariam primus ad posteros transmisit.*

(19.) Divæus *lib.* 15. *Comitem jure feudali Antuerpiæ Dominum*, Har. *in Joan. & Wenceſl.* Suet. *An. de Fland. libr.* 9. Isaac. Pontan. *Histor. Gelricæ, lib.* 7.

(a) Ludov. Guichard. *Belgic. descript. in Antuerp.*

(20.) Guichard. *in Belgic. in Antuerp.* Suer. *Annal. de Fland. lib.* 7. *ann.* 1174. Petr. Deoutreman. *Constantinop. Belgic. lib.* 1. *cap.* 6. *in not. num.* 9.

(b) Ansbert. Mir. *Chronic. Belgic. ann.* 1038.

vit. A quo tempore Comitatus Aloſtanus non Brabantino Ducatui (ut voluit aſſertor, & neceſſe erat ad virtutem ſuæ cohærentiæ, & unionis) ſed Comitatui Flandrico conjunctus permanſit: Quod ſic verum, ut Imperator Rodulfus in odium Comitum Flandriæ filiorum Guidonis Dampierrii, & Margaritæ, Aloſtanum Comitatum decoratum honore Imperialis dignitatis, in feudum conceſſerit Hannoniæ Comitibus, filiis etiam Margaritæ (21.) natis ex primo illo memorabili connubio, nè dicam contubernio, Buchardi Aveſnenſis (22.) (de quo ſuprà) cujus virtute Guido Hannoniæ Comes, defuncto Rodulfo, homagium præſtitit Alberto Imperatori. Quod ægrè ferentes Flandriæ Comites bella intulerunt Comitibus Hannoniæ, à quibus, Comiteque Giſnenſi, ſibi aſſerente competere Aloſtum, anno M. CCXXXII. (23.) in commodum Ferdinandi Portugalenſis mariti Joannæ, Comitumque Flandriæ, ceſſum fuit omne ex quacumque cauſa competens jus ad Aloſtum. Ex tunc tàm antiqui, quàm novi juris vi, Aloſtum conjunctum manſit, æquè principaliter cum Comitatu Flandriæ, non extinctis, nec obliteratis nativis juribus, legibus, ac moribus, ſed vigente majeſtate propria, primævoque regimine. Et quamvis de Authoritate, ſeu Majeſtate civile variè fuit agitatum inter Magiſtratus Flandricos, Aloſtanoſque, ſub Philippo Bono, conſtitutum fuit, ut Aloſtum propria nativa uteretur majeſtate, neque juriſdictionales, civileſque, ac militares faſces aliis ſubmitterentur. (24.)

Firmata Aloſtani Comitatus qualitate illa, qua majeſtaticè tantùm unitus invenitur Brabantino Principatui; ingrediamur ad illuminandam Limburgici Ducatus naturam, undèque, aut quo jure Brabantinis Principibus obvenit. Et omiſſis prælibatis de illius ortu, tàm ab Wolphango Lazio (25.) partem Brabantini Ducatus illum notante, quàm ab aliis plaſmatum teſtantibus voluntate Imperatoris Henrici III. in gratiam Henrici I. Ducis, quo rebelle Imperio, novo beneficio ab Imperatore Henrico IV. donatum Godifredo Barbato anno M. CVI. (26.) Ex veritate refulgente, à monumentis hiſtoriarum evincitur, quòd Lim-

(21.) Meyer. *Annal. Flan. lib.* 10. *an.* 1284. & 1292. Suer. *Annal. lib.* 6. *ann.* 1168. & *li.* 7. *ann.* 1174. & *lib.* 9. *ann.* 1292. & *lib.* 16. *ann.* 1416 Ludovic. Guichard. *Belg. in Flandr. Imper. Aloſt. fol.* 162.

(22.) Suer. *Annal. de Fland. lib.* 9. *ann.* 1298.

(23.) Theod. Beyer. *Theatr. vit. human. lit. M. verb. Magiſtratus, tit. Comites Caſtri Gandenſis*, Suer. *Annal. de Fland. lib.* 8. *ann.* 1232.

(24.) Meyer. *Annal. Flandr. libr.* 16. *ann.* 1453. Suer. *lib.* 20.

(25.) Wolphang. Laz. *de migrat. gent. lib.* 3. *fol.* 83. Petr. Divæus, *rer. Brabant. lib.* 12. Har. *Annal. Flandr. in Joan. I. an.* 1280. Zyp. Hiat. Caſſan. *lib.* 1. *cap.* 16. §. *Limburgum*, Guichard. *in Belg. Ducat. Limburg.* Suer. *Annal. de Fland. lib* 9. *an.* 1275. Lypſ. Lovan. *li.* 2. *cap.* 10. Iſaac. Pontan. *Hiſtor. Gelr. lib.* 6. *ann.* 1284.

(26.) Aubert. Miræus, *Chron. Belgic. ann.* 977. *verſ.* 12.

burgensis Ducatus manu formatus fuit Henrici I. anno M. LXX. coalitus verò in familia, & prole Henrici, usque ad annum M. CCLXXVIII. in quo Reynaldus Geldriæ Comes duxit Hermengardam filiam Walerani III. Ducis Limburgi, vel (ut aliqui) Henrici Ducis; Decedens Hermengarda orbata filiis, maritum hæredem reliquit; vel (ut narrat Miræus) Adolphum Comitem Montensem: Gelrus Comes jure dotali, & hæreditario, Ducatum ad se pertinere contendebat. Joannes enim I. Brabantiæ illum desiderabat, antiqua nativa origine, qui ut jus suum firmaret fortioribus fulcris; ab Adolfo Comite Montensi ultimo Duce defuncto consanguinitate proximo Ducatum certæ (27.) pecuniæ summa comparavit. Ortum fuit ex hac Dominationis libidine bellum, inter Gelrum, & Brabantum: Suspensis verò armis remissa causa ad arbitros, qui visis meritis contentionis decreverunt, ut Reynaldus, quòad viveret, Ducatum teneret; mortuo verò devolveretur ad Joannem, Brabantinorumque Principes.

(27.) Ludov. Guichard. *descript. Belgic. in Limburg*

Ægrè tulit Reynaldus sententiam, utque dolorem temperaret, potentioribus irruens armis in Brabantum, Ducatum Limburgensem Henrico Comiti Lucemburgensi vendidit; atrox indè ortum bellum, adstantibus Gelro contrà Brabantum armis Lucemburgensis Ducis cum fratribus suis, aliisque diversis Principibus. Sed victore Brabanto in prælio ad Woringiam, Gelrus vivus in potestatem Joannis venit cum aliis nobilibus; nec fuit dimissus, antequàm datis Sacramentis omnem actionem in Ducatu Limburgensi Duci Brabantiæ absolutè cederet. A quo tempore decorantur Brabantini Duces titulo honoris: *Ducum Brabantiæ, Limburgi, Marchionumque Sacri Imperii.*

Strages in Conflictu ad Woringiam non avertit animum Comitum Lucemburgensium à Ducatu Limburgico, usquequò extincta masculina prole Brabantinorum Ducum, ætate Joannis III. authoritate Imperialis indulgentiæ concessæ à Philippo Imperatore, Joanna Joannis III. filia nuptias contraxit cum Wenceslao, Lucemburgensis filio, qui ad apicem Principa-

tus

tus elevati fuerunt, præstito prius Sacramento de uniendo ab Wenceslao Limburgo Ducatui Brabantino, cesso omni jure ex quacumque causa competenti familiæ Lucemburgicæ. (28.)

Sed quamvis hæc unio Limburgi ab Wenceslao in vim promissionis executa, adhuc etiam sic æquè principaliter laudata, sic separatum habitum Limburgum, & Brabantia, ni quòad Majestatem, ut Joanna vidua illum donaverit successori nepoti suo Antonio Margaritæ sororis Flandriæ Comitissæ filio in honorem, tanquamque pignus immutabile futuræ successionis Brabantinæ Dominationis.

(28.) Div. *lib.* 14. Har. *Annal. Fland. in Wencesl. &* Joan. Suer. *lib.* 12. *ann.* 1356.

Majestaticè unitum Brabantiæ requievit Limburgum ab Imperio Wenceslai, usquè ad Philippum Burgundium, sub quo de successione Brabantini Principatus controversiam movit Margareta Philippi Audacis filia, asserens se amitam, patrui filio debere præferri. Discussis verò utrisque allegationibus (de quibus suprà) (29.) visum fuit Ordinibus, quibus causa commissa, jure nativo Philippo Principatum deferre, qui Lovanii votis Brabantinorum Princeps exceptus fuit, Brabantinis promittens, juransque, se assumpturum titulum Ducis Brabantiæ, Limburgi, item Marchionis Sacri Imperii: Comitem Beneburgi de oppignoratione Limburgi controversiam moventem pacaturum: Ducatum Limburgi in perpetuum Brabantiæ (non uniturum) annexurum, luiturum: item pretia, quibus arces Trasmossanas prædecessores sui oppignoraverant. (30.)

(29.) Dixim. *suprà* §. 1. *vers.* 3. *n.* 58. *&* 59.

(30.) Div. *lib.* 19. Har. *in Philip. ann.* 1430. Suer. *lib.* 18.

Huic Limburgi, (31.) Arciumque Transmossenarum luitioni, promissionique annexionis ad Brabantiam, voluit Assertor Gallicanus vim unionis, ac annexionis conferre, taliter ut ejusdem conditionis omninò sit successio Limburgi, & Brabantiæ, producens in suæ sententiæ tutamen Kinschotii authoritatem, (omisso allegationis loco, ad denigrandum lumen veritatis. Sed ad retundendas suæ temporariæ assertationis nebulas videndus Kinschotius in loco à nobis „exarato) quàm (*a*) emulsit sub his verbis: *Ad rem autem „ut redeamus, vir ingenio prudentiaque acutissimus Kinscho-*

(31.) Div. *Comitem Vemburgi, de oppignoratione Limburgi controversiam moventem pacaturum.*

(*a*) *Dict. Tract. Regin. Christ jus in Duc. Brabant. fol.* 240. *num.* 4.

„*tius Brabantiam, Limburgum, & huic annexas Ultra-Mo-*
„*ſam ditiones ſic inter ſe conjungi, ut ex iis unus, & indiſ-*
„*cretus exurgat Principatus, confirmat ex iis pactis, quæ cum*
„*Brabantiæ Duce, inaugurationis tempore jurejurando ſan-*
„*ciuntur. Addit illud quoquè, quod ſuprà innuimus, eodem ſigil-*
„*lo, quod Brabantiæ Cancellario creditum eſt, cauſas utriuſ-*
„*que Provinciæ, quà publicas, quà privatas obſignari; ac Se-*
„*natum denique Brabantinum Ducis perſonam, & authori-*
„*tatem referre. Sed neque etiam hoc loco nobis deeſt Clariſſ.*
„*Stockmans teſtimonium:* Extrà Brabantiam, *inquit*, jure
„Devolutionis reguntur Ducatus Limburgenſis, ac reli-
„quæ ditiones Trans-Moſanæ, quæ jam olim Brabantiæ
„annexæ, facilè in ejus mores tranſiverunt.

Prius verò, quàm clypeo tanti Doctoris in arenam deſcenderet Aſſertor, digerere debeat illius mentem, rimariſque monumenta Brabantina; quibus firmamentis ſuam ſententiam exaravit. Kinſchotius (32.) enim apprimè illarum gnarus, loco, in quo adducitur privativè egit de deſignandis Brabantinæ Dominationis Circulis, & Territoriis, tàm antiquis ſub Pipinorum manu, quàm novis poſt Lotharii Regis Gallorum ſceptrum, Godifrediſque Barbati Domanium; quarè in eis tantùm incluſit Lyram, Antuerpiam, Herentalum, Marchionatumque Sacri Imperii. Non verò, ut ex toto diſſertationis contextu evincitur, Limburgum, principaliter, adjacenter, annexè, nec cohærenter, cùm Brabantini Circuli portio non fuerit.

(32.) Henric. Kinſch. *Tract. 1. an Braban. ſit Patr. jur. publ. cap. 2. num. 4.*

Sed quamvis conveniamus temporaria Aſſertoris mente, unioniſque virtutem conferamus annexioni executæ à Philippo Burgundio; notandum eſt, quòd Arcanum, ex quo collimavit, poſt ſuſceptam ab eo Brabantiæ Dominationem, ad Limburgi unionem, & cæterorum Domaniorum, reducendamque Majeſtatem ad unam maſſam, fuit præcipuum, ut Brabantini faſces præferrentur cæteris, eiſque omnes in ordine, & gradu ſubmitterentur, etiam Burgundici, (33.) tùm ad firmandum regimen Civile Politicum totius Principatus Decretis, & Additis (Conſilio Brabantino Supremo à Joanne III. Duce creato) aliquibus ad utiliorem publici regiminis, omniumque ſubditorum ſuorum

(33.) Div. *lib.* 19. Har. *in Philipp.* Suer. *dict. lib.* 18. *ann.* 1430.

rum culturam neceſſarias, utque certa conſtituta regia urbe, ſeu Metropoli, in qua publicæ, & privatæ agerentur res, liberarentur ſubditi inſequentes Principum Palatia ad ſuarum cauſarum, & ſupplicationum editiones, incommodis, & periculis viarum, & itinerum, ut evincitur ex his, quæ de hujus Supremi Senatus Brabantini erectione, Majeſtate, & authoritate exaravit Kinſchotius, (34.) cujus tractatus verba ad purum veritatis putum dignoſcendum, uſquè ad umbilicum legenda: eructant enim Arcanum illud, quod notamus ſuprà, quo verſatus Philippus ad unionem majoritatis manu, & authoritate unius Supremi Conſilii, quòad uſum Majeſtatis, non obliteratis, immò reſervatis quòad regimen Civile unicuique Territorio, Civitati, aut Ditioni propriis juribus, legibus, ac moribus, ut ipſe prælibavit Kinſchotius (35.) & ſuprà notamus de Antuerpia, & laudatum, ac receptum invenimus, quoad regimen Statuum Limburgi, & Aloſti. (36.)

(34.) Henric. Kinſch. *Tract. 2. de præſtan. & author. Senat. Brabant. per totum.*

(35.) Kinſch. *dict. Tra. 2. cap. 4. & 5.*

(36.) Ludov. Guicard. *Belgic. in Antuerp. & Limburg.*

Cùm ergò unio Limburgi quoad Majeſtatem tantùm fuerit; haud dicendum (37.) quod ex quo convenere in manu unius Principis Brabantia, & Limburgum, inferioris Limburgi qualitas ſucceſſiva à Brabantina, tanquam Suprema, & potiſſima, in ſui conditionem, & naturam converſa fuit. Nam ad hanc virtutem vis unionis inefficax eſt per ſe, neceſſeque habet, ut inſuffletur Poteſtate Majeſtatica Principis conſtituentis legis regiæ authoritate, ut obliterata, ſeu extincta primæ generationis qualitate, alteram novam naturam, nomen, & ſplendorem conſequatur, quòd tàm jure communi, quàm Gallicano attento, firmum eſt, laudatumque inter Gallos; à quibus receptum invenimus, quòd ad hoc, ut virtutem vindicaret virtus illius ſupremæ legis unionis dictæ in Ducatus Normaniæ, Campaniæ, Comitatus Tholoſanus, aliaſque Dignitates, & Status, cautum fuit, ut rejecta teſtatorum voluntate, ac primorum fundatorum conſtitutione, moverentur motu, quo movetur in ſucceſſione Diadema Gallicanum. (38.)

(37.) Bald. *cap. 1. §. E contrario, nu. 4. De inveſt. de re alien. fact.*

(38.) Rena. Chop. *Doman. Franc. lib. 1. tit. 6.* Joan. Lymn. *not. Fran. lib. 1. cap. 8. litt. PP. & lib. 2. cap. 8. litt. C.*

Nec luitio Limburgi, arciumque Traſmoſenarum

à Philippo promiſſa, & executa, vim unionis, ac cohærentiæ vindicat, cùm illa mutare non poſſet nativam Ducatûs ſucceſſionis conditionem, (39.) tàm jure attento communi Feudiſtico, & familiari, quàm concordi aſſenſu Doctorum, (40.) firmantium, luitionem bonorum à poſſeſſore executam, non ſubvertere, (41.) illorum primævam naturam ſucceſſibilem. (42.)

(39)Hug.Grot. *de jur. bell. lib.2.cap.9.n.9.*

(40.)Poſt Bald. Alvarot. Scriptores *in Dict. §.E contrario,* ubi Neu. Molin. *de Primog. li.1. cap.26.a num. 6.& 8.* Roſental. *de feud.c.10. concl.43.* Greg. Lop. *l.2. tit.15.p.2.* Amat. *variar.reſol. 14. n. 17.* plures notant Addit. Molin. *dict.cap.26.*

(41.)Boër. *de jur.Dom vaſſall.lib.2.cap.4. nu. 73.* Harm. Piſtor. *var. lib.2 par 2.q.42.n 42.* Schard. *de feud. par. 2. ſect.2.à num.1.* Philip. Schiniſch. *de fideic. famil.cap.12. à nu. 114.*

Ex quibus evincitur, quòd ſi ex vi unionis Antuerpiæ, Limburgi, & Aloſti ſucceſſio trutinanda eſt: Ea tantùm erit attenta, quæ conſtituta, præcepta, & laudata ex Carolina conſtitutione Divina, anni M.D.LXX. In qua Majeſtaticè, tùm ut Imperator, tùm ut Belgicarum Provinciarum Dominus ſtatuit: *Ut in ſucceſſione Principatuum liberi Parentes ſuos referrent, ut in Dominatrice familia jus repræſentationis obtineret, ſimul omni conſuetudini, aut contrariæ legi in aliquot Provinciis uſurpatæ derogavit.* (43.)

(42.)Adducti *ſup.n.7.*

(43.)*Trac. Reg.Chriſt. fol.264. n. 17. Manif. Hiſp.fol.238.*

Et verè dignum notatu eſt, quòd cùm acriter inſurrexerit Aſſertor in hanc Divinam Caroli V. conſtitutionem ad hoc, ut ex ea immutabilia jura ſucceſſionis Brabantiæ ſubvertere non poſſet: illam ipſam Majeſtatem veneratur ad hoc, ut poſſint illa jura ipſa obliterari, quoad ſucceſſionem Antuerpiæ, Aloſti, & Limburgi, ex eo tantùm, quòd ſic utile, neceſſarium, & conveniens eſt cupiditati Dominationis Gallicanæ.

Quantum id alienum, aberranſque ſit à ratione, æquitate, ac juſtitia illa, qua motum Regem Chriſtianiſſimum decantat Gallus, evincitur ex ipſa Gallicanarum aſſertionum repugnantia. Quare minùs in his habita voce declamantis, firmiter aſſerimus, Belgicarum omnium Provinciarum ſucceſſionem verſandam, attenta tantùm Sacra Caroli Sanctione, (44.) cæteris obliteratis juribus, ac moribus; præcipuè agente Galliarum Rege, cùm inter Gallos ſucceſſio referatur, ſervatis Sacris Majeſtaticis Conſtitutionibus, etſi voluntati, ac juri communi, & moribus adverſis, ut in Ducatu Aquitaniæ, (45.) ex Caroli Sexti Placito, aliiſque

(44.) Petr. Stockman. *de jur. Devolut. par. 1. cap.21.num.8.*

(45.) Dixim. *Tract.1. §.4.* Harm. Piſtor. *dict. lib.2. q.42. n.45.* Tiraquel. Albert. Brun. adducti à Philip. Schiniſch. *de fideicom. famil.dict.cap.12.n.116.* Freder. à Sand. *comm. ad conſuet. Geldr. dict. cap.5.§.1.num.2.*

Prin-

Principatibus, (46.) deciſum teſtantur Gallicani Doctores, prævalente ſuprà omnia utilitatis publiciſque boni cauſa, proveniente ex Regalium Sanctionum immutabilitate, & conſtantia.

(46.) Renat. Chopin. *dict. tit.* 6. Lymn. *dict. lib.* 1. *cap.* 8. *litt. PP.* Bruknet *adduct. Tract.* 1. §. 4.

SUPERIOR GELDRIA,
cujus caput eſt Ruremunda.

VERS. III.

RAptus veritatis vi, ex ipſis juris Devolutivi fundamentis, ex quibus competere ſatagebat Reginæ Chriſtianiſſimæ Antuerpiam, & Limburgum, etiam Superiorem Geldriam decantavit Gallus. Sed cùm in Antuerpia, & Limburgo, locum non vindicet Devolutio, & ex eo illorum Domaniorum expers ſit Regina, pariter extorris, ac peregrina quoàd Geldriam decantanda.

Suam ſententiam brevi, etſi adulationis reatu polluto ſtylo exaraverit Aſſertor, ſed authoritate fulcitam Frederici Sandei. Suæ vero declamationis verba adamuſſim referemus, ut cognito jure legitimo, quo attento, trutinanda eſt Geldriæ ſucceſſio veritatis no-
„ſtræ ſervitutem ſuſtineat: (1) *Jus* (inquit) *Devolutio-*
„*nis in hac quoque regione, ut in Brabantiæ Ducatu, lege mu-*
„*nicipali eſſe conſtitutum ex eo libro, qui ulterioris Geldriæ*
„*jura deſcribit, facilè colligitur*: Quod hæreditaria, inquit,
„bona ſpectat, ſeu quæſita, ſeu patrimonialia ſint, & à
„majoribus accepta, horum proprietate ad liberos
„tranſlata, nihil conjugum ſuperſtiti præter uſum-
„fructum relinquitur. Quin etiam, ut gloſſa in artic.
„ſextum Brabantinæ conſuetudinis obſervat; quæ poſt
„ſecundas nuptias feuda ſunt acquiſita, hæc ut in Bra-
„bantia, ſic in Geldria Superiori ad liberos ex priori
„matrimonio progenitos conſuetudinis authoritate
„deferuntur. *Hunc illis in regionibus uſum obtinere, ut alios*
„*omittamus, teſtatur Sandeus,* (a) *ubi Feudales Geldriæ, &*
„*Zutphaniæ conſuetudines explicat; idque olim Conſilii Imperia-*
„*lis authoritate judicatum docet. Cùm enim Fredericus Skenk*
„*Baro Tantimburgenſis id juris adverſus ſecundi matrimonii*
„*li-*

(1.) *Dict. Tract. Regin. Chriſtian. jus in Ducat. Braban. fol.* 229 *n.* 1. Manif. Hiſp. *fol.* 338. & 339.

(a) *Quorundam locorum uſu apud Brabantos videlicèt in ſuperiori Geldria, atque alibi ex primo matrimonio ſuſcepti liberi poſterioribus, tam in Feudo quam in Allodiis immobilibus præferuntur,* Tract. 1. tit. 3. §. 1. num. 3.

„*liberos defenderet, probata regionis illius consuetudine causam* „*obtinuit.* (b) *Atque hoc jure esse Geldriam, qui sæpè à nobis* „*nominatur Petrus Stockmanus ultrò concedit. Quo circà nul-* „*lus hic est ambigendi locus, quin Superior Geldria, quæ in pos-* „*sessione Regis Catholici tùm fuit, cùm Regina Elisabetha, &* „*Princeps Balthasar diem suum obiere, ad Reginam Christia-* „*nissimam sit ex consuetudine, & præjudiciis factis omninò* „*Devoluta.*

(b) *Quod autem Baroni Tantimburgico Friderico Skenk visum fuit, qui in contradictorio indicio probatæ hac consuetudine secùdùm eam Imperii Consistorio se adstipulante judicatum fuisse refert.* Idem ibid.

Credimus sanè lecta hac pulchris vocibus decorata assertione crediturос aliquos veritate juris illam doctrinam fulcitam, firmatique certis morum, ac consuetudinum fulcris. Ut verò innotescat spectrum esse Gallicana fide tantùm ornatum, notandum, quod ad successionem (si descendamus in eo, quòd suprema dignitas versanda est ordinariis communibus juribus attentis) feudi Geldrici, necessariò desideratur illa distinctio tradita suprà ad successionem feudorum Brabantinorum, (2.) improprii, irregularis, dividui, proprii, regularis, ac individui. (3.)

(2.) Dixim. ex Freder. à Sande, *in princip. hujus Tract. 2. num. 40.*

(3.) Paul. Christ. *decis. vol. 6. decis. 4. n. 3. præcipuè num 4.* Diximus in princ. hujus *Tract. 2. à num. 37.*

Irregularia feuda illa sunt, quæ à magnificentia, & gratia Principis proveniunt, quorumque beneficia in publicis notantur archivis. (4) In horum natura, & qualitate digerenda laboravit Sandeus, (5.) regulam constituens, quoad illorum successionem. Quòd beneficii qualitas versetur primò, cum hac attenta tantum transmittenda sint, cæteris juribus, consuetudinibus, ac moribus obliteratis. (6) Quòd si verò nulla sit conditio in concessione, tunc certis in locis, non verò in toto Circulo Geldriæ, more seu jure suo attento, (7.) Hæreditaria dividua habebantur feuda inter filios, percipiente primogenito ob nativitatis qualitatem, & Imperii patronale præcipuum ædificium feudi, vel castrum cum fossis, ac vallibus. (8.) Ni à Parentibus vi Supremæ facultatis aliter cautum sit testamento, aut pacto antenuptiali. (9).

(4.) *Histor. Geldr. lib. 6 sub Rayn. I. ann. 1299.*

(5) Fred. à Sand. *Comment. in consuet. Geldr. tit. 3. c. 1. §. 16.* Christ. *post tom. 6. decis. consuetud. feud. Geldr.*

(6.) Idem Sande, *Comment. in consuet. Geldr. tit. 1. cap. 1. n. 20.* relat. suprà hoc §. *num. 3.*

(7.) Sand. *dict. tit. 3. ca. 1. §. 16. à n. 1.* Christ. *ad consuet. Duc. Geldr. tit. De feudis concess. jur. Geldr.*

(8.) Fred. à Sande, *dict. tit. 3. cap. 1. §. 1. num. 4. infra.*

(9.) Idem Sand. *tit. 2. c. 2. & 3.* Christ. *decis. Belgic. vol. 6. dict. decis. 4. num. 42.*

Hanc enim dividuam qualitatem recepisse Feuda Geldrica (hoc decorata titulo ab Scriptoribus) (10.) invenimus, ex eo quòd cùm Gentes Geldricæ prima in periodo agerentur, sinè lege, sive jure certo, (11.) naturæ tantùm instinctu ducta, ac bellicis laudatis moribus,

(10.) Sande, *dict. tit. 3. c. 1. §. 16.* Christ. *consuet. feud. tit. De feudis concessis jure Geldriæ.*

(11.) Dixim. *Tract. 2. §. 1. vers. 2. num. 46.*

bus, hæreditates deferebant, attento generationis, ac nativitatis voto, incognita eis illa teſtamentaria poſitiva diſpoſitione inter gentes aliquas recepta ad Civile regimen. (12.)

Inter illos enim belli mores vigebat Patronatuum, & clientelarum uſus laudatus ætate Pipinorum inter Brabantos, ut ſuprà notavimus, ſub his inducta fuit (temperato jam Martis cruore) Feudorum Geldricorum dividuorum conſtitutio, ſucceſſio, ſeu participatio. In quorum elucidatione elaborarunt Sandeus, & Chriſtinæus, Aſſerentes: (13.) *Nobili aliquo decedente, plerumque inter filios, ita res geri ſolet, ut Baroniam, vel Imperium cùm ſub clientelis major natu ſolus obtineret, æſtimationis tertia, vel qualibet alio parte in nummis, vel prædiis, cæteris aſperſa.* Qui notarunt in his bonis locum eſſe Devolutioni, ſed tantùm in locis, ac Territoriis, ubi recepta conſuetudo. (14.)

Individua verò regularia Feuda Geldrica illa habita, quæ à gratia, & beneficentia Imperatorum, & Regum germinarunt, Nobilibus elargita, Primogenialique Dignitati, & Titulo ornata, derivataque ſanguinis jure, non clientelari. (*a*) Hæc enim ortum tenuere, ſub Ludovico Imperatore Auſtraſiæ Rege, qui omni orbatus prole, tàm gratificaturus Nobilitatem, à quâ adjutus contrà Normanos, quàm atracturus gentes, ut adſtarent pro eo contrà Carolum Calvum Gallorum Regem, Auſtraſiam inſultantem, ſuarum ditionum Territoria; Geldriæ præcipuè, vicinis Principibus, è Nobilitateque Geldrica primoribus, veluti Feuda, ſingulari liberalitate diſtribuit. (15.)

In his enim Feudis Imperialibus individuis Nobilibus, Primogenialibus, locum non vindicat Devolutionis jus, cùm ſanguinis jure, non hæreditario deferantur.

Hæc ſententia recepta, ac laudata fuit communi voto Scribentium de natuara Feudorum Geldricorum. Quòd verò ad Supremam Dignitatem, indubium eſt non tenere Devolutionem, tàm attenta Majeſtatica indulgentia Imperatorum Henrici III. & IIII. Ludovici Babari, à quibus Feudum Imperiale donatam, quàm Im-

(12.) Pontan. *Hiſtor. Geldr. lib. 1. fol. 48. Liberos verò, qui naſcuntur hæredes ſucceſſoreſque, parentum habitos, nec locum ibi teſtamento fuiſſe.*

(13.) Freder. à Sande. *Comment. in conſuetud. Geld. Tract. Prælimin. cap. 13. num. 9. Atque ita cæteri, neque Baronius, neque ſub clientelas obtinerent paulatim tamen invaluit, ut Nobilitatis titulus ex Primogenitorum Dignitate, quaſi ſolo ſanguine non etiam clientelari jure ad ipſos derivaretur.*

(14.) Frederic. à Sand. *relatus infrà num. 26.*

(*a*) Sandeus, *dict. cap. 13. num. 9.*

(15.) Iſaac. Pont. *Hiſtor. Geldr. lib. 5. Quo circa prole jam omni orbatus nonnulla ſuarum ditionum territoria, vicinis Principibus, atque è nobilitate primoribus, veluti Feuda quædam, ſingulari liberalitate cœpit diſtribuere, venientibus etiam in eas parces Dynaſtis Pon-*

Imperiali deciſione Sygiſmundi lata in contentione edita inter Adolphum, & Arnoldum (a) de ſucceſſione Ducatus morte Ducis Reinaldi IV. (16.) ortu, & progreſſu ſucceſſionis Dignitatis, & Status.

(a) Vidend. Sandov. *Hiſtor. Carol. V. li.25.* §. 33. Iſaac. Pont. *Hiſtor. Geldr. lib. 7. ann.* 1339.

Eructant enim monumenta Geldrica, quòd Ludovicus Imperator, & Auſtraſiæ Rex Superioritatem Geldriæ in Feudum hæreditarium ſucceſſivum conceſſit Wicardo filio Dynaſti Pontii, titulo decoratum Præfecti, quod detentum Dynaſtarum Pontium manu fuit, uſque ad Othonem Naſavium maritum Alcidis filiæ Wicardi ultimi Geldriæ Præfecti, uxorio jure Geldriam Gubernantem.

(16.)Pontan. *lib.*8.

Defuncta Aleide orbata liberis, Geldria ad Imperium Devoluta fuit, quam ex vi Dominii ſupremi anno M. LXXIX. (17.) novo beneficio ac gratiâ ornatamque Titulo Comitis donavit Imperator Henricus IV. Othoni Aleidis marito, qui in ſecundam uxorem recipiens filiam, & hæredem Geldrii Comitis, & Zutphaniæ, ex ea genuit filios, & deſcendentes, ad quorum manus tranſlatæ fuerunt Dignitates, & Status, decorati Titulo Comitum Geldriæ, & Zutphaniæ, uſque ad Reynaldum II. ſub quo ab Imperatore Ludovico Babaro Geldria ad Ducalem Dignitatem elevata fuit. (18.)

(17.)Sand. *Hiſtor. Carol.V.dict.lib.*25.§ 33. Pontan. *Hiſt.Geldr.lib.* 5. *ann.* 1064. *& num.* 1078.Guichard. *Belg. univerſ. Geldr. tit. Geldriæ regimen, & in Gelra.* Auber. Mat. *Chron.Belgic.an.*1096. *tit. Comites & Duces Geldriæ.*Wolph. Laz. *de migrat.gent. lib.* 3. *tit. Geneal. Comitum à Pont.*

Reynaldus I. Geldriæ Dux, in cujus ſinu requieverant Geldria, & Zutphania, primas, & ſecundas iniit nuptias. Ex priore conjuge Sophia, Florentii Bertholdi Mechliniæ Domini filia, quatuor ſuſtulit filias, Mathildem, Eliſabetham, Mariam, & Margaritam. Ex altera conjuge Eleonora, ſeu Eliſabetha (variant in hujus uxoris nomine Sctiptores, ſed nihil ad rem diſſenſio) Eduardi Anglorum Regis filia, genuit Reynaldum, & Eduardum. Defuncto verò Patre, excluſis ſororibus ob ſexus qualitatem, (19.) Geldriæ Ducatum tenuerunt Reynaldus III. & Eduardus, majore fratre liberis orbato decedente.

(18.)Aub.Mir.*Chron. Belgic. dict. ann.* 1096. *tit Comites, & Duces Geldriæ n.*19. Pontan. *lib.*7.Guich.*in Gelra.*

(19.)Auber.Mir.Pontan. Sand. Guichard. DD.in locis.

Morte Eduardi in prælio ad Baeſwilder, inter Rhenum, & Moſſam, maſculina proles Comitum, & Ducum Geldriæ defuit, Devolutaque fuit Geldria Mariæ ſorori ex primo thalamo, quæ ex Guillielmo Duce

Ju-

Juliacenſi peperit Guilielmum, & Raynaldum ſucceſſivè Duces Geldriæ, & Juliaci; quibus ſublatis, Joanna ſoror nupta Domino Arckel dedit viro filium Guilielmum antè Patrem defunctum cælibem: Et Mariam, ex qua natus Arnoldus Egmondus, Dux Geldriæ VI.

Capta Ducatus poſſeſſione ab Arnoldo virtute Imperialis conceſſionis, emologatæ Divinæ voluntatis Sigiſmundi Imperatoris, rejecta oppoſitione Adolphi Juliacenſis Ducis: Is ex Catharina uxore ſuſcepit filium Adolphum, qui ruptis charitatis naturalis nodis, nec tantùm violenter Ducatum invaſit, ſed ſeptennio captum Patrem in vinculis detinuit. Ad illius libertatem interceſſerunt Diverſi Principes agentes ad deliniendum cor filii repræſentatione paterni ſanguinis. Quod inſuperabile invenientes, armis in filium irruerunt Adolphus Clevenſis Comes, & Guilielmus Egmondus, uſque quò à Pontifice Paulo II. & Imperatore Henrico III. ad cognoſcendam, & diſcernendam controverſiam inter Patrem, & filium, authoritas data fuit, Carolo Duci Burgundiæ, qui attento naturæ jure ſententiam in Patris favorem tulit. Quod judicium renuens Adolphus filius, profugus à Carolo, induſtria capitur, & vinculis premitur in libertatem aſſerto Patre. (20.)

(20) Philip. de Comin. *Memor. c.* 63. Sandov. *Hiſtor. Carol. V. lib.* 25. §. 33. Zyp. Hiat. Caſſan. *l.* 1. *cap.* 16. §. *Geldriam.* Aubert. Mir. *Chronic. Belgic. ann.* 1096. *verſ.* 15. Pontã. *Hiſtor. Gelr. lib.* 9. *ann.* 1465. Suer. *Annal. de Fland. li.* 22. *ann.* 1466. *& lib.* 23. *ann.* 1470. Haræus *Annal. Brab. in Carol. Audac. ann.* 1472. Pont. Heuter. *rer. Burgun. lib.* 5. *in Carol. Pugn. fol.* 404. Ludovic. Guichard. *Belg. Univerſ. in Geldr.*

Captivitatis impenſæ, & belli impulerunt Arnoldum Ducem, ut in manus Caroli Ducis Geldriam obpignoraret, ſeu ut aliqui voluerunt, venderet; quam venditionem moriens Adolphus exhæredato filio, ut impio, & rebelli, ratam teſtamento habuit: venditionis, ac teſtamentariæ diſpoſitionis titulo Carolus vindicare tentavit Geldriam, & Zutphaniam, in quem jura naturæ edidit Adolphus. Sed remiſſa cauſa collegio Equitum Velleris aurei, viſiſque, & attentis antiquis, & novis Caroli juribus, deciſum fuit. (21.) *Venditio Ducatus Geldriæ, & Comitatus Zutphaniæ, teſtamentumque Ducis juſtum, ratumque cenſetur. Audax Ducatus Geldriæ, & Comitatus Zutphaniæ poſſeſſionem omni tempore adire poſſet.*

(21.) Meyer. *Annal. Fland. l.* 17. *ann.* 1472. Haræus *Annal. Braban. in Carol. Audac. d. ann.* 1472.

Arnoldo, & Adolpho defunctis, Gerardus Juliacenſis

sis ab Imperatore Frederico Caroli æmulo in beneficium Geldriam suscepit; sed Caroli antiqua jura, & nova, potentiamque vetitus, assentiente Guillielmo filio, omne jus suum in Geldria, & Zuphania pretio octuaginta aureorum florenorum millium cedit Carolo. Ex quibus veteribus juribus, feudorumque legibus in Caroli familia requievit Geldria, & Zutphania ab Audaci Duce, usquè ad Carolum V. Imperatorem, Regemque nostrum Philippum IV. ut ex historiarum monumentis, authoritateque scriptorum relatorum *num.* 20. evincitur.

Ex his veritatis radiis illuminantur mentes ad cognoscendum (curriculo D.CC. LXXXXIX. annorum, tàm in Præfectorum, Tutorum, Comitum, quàm Ducum manu, & imperio) Geldriam fuisse feudum Imperiale successivum, seu sanguinis, attenta prærogativa linearum, sexuum, & graduum, prælatis absolutè masculis, absque nativitatis, & matrimoniorum distinctione, tùm servata prima beneficii natura concessionis Ludovici Imperatoris executæ in favorem Wicardi I. quàm renovatione Henrici III. Othoni Nasavio (22.) Adelheidis Wicardi filiæ, ex Devolutione Geldriæ ad Imperium morte ultimi possessoris.

(22.) Wolphang. Laz. *de migrat. gent. lib. 3. fol. 105. Otto Comes à Nassou ob Adelheidem postremi Comitis à Ponte filiam. Investitur ab Henrico III. Imperatore in Geldriæ Comitem.*

Quòd autem nativitatis ratio ex primo, vel secundo thalamo in Geldria locum non teneat, evincitur ex monumentis Geldricis. Mortuo enim Reynaldo II. qui primum, & secundum iniit matrimonium, ut suprà notamus, & ex primo quatuor susceperat filias; & ex secundo Reynaldum, & Eduardum, exclusis sororibus transiit dignitas, & Imperium paternum (23.) ad Reynaldum natum ex secundo thoro.

(23.) Pont. *Histor. Gelr. lib. 7.*

Neque verò filiæ ex quo susceptæ in primo thalamo prærogativam concupivere in Geldria, exclusis masculis; verùm enim est, quòd defuncto Reynaldo, Guillielmus Juliaci Comes, maritus Mariæ annosioris filiæ Reynaldi ex primo thalamo (notavimus suprà dissentire Scriptores in nomine filiæ majoris Reynaldi, sed sequimur narrationem Auberti Miræi cum aliis) aliarumque filiarum mariti, controversiam de Geldria moverunt, possessionem tentantes uxoriis juribus;

bus: non verò Devolutivi, aut consuetudinarii, sed vi tantùm antenuptialium tabularum matrimonii (24.) Reynaldi, & Sophiæ, ex quo connubia suscepta fæminina proles. In his cautum fuerat, ut ad filios ex illo matrimonio susceptos Geldria devolveretur; adhuc autem, etsi discussa causa, agente summa vi, ac diligenti Juliacensi Comite Margaretæ marito, rejecto, ac calcato nuptiali pacto, ex jure naturæ, & sanguinis Geldriam vindicavit Reynaldus, & eo defuncto Eduardus frater ex secundo suscepti thoro: de quo videnda, quæ summa eruditione, gravique, ut moris est, stylo elaboravit, ille numquam satis laudandus vir, qui Hispanam defensionem exaravit. (25.)

Hæc decisio absolutè obliterat conatus omnes Gallicanæ assertionis; præcipuè attento, quòd illius temporariæ structuræ faber Græca fide formavit spectrum authoritate Frederici Sandei, ex qua in Geldria Devolutivum jus constituit. Hic enim doctus Scriptor, etsi in eo Circulo jus Devolutionis admissum notat, non absolutè, ut dignoscitur ex verbis à Gallicano relatis; sed additis (exaramus ad litteram Sandei verba, ut discantur omissa à Gallo) (26.) sequentibus: *Illis tantummodò locis procedit, ubi moribus receptum fuisse constiterit.*

Nec æstimanda est in probationem morum, seu usus Devolutivi juris in tota Geldria Decisio in favorem lata, & per eum relata, in commodum Baronis Tautemburgici, cùm in ea fuerit agitatum de privatis hæreditariis bonis, edito, & probato more, & usu Devolutivi juris in Territorio, ubi bona sita; sed utcumque sit. Nonnè anteponenda ad constituendum usum (si unus actus purè sufficeret) privata Decisio, illustriori exemplo orto ex admissione Reynaldi II. repulsis à Geldria filiabus Reynaldi I. ex primo susceptis thalamo, ut ea potius attenta Ducatus Geldrici contentio dirimatur, si qua fit, quàm ex Tautemburgica? Haud credimus in eo assensuram Galliam, ac quòd rejecta Majestatica decisione, ex communi, ac vulgari casu, spreto, ac obliterato supremo ipsius Dignitatis exemplari, dirimatur controversia, in qua agitur de imperio, inter Principes, & versantur Gallicanæ Majestatis, & Reginæ Christianiss. jura.

(24.) Aub. Mir. *Chron. Belgic. ann.* 1096. *vers.* 9. Isaac. Pont. *Histor. Geldr. lib.* 7 *ann.* 1343.

(25.) Pontan. *lib.* 7. *an.* 1343. *Reynaldo autem initio electionis à Comite Juliacensi, & iis, qui in Matrimonium acceperant sorores ejus è Sophia Mechlinienſi genitas, controversiæ non nihil motum quasi pactis dotalitiis inter Patrem Reynaldum, & Sophiam fuisset cautum ut quicumq; ex eo Matrimonio nascerentur, in Geldriæ Principatum succederent.* Defensa de España, §. 26. *n.* 207.

(26.) Freder. à Sande, *Commen. in conſ. Geldr. tit.* 3. *cap.* 1. §. 1. *num.* 4. *Plerisque in locis non distinguimus inter prioris, ac posterioris Matrimonii liberos. Quorundam verò locorum usu, apud Brabantos videlicet, in superiori Geldria, atque alibi ex primo Matrimonio suscepti posterioribus tam in feudo, quàm in Allodiis immobilibus præferuntur; quòd jus quamvis in feudistico farragines relatum, lib.* 2 *tit.* 26. Illis tantummodò locis procedit, ubi moribus receptum fuisse constiterit: *Quòd item Baroni Tautemburgico Frederico Schenck visum fuit, qui in contradictorio judicio probata hac consuetudine, secundùm eam in imperii consisterio se adstipulante judicatum fuisse refert, in dict.* §. *Mulier.*

Pariliter vilipendendum eſt, quod eadem Gallicana fide in ſuæ mentis tutelam eructat, ex Petri Stockmanni verbis relatis in principio; ut enim rudes, ac indoctos, in ſuam raperet ſententiam, illius ſapientiſſimi Doctoris verba detruncata, non integra exarare curavit. Sed ut veritas refulgeat à nobis adamuſſim exponenda ſunt, ut meritam Aſſertor ſuæ infidelitatis ſervitutem ſuſtineat: (a) *Geldriæ quoque Ducatum aiunt periti illius regionis jure Devolutionis regi.* Hinc immutuit Gallus, quia ſequentia ſuæ obſtabant menti; recipiantur verò à non polluto corde, mente, nec manu: *Qui utrùm in totum conſentiant hac in parte, cum jure Devolutionis Brabantiæ exploratum nondum habeo.*

(a) Petr. Stockmans *de jur. Devolution. Tract. 1. cap. 2. num. 8. fol. 12.*

Firmato veritatis fulcris, Geldriam Feudum Imperiale ſucceſſivum eſſe, in quo Devolutiva conſuetudo locum non vindicat; ingredimur ad evinciendam foralem conſtitutionem, quà mediante Aſſertor aſſerit Devolutivum jus laudatum eſſe inter Geldrios, Græca voce decantatum eſſe, pollutoque inſculptum ſtylo.

Articulus enim, ex quo Devolutionem conſtitutam in Geldria, voluit Gallia (cujus hæc illius ſunt verba:) *Quòd ad hæreditaria bona ſpectat, ſeu quæſita, ſeu patrimonialia ſint, & à Majoribus accepta, horum proprietate ad liberos tranſlata, nihil conjugum ſuperſtiti præter uſumfructum relinquitur.* Non fuit efformatus, ut voluit Aſſertor, ad conſtituendam inhæreditationum formam ſervandam in bonis Feudalibus, aut Allodialibus Parentum, ſed ad digerendum modum executionis antiqui primævi juris laudati in Geldria, quoad adquiſitionem bonorum inter conjuges, cùm agebat ſine jure ſcripto, legeque certa.

(27.) Iſaac. Pont. *Hiſtor. Geldr. lib. 1. fol. 45. Inter maritum & uxorem (niſi in tabulis Antenuptialibus aliter fuerit conventum) omnium bonorum eſt communio hæreditatum, legatorum, donatorum, aut quæcumque alterutri adquiſitorum communicatur proprietas, ac poſſeſſio.*

Erat enim ex Majorum more, ſic ſacra inter Geldrios unio maritalis, bonorum, ac fortunarum ſocietas, communioque conjugalis, ut quidquid uni ex conjugibus obveniebat, ſivè ex hæreditate, legato, donatione, aut quacumque ex cauſa, conſorti communicaretur, tàm quoad Dominium, quàm quoad poſſeſſionem. (27.)

(28.) *L. 3. Pro ſocio.*

Hic mos, etſi innixus veteri obſervatione juris Romani, (28.) durus habitus, crudeliſque, quatenus bona, quæ extrinſecus conjugi obveniebant, tranſlato Dominio,

ac

ac poſſeſſione conſorti, ad extraneos tranſire poſſent (29.) per pactum, venditionem, donationem, vel ultimum elogium, in grave, luctuoſumque damnum filiorum, & familiarum. Quare Gelri Imperatorum conſtitutionibus attentis, quibus illa antiqua Romana obſervatio temperata (30.) fuit, inducta Dominiorum diſtinctione, Doctorum ſententiis (31.) moribuſque laudatis inter Germano-Gallicas (32.) gentes, foralem articuli legem efformarunt, præſcribentem, ut dominia, & poſſeſſiones bonorum (excluſis feudalibus) per inhæreditationem quæſitorum conſtante matrimonio, etſi ex more antiquo vi maritalis unionis utrique obveniſſet, non jam pleno jure competerent acquirentibus, ſed uſque ad uſumfructum tantùm.

Ad id firmandum, quidquid decantet Gallia, conſuetudinarium jus Gelricum conſtitutum fuit, ſacratuſque articulus privativè ſub hæreditariis bonis tantùm, ut evincitur ex eo, mente, & verbis Sandei, (33.) cujus ſententia, & omnium Geldricorum Doctorum, (34.) ſic contraria eſt voto Reginæ Chriſtianiſſimæ, juriſque Devolutionis, in feudis individuis, ac familiaribus, ut univoco aſſenſu fateatur; quòd conſuetudo, regulaque ex ea conſtituta, locum non vindicat in eis. Ex quo receptum, ut maritalis communio ad ea non protendatur, nec quoad proprietatem, nec uſumfructum, ſicuti in territorio Mechlinienſi, (35.) & aliis ſervatur.

(29.) *L. Cùm oportet, C. de bon. quæ liber.* Suprà §. 5. *verſ.* 1. *n.* 29.

(30.) Ex *l. Quoties, Pro ſocio.*

(31.) Ex Guiliel. Bened. *cap. Raynutius, verb. Adaleſiâ,* Caſſan. *conſuet. Burgund. rubr.* 4. Deſdroutz, §. 2. *in addit.* De quo latè Milan. *li.* 1. *deciſ.* 18. Giurba *ad conſuet. Meſſan. cap.* 16. *gloſſ.* 3. *per tot.*

(32.) *L.* 1. *C. de bon. matern. l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.*

(33.) Freder. à Sande, *Commentar. in conſuet. Gelr. tract.* 2. *tit.* 2. *cap.* 3. *Quatenus feudorum habeatur ratio in conjugalis communionis ſeparatione.*

(34.) Chriſtin. *ad conſuetud. feud. Gelr tit. de Domin. ac feudal. Curiæ honorariis. Quatenus habeatur ratio feudorum in conjugalis communionis ſeparatione in Geldria, Zutphania, & Tranſiſulania,* tradit idem D. à Sande, *dict. tit. ſecundo, cap. tertio, num.* 1. *& ſeqq. Ubi dicit Moribus Geldriæ, & vicinorum locorum inter conjuges receptam eſſe omnium bonorum ſocietatem, eam tamen nõ trahi ad feudalia, ne quidem etiamſi ante nuptiali pacto iſta ſocietas fuerit ampliata ad omnia bona utrimque illata, niſi expreſsè de feudis actum ſit.*

(35.) Suprà hoc §. *verſ.* 1.

COMITATUS NAMURCENSIS.

Verſ. IV.

IN hunc Comitatum jura Reginæ Chriſtianiſſimæ firmat Aſſertor, tùm virtute legum municipalium Digeſtarum, art. 79. & 82. ſui Codicis: *Priori* (1.) (inquit) *quidem jus Devolutionis, de quo omnis noſtra contentio eſt, clariſſimis verbis conſtituitur: Poſterior diſtinctione adhibita liberorum jura ſic deſcribit, ut natis ex priori connubio, quæ ſuperſtitis antè matrimonium initum fuere, aut conſtante quæſita ſunt bona immobilia relinquat; tùm mente Doctorum de hac contentione quærentium: Hinc etiam celeberrimi ejus Provinciæ patro-*

(1.) *Tract. Regin. Chriſtian. jur. in Ducat. Brabant. fol.* 230. *num.* 1. *Manif. Hiſp. fol.* 340.

troni, cum Regis Christianissimi jussu, hac de re mutatis solùm nominibus consulti fuissent, filiam ex prioribus nuptiis genitam virili soboli ex secundo matrimonio susceptæ legum municipalium authoritate præferri magna concessione responderunt. Tùm authoritate Petri Stockmanni, illius verba modulantis ad firmandum jus filiorum primi matrimonii: *Sed quid in re apertissima testimonia colligimus, cùm Petrus Stockmans dissertissimè fateatur, apud Namurcenses liberis primi thori addita esse bona omnia immobilia, quæ conjuges illius thori possederunt, exclusis liberis secundarum nuptiarum, quibus invicem, & compensationem addicuntur omnia tempore illarum nuptiarum quæsita.*

Visis verò, ac perlectis articulorum litteris credimus, temporaria fide elaborasse in eos Assertorem, chamaleonentinoque spiritu ad auram ambitionis Gallicanæ tàm ipsum emunxisse assertam doctrinam, quàm respondisse patronos, si qui fuerunt ad consultationem simulata propositione editam. Cùm certum sit ullum esse posse, ni rerum Namurcensium, & juris sui ignarum, voto Regis Christianissimi respondentem, fatentemque, filiam in successione Comitatus præferendam masculo fratri, sive ex primo, sive ex secundo suscepto thalamo. A Namurcensi enim Comitatu, si monumenta illius recolimus, extorris habitus fuit fæmineus sexus, masculina semper in eo prælata, ac laudata successio, nativo jure, tàm in prima sua periodo, quàm in secunda. Fuit enim Namurum avitum patrimonium Ansbertinæ familiæ, translatum successivo jure Pipino Harstalo Ansesigi filio Ansberti, & Fruitildæ nepoti, suisque filiis, & successoribus masculis, in qua floruit manu retentum Brabantinorum Ducum, usquequò Brabantiæ unita fuit Gallicana Dominatio. Pipino III. Duce Brabantinorum, ad apicem elato Francici Regni. A Pipino, usque ad Lotharium, sinu Regum Austrasiæ, & Galliæ susceptum fuit Namurum quousque Alberto marito Hermengardæ Caroli I. Ducis Brabantiæ filiæ datum in feudum Imperiale (2.) fuit, in quo secunda ætas ingressa, & simul translata Dominatio invenitur etiam ex successivo jure in masculos exclusis fæminis, usque ad Balduinum VIII. Flandriæ Comitum, quem in-

(2.) Diximus *Tract.* 2. §. 2. *ex Thritem.*

invenimus Namurum donasse Philippo filio, servata primæva qualitate Feudi Imperialis, ac Flandrici, ex vi hujus concessionis homagio præstito Comitibus Flandriæ.

Mortuo Philippo in Syria orbato liberis, Namurum transiit Balduino IX. Comiti Flandriæ, Constantinopolitano Imperatori, à quo venditum comperimus Blanchæ Francorum Reginæ Divi Ludovici Matri, quæ pietate rapta, inductaque orbitate, & necessitate Margaretæ, seu Marthæ Balduini Imperatoris viduæ, retrodonavit ei Statum, & Dignitatem. Lucemburgense, vero Duces fulciti propriis juribus conati fuerunt vi, & armis obliterare donationem; Sed ab incepto deciderunt, renuntiante Margareta jura in Namurum Guilielmo Dampierri ad matrimonium Elisabethæ Comitis Lucemburgensis filiæ; in quibus, filiisque, & descendentibus masculis qualitate, & natura Feudi Imperialis, & Flandrici requievit, usque ad Philippum Bonum Ducem Burgundiæ, qui anno M. CC. XXIII. Namurum emit (3.) (adhibitis necessariis formulis, & solemnitatibus, ad validitatem contractus) ab ultimo Comite Theodorico, seu Philippo, ut Historiarum narratores assentiunt. (4.)

(3.) Ex Bochio, Zypeus, Hiat. Cassan. *l.* 1. *cap.* 16. § *Namurum*, Chifflet. *Lotharing. mascul. cap.* 1.

Et quamvis hac Namurcensis Comitatus nativa, & suprema qualitate attenta, trutinari deberet contentio nostra, ex eaque excluså absolutè dicenda à successione Regina Christianissima; adhuc tamen illam decantare cogimur peregrinam ex regulis municipalis juris Namurcensis, cùm nulla sit constituens jus Devolutivum in successionibus paternis, immò consuetudine laudatum est, ut excluſis filiabus primi matrimonii, ad apicem successionis elevetur filius masculus genitus, & natus in secundo thoro, ut infrà notamus numero 14.

(4.) Div. *rer. Brab. lib.* 10 Har. *Annal. Fland. in Henric. VI. an.* 1258. *& in Aleid. ann.* 1262. Suer. *Annal. Fland. lib.* 7. *ann.* 1180. 1198. *& lib.* 18. *ann.* 1429. Ren. Chop. *Doman. Franc. li.* 3. *tit.* 6. *n.* 54. Guich. *Belg. Namurum Comitatus*, Zyp. Hiat. Cassan. *dict. lib.* 1. *cap.* 16. § *Namurum*, David Blond. *Geneal. Franc. tom.* 1. *Præfat. Apolog.* Petr. D'outrem. *Constantinop. Belgic. lib.* 1. *cap* 6. *& 7. & in not.*

Verba enim Articuli 79. (ex ipso Assertore) sic resonant: (5.) *Quæ bona immobilia, aut realia sunt à conjugatis in matrimonium collata horum Dominium, extincto ex his altero, ad liberos ex ius nuptiis genitos devolvitur, usufructu penès superstitem manente*, non efformati, nec exarata, nec mens, illius directa super bona conjugis superstitis,

(5) *Dict. Tract. fol.* 231. *num.* 1. *Manif. Hispan. fol.* 342.

(6.) Vide ſup hoc *Tractat.* 2. §. 2. *num.* 14.

ſicuti expreſsè ad conſtituendum conſuetudinarium jus Devolutionis cautum fuit inter Brabantos; (6.) ſed ad deſſignandum Doarium ſuperſtiti in bonis defuncti, ut evincitur, attenta Mechlinienſi (7.) conſtitutione, laudata inter Namurcenſes, conſuetudineque ad id recepta aliquibus in Provinciis Inferioris Germaniæ.

(7.) Suprà *verſ.* 1. *n.* 3. *& ſequentib. & n.* 16.

Nec ignotum Aſſertori ad id directam vim, ac Poteſtatem articuli; quarè ad conſtringendum nodum, quo implicitus in ſui tutelam inquit: (8.) *Quòd ſi quis* (verba ſunt Aſſertoris) *neglecta legis apertiſſima ſententia ad verborum anguſtias, & litterarum tendiculas nos revocet, ſed magis illius, qui prior obiit hæreditate intelligi opportere.* Conferens Articulo vitioſam ſignificationem, & contrariam Nomothetarum voto. Audiamus illius cantum his pollutis vocibus reſonantem: (a) *Non erit „difficile illius pertinaciam convincere, & fallacem eam con„cluſiunculam refellere. Primùm enim cùm de bonorum om„nium, & facultatum uſufructu, non de feudis ſolùm lex ipſa „ſtatuerit, nihil profectò magis à communi hominum ſenſu alie„num videtur, quàm ut ea liberos omni patrimonii poſſeſſione „dejicere, & parenti ſuperſtiti deductis oneribus cuncta poſſi„denda ſic tradere voluerit, ut ne alimenta quidem liberis præ„ſtare, aut æs alienum diſſolvere teneretur. Deindè quid ne„ceſſe fuit eo cavere articulo, ut bonorum immobilium, quæ ex„tincti parentis fuere, proprietas ad liberos pertineret: cùm „id jure communi, & naturali quadam lege ſit conſtitutum? „Præſertim cùm articulo ſeptuageſimo octavo mortui paren„tis bona pleno jure in hæredem tranſmitti jam ſancitum fuiſ„ſet. Poſtremò illud recurrit, quod uberius jam ſuprà à nobis „eſt explicatum, non aliam ob cauſam jus Devolutionis indu„ctum fuiſſe, quàm ut liberis ex priori matrimonio natis adver„ſus ſecundarum nuptiarum injurias caveretur.*

(8.) *Dict. Tra. fol.* 232. *Manif. Hiſp. fol.* 343.

(a) *Tract. Reg. Chriſt. jus in Ducat. Brabant. fol.* 231. *num.* 2.

Hæc verò omnia, cùm proprio pondere ruant, delectationique inſerviant, non veritati, reſponſione indigna credebamus. Præcipuè perlectis, quæ exarata ſunt ad elucubrationem juris Mechilinienſis. Ne verò ſilentium pro ſervitute accipiatur, notare debuerat Aſſertor, quòd Articuli conſtitutio, quatenus filiis Dominium bonorum, & uſumfructum conjugibus ſuperſtitibus præſcripſit, non inductiva novi juris Devolutivi

tivi fuit, ſed declarativa juris ſervandi inter Namurcenſes, conſtituti ad tollendas lites, contentioneſque ortas ex verborum ambiguitatibus; ſicuti ab Imperatoribus Romanis in jure communi (9.) executum invenimus, ob publicam rem, & utilitatem. Cautum enim fuit ab Imperatoribus, reſtricto antiquo jure, ut matre defuncta, omnia bona ſua filio devolverentur (Devolutionis jus, ſi vocum aucupia delectant, (10.) non inter Brabantos ortum, ſed à Romanis ſuſceptum.) Cùm verò ex illa conſtitutione Majeſtatici voti non fuiſſet Patri tollere abſolutè jura Poteſtatis circà commoda, & uſum bonorum filiorum, ad digerendam formam ſervandam, ex tunc in fruitione illorum, conſtitutum fuit, ut Dominio ad liberos pertinente, uſusfructus remaneret in parentum poteſtate. Aliter enim, ni hac inducta Dominiorum diſtinctione, (11.) inſeparabilis à filio acquiſitio, ac perceptio fructuum in re propria. Id enim ſumma legum notitia ſecutum fuit, ac laudatum à Conſultis jus Namurcenſe componentibus, quare articuli conſtitutionem efformarunt hac ſecuta legali diviſione, cùm aliter amputari non poſſent litium prolixitates, nec conſuli bono Reipublicæ.

(9.) *L. Cùm oportet. C. de bon. quæ liber.*

(10.) *L. 1. C. de bon. mat. Rei, quæ ex matris ſucceſſione, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato fuerint ad filios DEVOLUTÆ. Ita ſint in parentum poteſtate, ut utendi, fruendi, dumtaxat habeant in diem vitæ facultatem, Dominio videlicèt earum ad liberos pertinente.*

(11.) *L. Conſtitutionis. Fructu tamen ſolo atque uſu parentibus deputato dominium ei quæ à conjuge, vel quæ à marito meruit reſervatur, & toto tit. C. de bon. quæ liber.*

Hæc autem cùm rationi conſona ſint, juriſque municipali Namurcenſi, parvi facienda veniunt, quæ in ſuæ ſententiæ fundamentum producit Aſſertor verbis loricatus articuli 82. (12.) *Prioris connubii ſoboles in bona quæque immobilia ab utroque parente allata, aut interjecto matrimonii tempore delata, aut per eos labore parta ſuccedet, excluſa poſterioris connubii prole; ut viciſſim liberi ex ſecundis nuptiis procreati, in bona quòque immobilia, quæ parentes attulere, quæque iis conſtante ſecundo Matrimonio obtigerunt, præ liberis ex priori conjugio natis ſuccedent.*

(12.) *Dict. Tract. Reg. Chriſtian. jus in Ducat. Braban. fol. 231. Manif. Hiſp. fol. 346.*

Ex eis enim Reginæ Chriſtianiſſimæ vindicare jus in Namurcenſem Comitatum non poteſt, nec ejus authoritate Patroni illi, quibus mutatis nominibus conſulti de cauſa reſpondere voto Chriſtianiſſimi Regis non valuerunt. Articuli enim conſtitutio, etſi Allodialia, immovilia qualiacumque conſtringat bona, non verò virtutem protendit, ſuprà familiaria, ac ſuc-

ceſſibilia, quæ inter Germanos, Francos, Namurcenſes ſubeſſe certum eſt Ripuario jure, (13.) quo attento præfertur indiſtinctè in ſucceſſione maſculinus ſexus, excluſuſque fœmeninus, ſivè ex primis nuptiis, ſivè ex ſecundis genitus. Ex quo, moreque communi laudata ad ſucceſſionem Dignitatum, & Statuum Supremorum. In Namurcenſi Comitatu invenimus Godifredum Comitem, primum, & ſecundum aſcendiſſe thalamum. In primo ex Sybilla Rogerii Pontenſis Comitis filia genuiſſe Eliſabetham, & Flandinam. (14.) In ſecundo ex Ermeſinda Conradi I. Lucemburgenſis Comitis filia Albertum, patre vivente ſine liberis mortuo, & Henricum cæcum patri ſuperſtitem. Defuncto verò communi parente, Henricus Cæcus, etſi ex ſecundo ſuſceptus thoro patri in Namurcenſi, Rupenſi, & Durbienſi Comitatibus ſucceſſit, excluſis filiabus ex primo levatis, quorum jura in re tanta, ſi ex Devolutione tenerent, haud omitterent Rethelenſis Comes Eliſabethæ maritus, Dominuſque Spinoy Flandinæ.

Nullus enim ad tanti exemplaris conſpectum ſupereſt ambigendi locus. Nec ſi leges patrias, ſi authoritatis Majorum more laudatas recolimus, ullum ſanè mentis reſpondere poſſe aſſerimus ad Reginam Chriſtianiſſimam pertinere Namurcenſem Comitatum: Nec Devolutionis jure, nec alio privato, aut publico, immò decantandum Regi noſtro Carolo maſculo fratri favere jura, immunia non à negligentia, aut inſcitia tantùm, ſed à libidine dominandi.

(13.) De quo diximus *hoc Tract.* 2. §. 1. *verſ.* 3 *num.* 32.

(14.) Aub. Mir. *Chron. rer. Belg. ann.* 991. *tit. Numurcenſes Comites, n.* 4. *Godefridus Comes Namurcenſis, duxit Sybillam Rogerii Comitis Porciani filiam; ex qua natæ ſunt duæ filiæ Eliſabetha Gervaſio Comiti Rethelenſi, & Flandina N. Domino de Eſpinoy, & Antoyngnapta.* Et poſt: *Godefridus itaque ſervando ſibi junxit Ermeſindem Conradi I Comitis Lucemburgenſis filiam, Albertum, ſine liberis defunctum. Henricum cæcum Namurci, & Luxemburgi Comitem,* qui num. 5. *Henricus Cæcus patri ſuo Godefrido in Namurcenſi, Rupenſi, & Durbienſi Comitatibus ſuccceſſit,* Suer. *Annal. Flandr. lib.* 7. *ann.* 1180.

HAN-

HONNONIÆ COMITATUS.

Verſ. V.

ETſi ex omnibus à Gallicanis Aſſertoribus diſcuſſis, & exaratis, (1.) in tutamen prætenſi juris Reginæ Chriſtianiſſimæ evincatur, rationi adverſa, mentiqúe propriæ ſcribentium eſſe contrariariis, ab ullo luculentius dignoſcitur, quàm ex his, quæ de Comitatu Hannoniæ enarrantur, ac firmantur. Aſſerit enim Gallia, Hannoniæ Comitatum inter Allodialia bona numerandum, (a) illaque natura, ac qualitate attenta poſſeſſum à Rege noſtro Philippo, ejuſque obitu Reginæ Chriſtianiſſimæ obveniſſe, jure legitimo munito conſuetudinis, & legum municipalium auctoritate.

Prius verò, quàm Aſſertoris munimenta veritatis ariete contundamus, reminiſci opportet Gallicanum, Hannoniam hanc illam eſſe, quam (attentis Brabantiæ Annalibus inmenſam contentionis projecit) (2) Margaritæ Flandrenſis filii ex Avenienſi Comite ſuſcepti, ut familiare bonum, individuum, non Allodiale ipſis jure Primogeniali, competere contenderunt, Diviqúe Lu-

(1.) Manif. *fol.* 355. Obſer. *de Regin. Chriſt. jus in Brab. par.* 1. *fol.* 40. *Quantum autem ſpeciatim ad Comitatũ Hannonienſem pertinet, nihil apertius eſt conſuetudine, quæ in favorem filiæ ex primo thoro contra filium ex ſecundo in illis Feudis quæ conſtante priori Matrimonio acquiſita ſunt, his verbis pronuntiat:* Itẽ, ſi fœmina excedat è vivis relinquens filiam, & non filium, ut ſuprà, & vir ſuperſtes ad ſecũdas nuptias cõvolet filiumque ex illis habeat, filius iſte in feudis Patrimonialibus patris ſuccedit, excluſa penitus filia prioris Matrimonii, quæ nihil in iis accipiet, ſed in feudis, quæ acquiſita ſunt in primo Matrimonio, & in viduitate, filia ex priore Matrimonio ſuccedet, & non filius ex ſecundo.

Poſt hæc verba tota difficultas in eo remanet, an Comitatus Hannonienſis, qui ad Philippum IV. Reginæ Chriſtianiſſimæ Patrem tranſiit per mortem Archiducis Alberti, aut ſaltem Eliſabethæ, quæ anno 1633. *contigit tempore prioris conjugii Philippi IV. ex quo Regina orta eſt, debeat Philippo IV. pro acquiſitione cenſeri, & exindè ad Reginam ejus filiam ex primo Matrimonio pertinere.*

Et ſanè in eo ſecundum verba conſuetudinis difficultas ulla ineſſe negatur. Quamvis enim objiciatur, ea quæ jure patrimonii, ſanguinis ac familiæ redierunt pro acquiſitis cenſenda non eſſe, juxta ſententiam Argentræi ad art. 18 *conſuetudinis Armoricanæ, nihilominùs certum eſt.*

Primò, ſententiam ſingularem privati hominis pro lege haberi non poſſe, atque eò magis, quòd ipſe Argentræus fateatur maximam Juriſconſultorum partem, veluti Fabrum, atque alios quos nominat, in contrarium ſentire.

Secundò, tantùm abeſt, ut ſpecies controverſiæ, de qua nunc agitur, ſimilis ſit ei, de qua Argentræus, ait; quinimò probari facilimè poteſt, hanc controverſiam cadere in ſpeciem donationis factæ ſucceſſuro, quam Argentræus ipſe perpetuò, & in omnibus caſibus veram acquiſitionem eſſe agnoſcit.

Verùm in utroque caſu nunc inutile foret quæſtionem hanc generalem diſcutere, cum præcisè, & abſque ulla diſtinctione conſuetudo Hannonienſis de illa ſtatuerit, ſeipſam ſatis paulò poſt primum iſtum articulum exprimens, ac diſtinctè pronunciant, quòd ſi quis ſuccedit uni Feudo, vel pluribus in linea collaterali; talia Feuda pro acquiſitis cenſebuntur ei, qui ſuccedit.

Cùm igitur Philippus IV. Reginæ Chriſtianiſſimæ pater ex hujuſce ſecundi articuli diſpoſitione Eliſabethæ amitæ in collaterali linea ſucceſſerit, proculdubiò concludi debet Hannoniam ipſi veram fuiſſe acquiſitionem, ſivè donationis, ſivè ſucceſſionis cauſa eam poſſideret ideoque poſt ipſius mortem ad Reginam ex primis nuptiis genitam juxta deciſionem prioris, quem duximus, articuli pertinere.

(a) *Tract. Regin. Chriſt. jus in Ducat. Braban. fol.* 241. & 242. *num.* 1. & 2.

(2.) *Dict. Tract. fol.* 166. *num.* 19. Manif. Hiſp. *fol.* 241. & *ſeqq.*

Ludovici Gallorum Regis voto adjudicatum notamus.

Quo prælibato, deſcendamus in arenam. Decantat „Gallus in ſuæ Reginæ trophæum: (a) *Primùm itaque „id fundamentum loco ponamus, Hannoniæ Comitatum eſſe in- „ter bona Allodialia numerandum, & jure quo optimo poſſide- „ri; tùm ad Reginæ jura in hunc Principatum veniemus. Illud „quidem communi omnium ſermone tritum, & veteri prover- „bio in ea regione uſurpatum refert Gudelinus magnæ inter „ejus nationis Scriptores authoritatis, hunc Comitatum in unius „Dei, & Solis ditione eſſe conſtitutum, neque ulli humanæ „poteſtati ſubeſſe. Eadem omninò ſunt à Chriſtinæo iiſdem pla- „nè verbis elata. Quique hujus Provinciæ Hiſtoriam diligen- „ter conſcripſit Haræus, id olim ab Imperatore tentatum, & „cum Ordinibus Provinciæ magna ambitione actum commemo- „rat, ut Hannoniam Feudum Imperii beneficiarium à virili „dumtaxat ſtirpe poſſidendum eſſe decernerent: ac neutrum ab „iis impetrari potuiſſe. Illi quippè libertate, animoque maximo „negarunt hunc Principatum, aut Imperii Feudum eſſe, aut ad „mares ſolos devolui.*

(a) *Tract. Reg. Chriſt. jus in Ducat. Brabant. fol. 242. num. 2.*

„*Verùm haud ſcimus in illuſtriori ullo, quam Sigiſmundi Im- „peratoris exẽplo, aut graviori teſtimonio uti poſſimus. Hic enim „cùm Hannoniæ Comitatum in clientela Imperii exiſtere, nec „ſequiorem ſexum in ejus ſucceſſionem vocari falſis deluſus ſer- „monibus in animum induxiſſet: Ordinum tamen conſtantiæ, & „rationibus cedere, ac ſententia tandem deſiſtere coactus eſt. „Cùmque ea res, ſi quæ alia, ad noſtram cauſam maximè perti- „neat, non erit alienum ejus demonſtrandæ paulò longiùs exordiũ „repetere. Ludovicus Bavarus Hannoniæ Comes unica filia ſu- „perſtite, cui nomen Jacobæa, deceſſerat. Joannes Leodii Epiſco- „pus, & Ludovici frater contemptum ſe à ſua nepte exiſtimans, „Sigiſmundum Imperatorem per internuntios adit, eique per- „ſuadet Hannoniæ Comitatum Feudum eſſe Imperii beneficia- „rium, virili dumtaxat ſtirpi addictũ: ſe Ludovici Bavari noviſ- „ſimi Comitis fratrem agnatione, gentilitioque jure proximum, „nepti ſuæ ex fratre anteponi opportere. Sigiſmundus jam pridem „à Brabantiæ Duce, cui Jacobæa nupſerat, alienior, ſecundùm „Leodicenſem Epiſcopũ judicat. Verùm huic ſententiæ Ordines „Hannoniæ vehementer intercedunt, & magna animorũ contẽ- „tione Principis ſuæ jura, & cauſam tuẽtur. Negant Imperato- „ri, aut ulli Principi quicquã juris eſſe in Comitatum Hannoniæ;*

„*mu-*

„*mulieres in ſpem rerum potiundarum naſci patriis moribus,*
„*& exemplorum vetuſtate confirmant. Contrà Leodicenſis*
„*Epiſcopus hanc Comitatus libertatem exemplis quoquè op-*
„*pugnare conatus, Hannoniæ Comites in Epiſcopi Leodicenſis*
„*fide, & clientela quondàm fuiſſe oſtendebat. Cui Hannones*
„*referebant cauſam ejus adeò non his exemplis adjuvari, ut*
„*nihil huic magis obeſſet. Richeleriam quippe Comitem unà*
„*cum Balduino filio, cùm Roberti Friſii armis premeretur,*
„*ab Epiſcopo Leodicenſi auxilium deprecatam, ſe in illius tute-*
„*lam, & fidem contuliſſe. Negabant porrò in argumentum,*
„*aut exemplum id trahi poſſe, quod tùm neceſſitas expreſſe-*
„*rat. Hoc demum exemplo liquere nihil penes Imperatorem*
„*juris eſſe in Hannoniæ Comitatum, neque eum feudi loco ha-*
„*bendum, nec denique fœminas ab eo Principatu eſſe alienas.*
„*Vicerunt tandem Hannones; tùmque Comitatus Hannoniæ*
„*jura patefacta ſunt, & illuſtrata, nec Jacobeæ Principis fuit*
„*interturbata poſſeſſio. Hunc enim Principatum jure quo opti-*
„*mo retinuit; neque illa, neque ejus poſteri Imperatoribus ob-*
„*ſequium, fidemque præſtiterunt.*

„ *Hoc utique exemplum, quo vix ullum afferri poſſit lucu-*
„*lentius, aliud memoriæ recentioris excipiet, & eodem autho-*
„*re depromptum. Scribit ille quidem anno milleſimo quingen-*
„*teſimo decimoquinto Carolum V. qui tum temporis nihil, quàm*
„*Hiſpaniæ Rex erat, & Belgi Princeps, Hannoniam eſſe jure*
„*quo optimo, omni clientela ſolutam, ac liberam, nec rele-*
„*vium, ut vocant, ſeu redemptivum cuiquam debere diligen-*
„*tiùs edoctum, reſcripto caviſſe, ne Cancellarius deinceps, aut*
„*magnum Mechlinienſe Conſilium publicas litteras, aut di-*
„*plomata ſuo nomine obſignarent, quibus ſuprema Curia Mon-*
„*tenſis teneretur, aut ejus quoquo modo minueretur autho-*
„*ritas.*

Nè verò hoc juſtitiæ vultu, Harpyarum inſtar, & unca manu, ambitionis Gallicanæ ingluvie rapiantur, pura, ſupremaque Regis noſtri jura protegere conabimur, & fugare infeſtationes Gallicanas; ſi non virtute nativa, ut Zetes, & Calays, hiſtoriarum ſaltem ſagit is fabricatis in veritatis officina.

Et quamvis ordinem ſcripturæ Aſſertoris ſequi in repulſam teneremur, liceat illum turbare ad puram rerum cognitionem. Fuit enim Hannonia illuſtriſſima

vi-

virorum insignium genitrix, ob id Metropolis saltus Carbonarii, dignitateque Comitali ornata Caroli Magni (a) manu, à qua periodo familiari dominii qualitatem sustinuit in Alberico, titulo honoris Domini Castelli: Sequenti verò sub Raginerio (3.) illum immutatum notamus in titulum Comitum Montensium. Incolæ uno Dominium illud dixerunt *Hainaut*, in memoriam Hannonis Troiani, quondam Principantis ad ripas Schaldi fluminis. Ab anno 876. quo Raginerius I. Comes erat Hannoniæ. Familiari jure sanguinis possessa fuit, etsi turbati possessores vi magis, ac libidine dominandi, quàm jure legitimo à Brunone Archiepiscopo Colonienſi. Tandem Raginerius IV. victis Guarnero,& Reynaldo in prælio ad Peronam ablata,à Brunone vindicarunt; quo defuncto, translatus fuit Comitatus hæreditario, ac familiari jure in Richildam filiam nuptam. Primò, Herimano Comiti Turingiæ. Secundò, Balduino Bono, seu Montensi Flandriæ Comiti. Richilda ex Balduino peperit Arnulphum, & Balduinum; Pater Arnulpho filio majori Flandriam: Balduino verò juniori Hannoniam testamenti tabulis assignavit, fratri suo Roberto Frisio tutelam Arnulphi committens.

(a) Ludov.Guichard. *Belgic. descript. part.* 3. *in Montes.*

(3.)Aubert.Mir.*Chronic. Belgic. ann.* 926. Petr. D. Ostremen. *Constantin. Belgic. lib.* 1. *cap.* 1. *in not. à num.* 13.adducti infrà *num.* 4.

Defuncto Balduino, tutelam filii, regimenque Flandriæ tradere patruo renuit Rechilda mater, ferocis ingenii mulier, cujus industria denegata tutela Roberto, illum hostem declaravit, movitque arma in eum auxilio Regis Anglorum, cujus auctoritate tertias contrahens nuptias cum Guilielmo de Osberne Comite Hereforstensi, quidquid Roberti esset in Flandria invasit, atque in Fiscum redegit. Hæc fuit origo illius funesti belli, quo Flandria diù concussa, & agitata mansit: Nam cùm durum haberetur Richildæ Imperium, divisa fuit Flandria, adstante pro Roberto omni nobilitate circuli Teutonici, Gallici verò pro Richilda, à qua implorato auxilio Philippi Gallorum Regis: Cruentis duobus præliis, juxtà Castellum pugnatum fuit; in ultimo verò, mortuo Arnulpho nepote, Guilielmoque Richildæ marito, victoria fuit potitus Robertus, qui pace cum Philippo Gallo-

rum

rum compoſita, Comes Flandriæ ſalutatus fuit.

Richilda animoſa mulier delere dedecus, filiumque Balduinum ſuperſtitem, ad paternas Dominationes perducere ardebat; quarè cùm nullam in Francis inveniret opem, converſa ad Theoduinum Leodienſem Epiſcopum, à quo (Imperatoris Henrici IV. aſſenſu, ſuprema Dignitate, judicioque in Hannonia Leodienſibus Epiſcopis attributis) magnam impetravit pecuniæ ſummam ad ſumptus belli.

Ex hoc exoſæ, & frementis mulieris impetu injuſtè committentis Hannoniæ faſces Epiſcopis Leodienſibus, conantur Galli deducere, Joannem Epiſcopum Leodienſem jus habuiſſe (4.) in Hannoniam, excluſa Jacobea Jaquelina nepoti Ludovici Comitis filia. Quod rejectum, ac obliteratum, ab Hannonienſibus legitimè fuit, cùm Richilda non potuiſſet in filii, & ſucceſſorum præjudicium Imperatori obſequium, nec Leodienſibus Epiſcopis præſtare fidem, nec faſces ſupremos Hannoniæ aliis immittere.

(4.) Manif. Hiſp. *fol.* 357.

Extincto, ut diximus in prælio ad Caſſetum, Arnulpho, Balduinus I. poſt Richildam, Hannoniam tenuit, quam materno ardenti ſpiritu rexit, Principumque aliquorum armis adjutus in Robertum, & Flandros incurſus aliquot fecit. Ex Alleida levavit Balduinum II. qui patre defuncto apud Syriam in bello Sacro Hannoniam tenuit, exque uxore Olenta habuit Balduinum III. qui ex Alleida, ſeu Ermeſinda ſuſcepit Balduinum Magnanimum, iſte Ducens Margaritam Philippi Alſatii Flandriæ Comitis filiam genuit Balduinum Conſtantinopolitanum, in quo inſufflata Primogenialis lineæ ſucceſſibilis vita requieverunt paterno jure, Hannoniæ, & Namurii dignitates: Materno, Flandricæ, quæ diviſæ fuerant à prole Balduini Montenſi, potentia, & viribus Roberti Friſonis Defuncto Balduino liberis maſculis orbato, Joannam, & Margaritam reliquit ex ordine Flandriæ, & Hannoniæ Comitiſſas.

Hujus Margaritæ Conſtantinopolitanæ acta, tàm agente patre in ſæculo, quàm defuncto (de quibus latè ſuprà) (5.) Divum Ludovicum Regem Francorum

(5.) Suprà *Tract.* 2. §. 4. *num.* 16. *& ſeqq.*

coëgerunt ad pecandam Rempublicam Inferioris Germaniæ, utque ad id Hannoniam, & Flandriam inter filios Margaritæ divideret, data Hannonia familiæ Avesnienſi, Flandria Dampetræ, ſeu Borboniæ. Ex hoc Regis judicio Joannes Aveſnius Hannoniam tenuit, quam ad filium Joannem tranſmiſſit, à quo in maſculina familia Aveſnienſi floruit jure familiari ſucceſſivo, uſquè ad annum M.CCCC.XVII. in quo defuncto Guilielmo Hannoniæ, & Hollandiæ Comite, ad Jacobam Jaquelinam filiam, paternas Dominationes tranſtulit, rejecta ambitioſa cupiditate (6.) Joannis Leodienſis Epiſcopi, qui relicta Dignitate, initoque matrimonio auxilio Sigiſmundi Imperatoris, Hannoniam ſibi ob ſexus qualitatem competere propoſuit.

Jacobæ Jaquelinæ Bavaræ dictæ morte, Hannoniæ, Hollandiæ, ac Friſiæ, ditiones, & alia Dominia ad Philippum Bonum tranſlata fuerunt, attento ſucceſſivo jure familiæ Comitum Montenſium, proximitateque gradus, quatenus Philippus erat proles Ruginerii II. Comitis Hannoniæ, fraterque Lamberti Lovanienſis filii Ruginerii I.

A Philippo Bono, uſquè ad Philippum II. Regem noſtrum, Hannoniæ Dignitas familiaris individua, non hæreditaria, ſed ſucceſſibilis habita fuit, delataque jure ſanguinis, attenta in ea ſexus qualitate.

Hæc ſunt, quæ de origine, & qualitate ſucceſſiva Comitatus Hannoniæ requieſcunt in ſuarum Hiſtoriarum monumentis. (7.) Quarè parvi facienda ſunt, quæ ad hanc ſucceſſibilem naturam evertendam, decantat Gallia, ex illo Hannonienſi tymbrico ſigno recepto in ſuæ ſupremitatis honorem: (a) *Hunc ſcilicèt Comitatum in unius Dei, & ſolis ditione eſſe conſtitutum, quarè nec Feudum Imperii eſſe, nec ad mares ſolos devolui.* Nam etſi reſonent harmonica authoritate Doctorum (8.) hæc Epigrammata, non tamen recipienda, eo in ſenſu, quo modulatur Aſſertor; ſed attenta origine, & cauſa, ex qua natum, ac receptum inter Hannonios.

Veritas enim rei, & cauſa acceptionis ſigni fuit; quòd, cùm Imperator Ottho II. in Commendam traderet Ducatum Lotharingiæ Brunoni fratri Colonienſi

Ar-

(6.) *Dict. Tractat. fol.* 243 *n.* 3. Manif. Hiſp. *fol.* 357. *&* 358.

(7.) Aub. Mir. *Chronic. Belgic. ann.* 915. *tit. Comites Hanoniæ, & ann.* 1300. *&* 1436. Paul. Æmil. *Hiſt. Reg. Frac. in Philip. Auguſt.* Meyer. *Annal. Fland.* Div. *Annal. Brab. lib.* 10. *&* 18. Har. *in Henric. III. ann.* 1070. *& in Philip. Bon. ann.* 1432. Sucr. *Annal. Fland. lib.* 4. *an.* 1070. *lib* 5. *ann.* 1072. *lib.* 7. *ann.* 1180. 1191. *lib.* 8. *ann.* 1243. *lib.* 11. *ann.* 1333. *lib.* 17. *ann.* 1418. *& lib.* 18. *ann.* 1436. Ludov. Guich. *Belg. in Hannon. in Mōtis, & Valencian. & Bello Mont.* Ruthean. *Annal. Hannon.* Wolphang. Laz. *de migrat. gent. lib.* 3. *fol.* 94. *Geneal. Hannon.* Beyerl. *theatr. vit. human. litt. M. verbo Magiſtratus, Comites Hannoniæ,* Ren. Chopin. *Doman. Franc. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 53. Zyp. Hiat. Caſſan. *lib.* 1. *cap.* 16. §. *Hannonia,* Mir. & Petr. D'outreman. *relati num.* 2.

(a) *Dict. Tractat. fol.* 242. *num.* 2.

(8.) Ex Chriſt. *tom.* 6. *deciſ. in conſuetud. feud. diverſ. Provin. tit. de cōſuetud. feud. Hannon.* ex Gudelin. *de jur feudor. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 9. Zyp. *dict.* §. *Hannonia.*

Archiepiſcopo, ob varias contentiones ortas inter Brunonem, & Ruginerium Comitem Montenſem, ab Archiepiſcopo captus, & in perpetuum exilium damnatus fuit, bonis ad Fiſcum publicatis; cujus filii, Ruginerius, & Lambertus, ad Lotharium Francorum Regem confugerunt. (9.)

(9.) Sygebert. *in Chron. ann.* 959. Paul. Æmil. *de reb. geſt. Franc. in Lothar. Reg. XXXIII.*

Exilium agente Ruginerio, & filiis, Otho Imperator Guarnerio, & Reginaldo Hannoniam donavit in feudum, cujus poſſeſſionem arripere curaverunt. Hannonii verò vim, injuriamque inductam legitimo Domino dignoſcentes, arma propria in arma novorum Comitum, adjuta potentia Imperatoris, & Archiepiſcopi moverunt, aſſerentes, regiones illas numquam fuiſſe, eſſeque feudum Imperii, vexillis imponentes in ſignum ſuæ libertatis ab Imperio Tymbrim: *Illum*, inquam, *Comitatum in unius Dei, & Solis ditione eſſe conſtitutum, neque ulli humanæ poteſtati ſubeſſe.* Non verò exindè Hannonii legitimorum Dominorum Dominationem excutere conati fuerunt; nec refugere Comitum Montenſium (10.) poteſtatem, & authoritatem legitimo jure ſuſceptam, & laudatam à Ruginerio I. Hinc cùm filii Ruginerii partem Lotharii Regis Francorum ſequerentur, illiuſque, & Hugonis Capeti ſoceri auxiliis hoſtes paternos attroci pugna occidiſſent, paterna dominia, Montenſemque Comitatum recuperantes, in terram Patrum ſuorum relocati fuerunt, (11.) votiſque Montenſium, & Hannoniorum ſalutatus fuit Princeps illorum Ruginerius III. à quo, ut ſuprà notamus, germinata progenies ſucceſſiva Honnonienſium Comitum.

(10.) Zyp. *dict. §. Hannonia.*

(11.) Poſt Paul. Æmil. *in Lothar.* Sygeb. *ann.* 977. *Filii Raginerii in terra, patrum ſuorum relocati ſunt*, Meyer. *Annal. Flandr. lib. 2. ann.* 976. *Longo poſt tempore ſocerum auxiliis ambo in patriam ſunt reſtituti, ubi Raginerius Montenſem, Lambertus verò addiit Comitatum Lovanienſem, jura uxorio.*

His veritatis fundamentis, non ex filtro cupiditatis collimare debuerat Aſſertor, ad conſtituendam poteſtatem independentem, ſupremitatemque tuendam, ac ſucceſſibilem qualitatem Comitatus Hannoniam.

Sed cùm non juſtitiæ celte in ſilice ſculpta ſint dogmata Gallicana, ſed in pulvere pennis ſcripta gallinaceis, veritatis ſpiritu facilè ſubvertuntur; ſicuti, & quæ ad firmiorem ſuæ mentis tutamen, ex actis Caroli V. Imperatoris emulget: *Scribit* (a) *ille quidem* (Rutheus

(a) *Dict. Tractat. fol.* 244. *num.*

theus inquam) *anno milleſimo quingenteſimo decimo quarto Carolum V. qui tunc temporis nihil, quam Hiſpaniæ Rex erat, & Belgii Princeps, Hannoniam eſſe jure, quò optimo, omni clientela ſolutam, ac liberam, nec relevium, ut vocant, ſeu redemptivum cuiquam debere, diligentiùs edoctum reſcripto caviſſe, nè Cancellarius deinceps, aut magnum Mechlinienſe Conſilium publicas litteras, aut diplomata ſuo nomine obſignarent, quibus ſuprema Curia Montenſis teneretur, aut ejus quoque modo minueretur authoritas.*

Cùm ſi hujus Principis acta, tàm Belgiam gubernantis, quàm Imperium recolimus, illa præcipuè, ex quibus ornatur Aſſertoris declamatio; inveniemus, quòd reſcriptum illud divina ſua providentia emologatum in Majeſtatem Curiæ Montenſis, collimavit privativè, quoad ſarciendum, firmandumque juriſdictionale Imperium Hannoniæ in cauſis privatis, & publicis ſubditorum. Et nè Montenſes faſces ſubderentur Conſilio Mechlinienſi (antea enim quatenùs Valentianas, & illius territoria à tempore Ruginerii (12.) Comitis annexa erant Dominationi Comitum Hannoniæ, nativa origine Conſilio Supremo Mechlinienſi ſuberant.) Utque amoverentur diſſentiones, rixæ, ac lites ortæ, ex commixtione juriſdictionis, utque voto annueret Hannonienſium patria jura illæſa ſervare flagrantiſſimè concupientium, reſcripto conſtituit, ut Curia Montenſis ſuprema teneret; neque deinceps Brabantiæ Cancellarius, magnumque Conſilium Mechlinienſe in re Hannoniæ diplomata ſuo nomine obſignaret.

(12.) Ludov. Guich. *Belg. in Hannon. & Valencian.*

Quò verò ad ſucceſſiones, vel jura, nihil tactum immutatum, actumque fuit à Carolo, cùm nativa habuerit Hannonia ab anno D.C.LI. tàm mânu Montenſium Comitum, & Flandricorum, quàm diviſo Comitatu, & tranſlato ad familiam Haſvenienſem, poſtque reunito in Comitibus Flandriæ, Brabantiæ, & Burgundiæ Ducibus, uſque quò ex Carolina Pragmatica ſanctione boni publici cauſa reducta fuit à Carolo Imperatore ad unam maſſam totius Belgicæ Dominationis ſucceſſiva; de quo videnda, quæ à nobis ſuprà (*a*) ex Aſſertore dicta ſunt.

(*b*) *Dict. Tractat. fol.* 164. *num.* videnda dicta ſuprà *hoc Tractat.* §. 4.

Hu-

Hujus divinæ ſanctionis authoritate Hannonia unà cum cæteris Belgicis circulis, à Carolo ad Philippum II. tranſlata fuit; à quo diverſis publici boni cauſis inſtantibus Belgicæ ditiones, in quibus, & Hannonia, in dotem donatæ fuerunt Eliſabethæ filiæ, ad nuptias cum Alberto Auſtriæ, hac item lege, (13.) ut qui ex illo matrimonio naſcerentur liberi, maſculis præferentibus fæminis, majoribus minoribus, de manu in manum univerſam Belgicæ Provinciam acciperent. Quòd ſi fortè ſterile fuiſſet matrimonium, aut proles ex eo ſuſcepta vivere deſineret, donatio virtutem omnem, ac vigorem amitteret, caduca, ac ad nihilum redacta haberetur.

Hujus donationis, ac ceſſionis virtute, ad Majeſtatem Dominationis Belgicæ, voto communi Ordinum, plauſuque ſubditorum, elevati fuerunt Albertus, & Eliſabetha anno M. D. XCVIII. die XVIII. Auguſti; (14.) quod negare auſa non fuit Gallia. Audiamus Aſſertorem: (15.) *Anno quingenteſimo nonageſimo octavo ſuprà milleſimum Alberto Archiduci Auſtriaco Iſabellam nuptui collocavit, eique Belgii Principatus in dotem ea lege contulit, ut nulla ex hoc matrimonio prole ſuperſtite, ad Regem Hiſpaniæ, qui ex ſua ſtirpe eſſet oriundus Belgicum univerſum recurreret.*

Obliti tamen (cùm ignari juris non ſint) Aſſertores, vim hujus donationis, legemque reverſionis, qua attenta, concepta, genita, & producta fuit ceſſio, nativæque qualitatis ſucceſſivæ Comitatus Hannoniæ; ac communis omnium Europæarum Dignitatum ſupremarum; (16.) Auſi fuerunt dicere, Hannoniam allodiale

(13.) Verba donationis relatæ ab Haræo, *Annal. Fland. tom. 2. ann. 1598. Hac item lege, ut qui ex hoc Matrimonio naſcentur liberi, majores natu minoribus, maſculi fœminis præferãtur; eaque prærogativa, de manu in manum traditam univerſam Provinciarum hæreditatem accipiant, omni vel divellendi eas vel alienandi facultate adempta. Cui illud addimus, natos ex filio, & filia primogenitis, patruo, avunculo, cæteriſque in collaterali linea potiores habendos. Tertiò, ſi fortè ſterile fuerit hoc Matrimonium, aut liberi ex eo nati, mortuo conjugum altero, vivere deſierint, ceſſio hæc ſive tranſportatio vigorem omnem amittat.* Adſentiunt Herrer. *Hiſtor. Philip. II. lib. 14. cap. 10. part. 3.* Grot. *Annal. Belg. lib. 7.* Cardin. Bentiboſſ. *guerr. de Flandes, lib. 4. par. 3.*

(14.) Oratio Ordinis ad admiſſionem Archiducis, relata ab Haræo, *dict. ann. 1598. Per litteras Regiæ Majeſtatis, Sereniſſimæ Princeps, pridiè Kalendas Junii ad Provinciarum Ordines ſcriptas, dotalem conceſſionem & donationem Belgicarum ditionum cum Comitatu Burgundiæ, & Caroleſii, quam in favorem, & promiſſionem futurarum nuptiarum Sereniſſimæ Infantis filiæ ſuæ cum Veſtra. Celſitudine contrahendarum, Principis etiam Hiſpaniarum accedente conſenſu, facere decrevit, iidem ordines intellexerunt.* Poſt *Quæ ſpe freti Prælati Nobiles, & Civitatum Legati, ex benigno Regis hoc Conſilio de hac ceſſione, & donatione ingenitem lætitiam tandem animo conceperunt, ejuſque Majeſtati ingentes gratias agunt, ac virtute mandatorum, quibus ſunt muniti, eidem ceſſioni intra ſe parati ſunt.* Poſtmodumque: *Itaque die poſtero ad eundem locum reverſi ſolemni ritu Princeps in Ordinum, Ordines in Principis verba jurarunt ſigillatim evocati, Principeſque ſingulos accedentes.*

(15.) *Dict. Tract. fol. 242. num. 8.* Manif. Hiſp. *fol. 364.*

(16.) Hening. Arniſ. *Polit. lib. 2. cap. 2. ſect. 12. num. 23.*

le bonum esse, feudumvè Francum, cujus successio versanda erat, si allodiale, ex authoritate municipalium legum, aut articulorum Montensium. Ex his legis (17.) verbis: *Allodia quæque patrimonialia, susceptа ex priori connubio prolis utriusvis sexus, non ejus, quæ ex posteriori est genita, futura sunt. At si fortè ex transversaria successione post alteras, aut tertias nuptias ea bona obtigerint, tùm ejus matrimonii, cujus tempore obvenerunt, ducta ratione, ad liberos ex eodem connubio procreatos deferentur. Quod in quæsitis etiam allodiis obtinebit: nam ineunda est ratio temporis, quo bona quæque sunt acquisita; adeò ut cùm virilis, tùm sequioris sexus proles in ea bona succedat, quæ matrimonii, undè prognata est, aut viduitatis tempore sunt comparata.*

(17.) *Dict. Tract. fol.* 245. *n.* 5. Manif. Hisp. *fol.* 360.

Si verò feudum Francum, ex authoritate articulorum 91. 92. & 97. (18.) *Quæ* (inquit articulus 91.) *feuda sunt à patre, vel matre, connubii, vel viduitatis tempore quæsita, ad liberos qui ex eo matrimonio geniti sunt, quo supradictum est ordine pervenient*, 92. verò: *Quæ feuda in linea collaterali obveniunt, eodem quoque acquisita hoc habeantur loco, atque ad illius sobolem maneant, quo constante bona devenere.* Ast denique nono, cap. 94. decernitur: *Quæ hæreditate transversaria venere feuda, aut prioris matrimonii tempore sunt acquisita, distrahi à patre, aut alienari non posse: etiam si nulla virilis soboles, sed filiæ tantùm ex his nuptiis sint superstites: quod in feuda, quæ aut quæsita sunt, aut hæreditario jure ab agnatis transversariis venerunt liberi utriusque sexus legitimo jure succedant.*

(18.) *Dict. Tract. fol.* 247. *n.* 7. Manif. Hisp. *fol.* 362.

Haud ignorare posse credimus Gallicanos Assertores collimantes nativo ardore ad tutamen jurium Reginæ Christianissimæ: Quòd naturalis Hispana reverentia nihil omittere, aut remittere valet necessarium, utileque ad defensionem, nec tantùm personalem Regum, sed rerum, actionum, Majestatisque honorem. Quarè, ut ingenuitate nativa decoratum credatur quidquid actum, executumvè à Magno Philippo, immuneque ab injusta nota, qua inuritur à Gallicanis, in communem jactavimus lucem Hannonici juris regulas, praxim, usum, moresque receptos, ac laudatos inter Hannonios,

ad

ad conferendas, aut transmittendas successiones, hæreditasque, ut ex eis evincatur, quicumque sit Hannonii Status, conditio, & quomodo ad Regem nostrum Philippum pervenerit, numquam posse devolvi ad Reginam Christianissimam, etsi ornatam decore nativitatis, & prærogativa generationis in primo thalamo.

Rosenthaurus (19.) enim magnus inter alios Feudorum Scriptores, agens de illorum natura, quærensque, quo jure, more, aut consuetudine, filiis primi thori (inter Hannonios præcipuè, de quibus meminit in corpore operis) successionis porta aperta sit, exclusis ex secundo susceptis asserit, hanc positionem generationis, aut nativitatis locum vindicare, privativè, ac limitatè in Feudis illis irregularibus ad morganaticam, seu Salicæ legis dispositionem conceptis: In regularibus verò, nec receptam, nec admissam, sed jure communi attento trutinandam illorum successionem, exclusa distinctione nativitatis, an susceptí sint filii ex primo, vel secundo connubio. Addens, numquam ni in uno singulari casu vidisse laudatum, etiam à Feudis irregularibus, exclusos filios ex secundo matrimonio susceptos, propter odiosam, ac irrationabilem consuetudinem inducentem inter filios divisionem, ex prælatione nativitatis.

Quæ Doctoris mens firmatur jure, more, ac usu Hannoniorum, ex quo filiis masculis, etsi ex secundo susceptis thalamo, (20.) Feuda transmittuntur, sororibus exclusis, in primo natis, attento ad illarum exclusionem, quòd finis familiarum habentur, cùm in iis conservari non possit honor, decor, & natura Feudorum regularium: (21.) ni aliter antenuptialiter stipulatum sit, seu matrimonium contractum fuerit ad morganaticam, filiisque ex primo thoro vocatis ad successionem, vi pacti.

Si ergò jure communi Hannonico, distinctio nativitatis, ac matrimonii ad successionem Feudorum, (22.) nec recepta, nec admissa, etiam inter privatos, inque privatis, ac ordinariis bonis: Quo jure, quo principio admittenda in Majestate, ad cujus culmen fæmi-

(19.) Ros. *de feud. ca. 7. concl. 16. n. 9. & con. 38 n. 20. Qualis ferè consuetudo generalis in Ducatu Montensi & Juliacensi extat. Ut liberi primi Matrimonii sive de successione matris, sive patris agatur, omnia immobilia in isto Matrimonio acquisita, vel etiam quæ ex linea ascendentium sint jam devoluta, vel posteà devolvenda, sive feuda fuerint sive Allodialia, conferantur exclusis liberis secundi, vel ulterius Matrimonii ordin. Julia. p. 1. c. 24. Eaq; Cameræ præjudiciis in Allodialibus. De feudis enim non vidi hoc controversum, nisi in valdèimpropriis. In quibus hoc una determinatum vidi, &c.*

(20.) Ex Art. Hanno. *tit. 6. c. 31.* Gud. *de feud* Respuesta de España, *§. 26. n. 186. & 187. Los feudos Patrimoniales del casado q sobrevive, pertenecen a los hyos de segundo Matrimonio, quando sola queda hya del primero. Con todo aviendo disposicion ordenada a su favor de la hija del primer Matrimonio, la tal dispocion tendrà lugar a exclusion de los hijos de el segundo.*

(21.) *Cap. 1. De eo qui sibi & hæred. suis. Tandem pro masculo pronuntiatum est, non enim patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus supereſt ex eo qui primus de hoc feudo fuerit investitus.*

(22.) *§. Mulier, §. Filii nat.* ubi Glos. *Si de feu. fuer. contr. Tit. de filiis natis, ex Matrim. ad Morgonat. contr.*

nino ſexui via prælcluſa eſt, denegatuſque aditus ad conſpectum filiorum maſculorum; præcipuè noto ſuccedendi majorum more laudato in ipſa Hannoniæ Dignitate. Richildis enim Hannoniæ (23.) Comitiſſa primò fuit juncta matrimonio Herimano, ex quo peperit Rogerium, Claudium, Cataulanenſem, aliumque filium Monachum Haſmanienſem: Secundò nupſit Balduino VI. Comiti Flandrii; ex eo peperit Arnulphum Flandriæ Comitem, & Balduinum Hieroſolymitanum, qui, quamvis ex ſecundo thalamo natus, omiſſis fratribus ex primo genitis, Hannoniæ Comitatum ſuſcepit morte parentum.

Sed etſi his omnibus Hannonici juris ſuprà adductis regulis, ac moribus, non acquieſcat mens, & voluntas Gallicanorum, ſed Hannoniæ ſucceſſio trutinanda ſit ex communibus juris principiis, temporarium fatendum eſt, illis attentis, aſſerere: (24.) *Illud profectò neminem fallit Hannoniæ Comitatum ad Regem Catholicum anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo prioris connubii temporibus Alberti Archiducis morte perveniſſe.* Cùm ſive Supremam Dignitatis, & Status Hannonici naturam cernamus, ex individua illius qualitate, (25.) expertem habendam eſſe fatendum, ſupràque diſpoſitionem juris Devolutivi; (26.) ſive trutinentur Hannonienſium articulorum verba, nulla in eis invenitur credita præexcellentia in ſucceſſione filiis ex primo ſuſceptis connubio, immò potius prælatio maſculorum, etiam natorum ex ſecundo, excluſis filiabus natis in primo thoro, (27.) ut ſumma, ac illuſtri notitia illuſtratur in Hiſpana reſponſione. (28.)

Nec ignota ſententia noſtra Gallicano Aſſertori: dignoſcens verò, quòd ſi congrederetur ad veritatem eruendam, facilè ſuperari poſſet, illam inauditam damnavit, illò jacto dicterio: (a) *Quæſito, an hæreditario jure hunc Principatum poſſideret Rex Catholicus, nihil hoc ad Reginam Chriſtianiſſimam.* Sed cùm clamante veritate, timeret ab ea revinci obſtrepuit, ut oculos opprimeret, nè lumen illius videretur, & oblita virtute illius vocis: *Quæſito*, ex qua nullum jus Reginæ ſuæ competere in Hannoniam poſſit. Addidit: (29.) *At fortè Hiſ-*

(23.) Aub. Mir. *Chron. Belg. ann.* 915. *Comites Hannoniæ, Richildis primùm juncta fuit Herimanno Comiti ex Thuringia oriundo, & ex eo peperit filios duos, Rogerium à nativitate Claudum; Cataulanenſem in Gallia Epiſcopum, & N. Monachum Haſnonienſem. Secundò nupſit Balduino ſexto Comiti Flandriæ, & ex eo genuit Arnulphum infelicem Flandriæ Comitem ſine liberis defunctum, & Balduinum Hieroſolymitanum Hannoniæ Comitem.*

(24.) Obſerv. adducti. *n.* 1. Man. Hiſ. *fol.* 361.

(25.) *Cap. unic. §. præterea Ducatus*, ubi Scrip. *de prohib. feud. alienat.* Montan. *de regal. prælud.* 1. *n.* 51. Menoch. *conſ.* 163. *n.* 21. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 11. Andr. Schiniſc. *de fideic. famil. cap.* 6. *n.* 326. Theod. Reinfing. *de regim. ſæcul. li.* 1. *clauſ.* 4. *cap.* 17. *n.* 10. & 11. Ant. Coler. *de juriſd. Imper. ſect.* 50. Joan. Lymn. *not. Franc. li.* 1. *c.* 8. *lit. LL.* Latè Chriſtin. *vol.* 5. *deciſ.* 105.

(26.) Ut notavimus in princip. *Tract.* 2. *n.* 15.

(27.) Relatus. *num.* 1.

(28. *Reſpueſta de Eſpaña à los Tratados de Francia* §. 26. *à n.* 186. & 187. *ex conſuetud. Hannon.* relata à Gudel. *de feud. tom.* 1.

(a) *Dict. Tra. fol.* 246. *n* 7. Man. Hiſ. *fol.* 361.

(29.) Manif. *fol.* 361. & 362.

Hiſpani eam apertè legis judicio coacti negabunt Hannoniæ Comitatum inter bona allodialia eſſe nec numerandum. Verùm id tot argumentis, ac teſtimoniis probatum à nobis, & confectum fuit, ut infirmari nullo modo poſſit. Atque ut Regina id concederet, quod perſpicuè falſum eſt, Hannoniam feudum eſſe, nec jure uti quo optimo, vel hoc etiam nomine eum Principatum hæreditario jure, & patriis legibus vinceret pertinere, cum illud extrà omnem controverſiam poſitum ſit, filiam ex ſuperiore connubio natam in ſucceſſione feudorum, quæ ſtante matrimonio ſunt acquiſita, vel ex tranſverſali linea obvenere, virili etiam ſtirpi, ex alteris nuptiis genitæ præferri oportere.

Liceat veritati in tanti Aſſertoris machinationes, non occulta, ſed aperta via ad aures gentium pervenire, utque illius interceſſiones retundantur, quærere, quo jure Hannonia obvenit Regi noſtro, an quæſito, vel hæreditario? Cùm ſi diverſo jure tranſlata, quàm eo, quo firmari poſſint jura prætenſa Reginæ Chriſtianiſſimæ, in ea nec leges, nec conſuetudines, nec uſus Hannonienſes, virtutem, aut locum vindicabunt.

Aſſerit Gallia, Hannoniam pertinuiſſe ad Regem noſtrum morte Alberti Archiducis. Quod quantùm alienum ſit à veritate, reſonat rerum ſeries, legum Hiſpanicarum firmitas, (30.) ſcribentium ſententia, (31.) Regis Philippi III. teſtamentum, ipſaque Aſſertoris „enarratio (32.) his modulata vocibus: *Res ipſa* (33.) „*paulò altiùs videtur repetenda. Philippus II. ex prioribus* „*nuptiis Iſabellam, ut ſuprà diximus, & Catharinam; ex poſterioribus Philippum III. ſuſceperat. Anno quingenteſimo* „*nonageſimo octavo ſuprà milleſimum Alberto Archiduci Auſtriaco Iſabellam nuptui collocavit, eique Belgii Principatus in dotem ea lege contulit, ut nulla ex hoc matrimonio prole ſuperſtite ad Regem Hiſpaniæ, qui ex ſua ſtirpe eſſet oriundus, Belgium univerſum recurreret, idque ex donationis cauſa poſſideret. Albertus mortem obiit anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo. Philippus IV. ſtatim donatarii nomine Belgii poſſeſſionem adiit, miſſis ad Provinciarum Ordines in hæc penè verba conceptis litteris.* Dilectiſſimos, & fidiſſimos Conſilii noſtri Provincialis Flandrici cùm

(30.) *L. 12. tit. 7. lib. 5. Recop. Y que aſſimiſmo ſea, y ſe enteinda quedar excluſa, y excluſos la Señora Infante, y ſus deſcendientes, para no poder ſuceder en ningun tiẽpo, ni caſo en los Eſtados, ni Paiſes Baxos de Flandes, y Condado de Borgoña y Charolois con todo lo adyacente, y perteneciente à ellos, que por donacion de ſu Mageſtad Catolica ſe dieron à la Sereniſſima Infante Doña Iſabel, y hande bolver à ſu Mageſtad Catolica, y ſus ſuceſſores.*

(31.) Manif. *fol.* 364. Hugo Grot. *An. Belg. lib. 7. Jus omne ad Hiſpaniæ Dominos revertatur.* Har. *Annal. Braban. tom. 2. ſub Philipp. II. ann.* 1598. *Tertiò, ſi fortè ſterile fuerit hoc Matrimonium aut liberi ex conati, mortuo conjugum altero, vivere deſierint: Ceſſio, hæc ſivè tranſportatio vigorem omnem amittat.*

(32) Teſtamento del Señor Rey D. Felipe III. *clauſ.* 34. *Conviene à ſaber, que en caſo que murieſſe ſin hijos del dicho Matrimonio, la dicha Señora Infante Doña Iſabel, y Archiduque Alberto, los dichos Eſtados ſe me bolvieſſen à mi y à mi Corona, y Reynos y à mis ſucceſſores, para que los tuvieſſenos, y poſſeyeſſemos, ſegun, y como los tuvieron los dichos mis Señiores Abuelos, y Padre.*

(33.) Manif. Hiſp. *fol.* 364. *Tract. Reg. Chriſt. fol.* 247. *num.* 8.

„cùm Præsides, tùm Senatores plurima salute imper-
„tit Philippus Hispaniarum Rex. Cùm Deo ita volen-
„te, Serenissimus Archidux Austriæ Albertus Belgii, &
„Burgundiæ Princeps ex hac vita migraverit; cùmque
„ex iis clausulis, quas Philippus II. felicis memoriæ His-
„paniarum Rex, Avus, & Dominus noster cessionis
„instrumento adhibuit, ad Coronam nostram ii Princi-
„patus redierint, &c.

Hac enim reversionis natura attenta sub qua donatio, ac cessio Statuum Belgicorum genita, ac concepta fuit, casu, quo sterile fuisset Alberti, & Elisabethæ matrimonium, ut ab ipso Assertore firmatur, qua cogitatione, ni turbata humana voce, ac juris mente poterit decantari: *Nec venire in mentem ulli homini potest eam donationem, (a) quæ Infantis Isabellæ dotali instrumento continetur à Philippo II. in nepotem suum Philippum IV. ut in Primogenitum, & præcipuum hæredem esse profectam. Quò enim Pater filium, ut directum, & primogenitum hæredem possessione aliqua donare possit, id ante omnia requiritur, ut is existat, qui hoc efficiatur munere.*

Matrimonialis enim cessio, seu donatio, cùm pacto reversionis deficiente ex illo connubio prole, nec concepta, nec suscepta, (34.) qualiter in Archiduce invenimus, nullum ei, nec uxori etsi filiæ donatoris jus contulit firmum, invariabile, nec virtutem operativam, ac productivam recepit ad hoc, ut defectione alterius conjugum, transmissibile haberi possit ad filios Philippi Regis ex persona patrum; immò sic inefficax (35.) habenda ad germinandum illud transmissibile in alios, quàm in genitos, ac susceptos ex illo thalamo (mente, & sententia scribentium, (36.) præcipuè Hispanorum, agentium ad intelligentiam legis Regni) (37.) sic anihilans, ac resolvens substantiam pacti, ex quo translatum dominium rei donatæ, aut cessæ cessionario, sicque illam ad non esse reducens, ut insufflato spiritu juris primævi, nec versanda sit cessio, nec actio translata ex ea, nec attendenda possessio intermedia, qualitas possessionis, persona possessoris, nec causa possidendi, sed jus inhærens (38.) ante cessionem in donante, aut cedente ad hoc, ut ab eo productum, ac translatum dica-

(a) *Dict. Tractat. fol. 250. num. 11.*

(34.) Vidend. ex Bald. & aliis Palac. Rub. *repetit. rubr. de donationib. inter §. 69. nu. 30.*

(36) *L. in tantùm. Quasi jure postliminii revertitur locus in pristinam causam, de rer. divis. l. Quod in littore, §. 1. de adquir. rer. dom. Perindeque publicus sit, ac si nunquam in eo ædificatum fuisset, l. fin. verb. Remeantibus,* ubi Glos. *C. de legat.* Offuald. *lib. 14. Comment. c. 21. lit. O* post Tiraq. *in l. si unquam, verbo Revertatur* Sforc. Odd. *de subst. p. 4. q. 2. art. 1. verb. Revertatur. Ut nec unico quidem momento dicatur in ejus persona subsistere, à qua sivè per quam revertitur.*

(36) Post Gloss. *in l. Fidejussor. §. In omnibus, C. mandat.* Bald. *l. 1. C. quando non peten. part.* Surd. *decis. 163. nu. 14.* Cassan. *cons. 26. nu. 42.* cumulant innumeros Giurb. *decis. 24. à n. 8.* Salgad. *in Labyr. cred. p. 2. cap. 7. num. 55. & cap. 13. à num. 12.*

(37.) Palac. Rub. *dict. §. 69. n. 30.* Molin. *li. 1. de primog. cap. 6. à n. 21* Flores de Mena *lib. 1. var. q. 19. §. 2. num. 20.* Gutierr. *pract. lib. 2. q. 92.* Matienç. *l. 11. tit. 7 lib. 5. Recop. glos. 8.* Castill. *lib. 1. controv. cap. 89. à num. 79.*

(38.) *L. si res, l. voluntate, quib. mod. pign. vel hypoth. l. facta, de ædil. edict.*

ca-

catur, cæteris omnibus rejectis, & obliteratis vi resolutivi juris, & reversionis.

Ex his sacris juris principiis evincitur adulationis mangonio potiùs, quàm veritatis ornamentis exarasse mentem suam Assertorem. Si enim veritatis monumenta recolamus, inveniemus, quòd jus ad familiaria fidei commissaria bona, seu (ut voce Jurisconsultorum Gallicanorum loquamur) fiduciaria, qualia habentur Imperia, Dignitates, Majoratus, Regna jure donata, concessa, aut translata filiis, agnatis, familiæve, ex voluntate privata, aut voto gentium, nec tantùm transferuntur legum providentia à testatore in hæredem, à patre in filios, & descendentes, sed ad alios, nec in rerum natura existentes, etsi nec personaliter quidquam Primogeniti, aut hæredum habuerint. (a) Etsi id verum, non essetque jure à Possessore defuncto orto Apanagium Andegavense Coronæ Gallicanæ assignatum, repulso Renatho Lotharingiæ (39.) ultimi Possessoris hærede: Ducatus Normanniæ, Comitatus Andegavensis, & Cæromaniæ à Philippo Francorum Rege Joanni filio cessi, ac donati ad Gallorum Reges nonnè translati fuerunt ex alio principio, quàm ex reversione, qualitateque inhærente in plasmatione donationis? (b)

Quid enim exteris egemus testibus in repulsam assertionis Gallicanæ exaratæ communibus, ac privatis juribus ad communes hæreditates constitutis, & receptis? Mortuo enim Joanne Duce, de possessione Ducatus Brabantini mota fuit contentio inter Philippum Bonum, & Margaretam Ducis amitam Philippi Audacis filiam, astruentem potiorem esse hæredem defuncti: voto tamen Ordinum visum fuit Philippo Principatum deferri, (40.) ex eo quòd cessio Dignitatis facta à Joanna Ducissa in favorem Antonii Ducis minoris fratris Joannis Burgundiæ, ex quo ad Principatum elevatus, concepta, & constituta fuit illa addita conditione reversionis: *Ut si Antonium, liberosve ejus sine prole mori contingeret, Ducatus ad Joannis hæredes reverteretur.* Cui ignotum Alostani Comitatum ex jure reversionis ad Comites (41.) Flandriæ transmissum fuisse, repulsis Theodorici Comitis hæredibus? Ducatus Burgundiæ

(a) *Ex doctrina, l. Qui Romæ. §. Flavius Hermes, de verb. oblig.* latè Molin. *de Primog. lib. 4. cap. 2. à nu. 76. vers. In secundo casu. Cumulat. quam plures* Amat. *resol. 31. à num. 16.*

(39.) ExChop. *dict. lib. 2. tit. 2.* Chlifec. *vind. Gall. lumen Salic. lumin. 13.*

(b) Renat. Chop. *dict. lib. 3. tit. 1. num. 28.*

(40.) Hadrian. Barlan. *Chron. Duc. Brab. cap. 90.* Div. *li. 18. rer. Brabant.* Har. *Annal. Brab. in Philipp. ann. 1430. Gesisse verò cum Antonio Fratre, sed conditione addita, ut si Antonium, liberòsve ejus, sine prole mori contingeret, Ducatus ad Joannis hæredes reverteretur. Undè summo jure Philippum Ducatus possessionem petere. Porrò Ordinibus, discussis utrorumque allegationibus, visum fuit Philippo Principatum deferre,* Suer. *Annal. Flandr li. 16. ann. 1430. & lib. 18. eod. ann.*

(41.) Sup. hoc §. *vers. 2. num. 3.*

diæ posſeſſio à Joanne Rege Gallorum ſuſcepta non ex alio jure fuit, quàm ex eo quòd deficiente virili ſtirpe, ad Regnum ex natura conceſſionis revertebatur. (42.)

(42.) Pont. Heut. *lib. 1. de Ducat. Burg. cap. Initium Ducat. Burg. Primò ratione Regni in cujus poteſtatem Ducatus, deficiente virili ſtirpe recidiſſet, Aſſert. Gall. cap. 8.*

In hæc juris elementalia principia firmata more Gentium (43.) inſurgit Aſſertor dicens: (44.) *Neque ulla mentis agitatione conſequi poſſumus, ut qui in rerum natura adhuc non eſt, in eum quiquam primogeniti, & hæredis nomine conſequatur. Cùm itaque nondum natus eſſet Philippus IV. nec dum ejus pater uxorem duxiſſet cum Iſabella nuptui eſt collata, qui potuit ad illum hoc titulo ea donatio pertinere.*

(43.) Ant. Coler. *de jur. Imper. ſect. 70.* Joan. Lymn. *not. Fran. lib. 1. c. 5. in not. lit. FF.*

Nè verò varia illa agitatione mentis in delirium imminens irruat, ſed in ſede rationis ſedeat, in qua raptus veritatis luce cognovit: *Extremo tandem loco (Philippus II.) eam adjecit clauſulam, quaſi fortè Archidux, & Iſabella abſque liberis è vita diſcederent, aut eorum ſoboles omninò deficeret, hinc ſi Belgii Principatus in eum, qui tunc Rex Hiſpaniarum ex ſua ſtirpe futurus eſt, cenſeri declaravit*; quærat à Philippo Valeſio Francorum Rege, an primogeniti, & potiſſimi hæredis nomen contulit Coronæ Gallicanæ, dùm in donatione facta filio Joanni de Ducatu Normanniæ, Comitatu Andegaviæ, & Cænomaniæ, extincto filio, addit: *Prædictus Ducatus revertetur, & pertinebit ad Regem Franciæ, & ad Coronam*, (c) quodque jus ſtruxit Principibus Gallicanis Cardinalis Ambatrius, dùm in pactis cum Iſabella Lotharingia nuptiis addidit cautionem: *Ut donatario maribus liberis orbato, Barro Ducatus ad Principem pertineret.* (d) Nonnè dubia fuit Gallia, quòd ſoluto matrimonio illo ſublata ſobole maſcula, reſolutum fuit pactum, ſolidoque jure ex lege, & jure primævo revocata ſucceſſio Coronæ?

(44.) *Dict. Tract. fol.* 264. Manif. Hiſpan. *fol.* 368.

(c) Renat. Chop. *Doman. Franc. lib. 3. tit. 1. num.* 18.

(d) Renat. Chop. *dict. tit. 3. num. 17.*

Quis enim eſt, qui ad hunc tubæ veritatis ſonum, (quidquid obſtrepant Gallicani latratus) fateri auſus, quòd à morte Eliſabethæ jus Regi noſtro tranſmiſſum, ad hoc ut tanquam ex hæreditate amitæ trutinanda ſit ſucceſſio Hannoniæ, cùm tranſlatio, ac ceſſio à patre Philippo II. in favorem filiæ, vi pacti, ac donationis antenuptialis emologata tantùm fuerit, ſi liberi ex illo connubio nati, ſuſceptique fuiſſent, inſufflato in defectum prolis ſpiritu vitæ antiquo primævo jure com-

pe-

petenti (ex qualitate reverſionis) (45.) legitimis Principibus, ac ſi numquam, nec unico quidem momento in filia reſideret Dominium, nec poſſeſſio Hannonici Comitatus.

(45.) *L. 1. & tot. tit. de Lege Commiſſor.* Diximus *Tract.* 1. §. 3. *à num.* 20.

Sed conveniamus deſiderio Gallicanæ cupiditatis, ac quòd die, quò à vivis ſublata Eliſabetha Infans, ortum jus Philippo Regi, filiiſque ex ſuo fœmore productis ad ſucceſſionem Hannoniæ. Numquid ex diverſo ſemine germinatum, quàm ex reverſionis, in quo ſeminata antenuptialis donatio paterna? Quis enim Decantare audebit donationem illam perſonalem fuiſſe, neque in favorem filiæ conceptam? Realis enim fuit, inque commodum (46.) Regum Hiſpaniæ, voto Philippi II. donantis, ex quo ad ſucceſſionem admittendus tantùm (aliis excluſis, etſi decoratis prærogativis, lineæ, ſexus, aut ætatis) cujus tempora redimeret laurus Hiſpaniæ Dominationis. (47.)

(46.) *L. Tale pactum. §. fin. de pact. l. Civibus, l. Cùm Senatus de reb. dup. cap. Pontifices* 12. *q.* 3.

(47.) *L. Quod Principi,* ubi Bart. & DD. *de legat. 2. l. Annua, de Ann. legat.* ubi latè Gloſ. *cap. Quoniam Abbas,* ubi Gloſ. *verb. Subſtitutum, de offic. deleg.* Joan. Ign. *in l. Neceſſario. §. Non aliàs, ann.* 402. *præcipuè nu.* 410. *ad S. Conſ. Syllan.* Schard *de feud. par.* 10. *ſect.* 9. *nu.* 190. Oſſual. *lib.* 8. *comment. cap.* 28. *litt. H.*

Undè enim, aut quo principio hoc puræ veritatis lumine attento dicendum, Reginam Chriſtianiſſimam abſolutè natura, pacto, & voto gentium non fuiſſe excluſam à ſucceſſione Dominiorum Hiſpanicæ Monarchiæ, ſed admittendam ad apicem Dominationis Hannonicæ?

Ut verò omnia machinamenta Aſſertoris Gallicani evertantur, notumque ſit gentibus, Hannoniam non tranſmiſſam in Philippum IV. Regem hæreditario jure, nec ſucceſſorio ab amita Infante proveniente, ſed ſanguinis derivati ex profluenti alveo ſucceſſionis avitæ, recipiantur diſpoſitiva verba Regis Philippi III. declarantis jus, ex quo Belgicum Imperium (48.) Devolutum fuit Regiæ Coronæ.

(48.) Clauſula 34. del teſtamento del Señor Rey D. Felipe III.

Y es anſi, que por el Eſtado, que al preſente tiene de edad la dicha Señora Infante Doña Iſabel, Yo tratè, de que las dichas Provincias, y Eſtados Baxos, me juraſſen, y reconocieſſen para en el dicho caſo de la diſſolucion de el dicho Matrimonio, pues la eſperança de la deſcendencia, avia ceſſado; lo qual ſe ha executado, como reſulta de los reconocimientos, y eſcrituras otorgadas por las dichas Provincias: conforme à lo qual Declaro, y Mando, que ſi viviendo yo, ò deſpues de muerto, Reynando el Principe mi hijo: ò por ſu muerte, lo que Dios no permita, ò otro qualquier de

mis hijos, ô ſucceſſores, ſe diſſolviere el dicho Matrimonio, por muerte de qualquiera de los dichos Señores mi hermana, ô Tio, que deſde aora para entonces declaro, y quiero, que ſe tenga entendido, que los dichos Eſtados han de pertenecerme à mi, y me han pertenecido, por Derecho proprio, y Mayorazgo antiguo, y por el miſmo hande ſer, y pertenecer al Principe mi hijo, y à los ſuceſſores, que por tiempo fueren en eſtos Reynos, ſin que ſe puedan dividir, ni apartar de ellos.

Ex hoc enim ſacro placitu ultimæ voluntatis, & elogio, ex quo attenta reverſionis illa qualitate inhærens in donatione antenuptiali; fatendum eſt non à die mortis Infantis Eliſabethæ, ſed diſſolutionis matrimonii obitu Archiducis viri reſolutam fuiſſe donationem, devolutum Dominium, tranſiatamque poſſeſſionem Civilem, & Naturalem (49.) Regi Hiſpaniarum Philippo III. tunc ſceptrum tenenti, exque legali providentia, etiam omiſſo voto, & declaratione ipſius Infantis amitæ; Taliter, ut aliis omiſſis jurium poſitionibus, Belgium ex tunc ad Reges pertinere Hiſpanos decantandum, non ut declamat Gallus, à die mortis amitæ Infantis.

(49.) Oldral. *conſ.* 139. *n.* 7. ex Ancharr. *conſ.* 354. Gam. *deciſ.* 160. *n.* 3. *verſ. Secundo modo*, ex Guilliel. Bened. Fuſar. *de ſubſt. q.* 415. *per totam, præcip. n.* 3.

ARTESIÆ COMITATUS.

Verſ. VI.

HAud mirandum, Aſſertores Gallicanos collimaſſe ad firmanda jura Reginæ Chriſtianiſſimæ in Brabantiam, cæteroſque Circulos Belgicæ Dominationis, extraordinariis dogmatibus, ac regulis; Dum ſucceſſionem Comitatus Arteſiæ dividuam trutinandam decantant, ſubque poſitione juris Devolutivi, obliterata, ac contempta illius ſuprema nativa qualitate individua genita voluntate, votoque Regum, ac Principum, quorum manu, natus, & ſuſceptus fuit. Indèque extorrem, ac peregrinum ab eo modulantes Regem noſtrum his exaratis vocibus: (1.) *Neque hic longa oratione opus videtur, qua hunc Comitatum ad Reginam Chriſtianiſſimam eſſe devolutum oſtendamus: Cùm id conſuetudo articulo veriſſimo octavo, tàm perſpicuè conſtituit, ut non poſſit apertius.*

(1.) *Dict. Tract. Regin. Chriſtia. jus in Ducat. Brab. fol.* 264. Obſerv. *fol.* 40. Manif. Hiſp. *fol.* 328.

Quòd

Quòd si, inquit, *alter conjugum superstes, liberis ex priori matrimonio natis, secundas iniret nuptias, & suscepta ex his prole è vita migraverit, quas priori constante connubio procedit hæreditates, hæ omninò ad superioris matrimonii sobolem pertinebunt, nec quicquam juris in eas possessiones liberi ex posterioribus nuptiis geniti consequentur.*

Sed legitimè perlectis articuli verbis, ex quibus à Gallicanis firmatur consuetudo constituens in successione paterna discrimen bonorum, ac nativitatis, exclusa omnis prolis ex posteriori connubio procreata, evincitur ex voce *hæreditates*, constitutionem ad dominantem dignitatem, adque successionem Comitatus Artesiæ, extendi non posse. Et quamvis ad diruendam structuram Assertoris, longa oratione opus non esset; præcipuè attenta dignitatis nativa qualitate, legali providentia, sententiaque Doctorum asserentium sub communi, & privata voce *hæreditates*, complecti non posse bona, Feudaque individua, ac successibilia jure sanguinis: (*a*)

(*a*) Freder. à Sande, *comm. in consuet. feud. Geldr. tit. 3. de succes. legit. cap. 1. §. 1. an. 10. & cap. 2. §. 4. num. 17. concludimus itaque hæreditariam esse successionem, quæ à postremo defertur defuncto. Econtra successionem esse non hæreditariam, quæ ab aliquo quàm à postremo defertur defuncto.*

Ut verò dilucidiùs appareant Gallicanorum Sycophantorum machinamenta, ab origineque Artesiæ Comitatum Regalem Dignitatem fuisse, integram illius Majestatem, Sanctam (ut cum Paulo Æmilio loquamur) (*b*) incolumem, individuam, ac successibilem, sinu, & manu legitimorum Principum, absque discrimine nativitatis, ex primo, vel secundo connubio; Notandum est, quòd tota Europa, propinqua Regna, omniaque rerum monumenta insitum habent, Attrebatum, seu Artesiam habitam gemmam prætiosissimam, & fulgentissimam omnium ornantium Gallicanum Diadema, ab Hugonis Capeti usurpatione, usque ad sceptrum Ludovici VII. Nam cùm Philippus Alsatius Flandriæ Comes in matrimonium traderet neptem Isabellam Balduini Hannoniæ Comitis filiam Philippo (post Augusto Galliæ (2.) Regi) filio Ludovici VII. Nec tantùm paterna liberalitate donavit in dotem Nepti Artesiam, seu Attrebatum, sed diversa alia Dominia, ac Territoria Comitatus Flandrici.

(*b*) Paul. Æmil. *de gest. Franc in Joan. I.*

(2.) Aub. Mir. *Chron. Belgic. ann.* 1191. Petr. D'outrem. *Constantinopol. Belgic. lib. 1. cap. 2. §. 3. & 4.* Meyer. Æmil. & relati infrà.

Hujus connubii honore gloriati sunt Franci modulantes (3.) communi placito in die lustrali coronatio-

(3.) Meyer. *Annal. Flandr. lib. 6. an.* 1170. *Gloriantibus Francis Magni Caroli Imperatoris sanguinem per eam fœminam ad Reges suos rediisse.*

nis Eliſabethæ, Caroli Magni Imperatoris ſanguinem per eam fœminam ad Reges ſuos rediiſſe, purgato alveo illegitimitatis, producto ex tyrannica introductione Hugonis Capeti. Erat enim Eliſabetha proles legitima Ermengardæ filiæ Caroli Brabantini Ducis, fratris Lotharii Regis Gallorum, quo jure legitimo competebat Regnum morte Ludovici V. dolo,& tyrannide Hugonis Regno, & vita orbati.

In ceſſionem illam, ſeu donationem Territoriorum à Philippo Comite in commodum neptis executam, fremuerunt Flandri, arma moventes ad impediendam poſſeſſionem bonorum donatorum; ſed contentio terminata manſit, reſtituti Circuli Flandrici nativo dominio, tranſlata verò vi pacti antenuptialis Arteſia Philippo, & Eliſabethæ.

In ſacrum pignus, in trophæum, æternumque monumentum ſanguinis, & ſtirpis Carolingiæ, Arteſia ornata titulo Comitatus donata fuit Ludovico primogenito filio Philippi, & Eliſabethæ, conſtitutumque Appanagium primogenitorum Regni Gallicani: quo honore requievit uſque ad ſceptrum Divi Ludovici, à quo Attrebatum donatum invenitur in Feudum Reale Roberto (4.) fratri, illa addita reverſionis qualitate, ut ſi quis Attrebatum tenens ſine hærede decederet, (5.) ad filium Regni Gallicani ſucceſſorem (6.) rediret.

Hic fuit ortus & progreſſus Attrebatenſis Comitatus, habitus illuſtris, tàm quia quatenùs conſtitutus in confinio Flandricæ, & Gallicanæ Dominationis, fuit flagrantiſſimè concupita ejùs poſſeſſio à Comitibus Flandriæ, & Galliæ, quàm ex illa gravi, ac totis Europæis viribus plaſmata contentione de illius ſucceſſione morte Roberti Comitis inter Mathildem, Joannem, & Philippum defuncti Comitis filios, deciſſa in favorem Mathildis amitæ,excluſis nepotibus, jureque obliterato repræſentationis, inter Attrebatenſes recepto,& laudato, ut alibi notamus. (7.)

Illa

(4.)Paul.Æmil.*de Regin.Franc.lib.6. in Philip. Auguſt. Hæc Regio Comitatus inſtitutus eſt Attrebatiumque Comitatus dictus, ac primus Attrebatium Comes creatus Ludovicus Regis filius.* Aub. Mir. *Chron.Belg.ann.* 1237. *tit.Domini, & Comites Arteſiæ.*

(5) Idem Æmil. in *Div. Ludov. Robertalum Fratri Attrebates Comitatus datus,* Joan. Til.*Chro.Regin. Fran. ann.* 1236.Meyer.*Annal. Flandr. lib.* 8. *eod. an.*& Suer. *lib.* 8. Har. *Annal. Brab. in Henr. V.ann.*1236.Guichar. *in Belgic. Attrebatum in Audomarc.fol.* 172. Zyp.Hiat. Caſſan. *lib.* 1.*cap.*16.§.*Arteſiam.*

(6.)Renat. Chop. *Doman.Franc.lib.*3. *tit.* 3. *n.*2. *Volumus, & ordinamus, quòd Filius noſter ſecundus natu habeat totam terram Attrebatenſem in Feudis, & Domaniis,& totam aliam terram, quam ex parte Matris noſtræ Eliſabeth poſſidemus, ſalvo Dotalitio Matris ſuæ, quòd ſi idem, qui Attrebatenſium tenebit, ſine hærede decederet,volumus, quod tota terra Attrebatenſis, & alia terra, quam teneret, ad filium noſtrum Regni noſtri ſucceſſorem liberè, & integrè redeat.*

(7.)Paul.Æmil *in Philip.Valeſ.*Till.*in Chron.dict.ann.* 1336. Auber. Mir. *Chron. Belg. dict. ann.* 1237. Meyer. *dict.lib.*8. *& lib.*12. *ann.*1331. Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 7. *cap.* 10. *num.*21. Chifflet.*vind.Hiſp.cap.*8.*& lumen Salic.lumin* 13.

Illa enim nativa primogenialis ſucceſſionis qualitas, qua genita, nata, & ſuſcepta Arteſia, immutabilis eſt, tàm jure ſupremo attento, ut à Jacobo Alexandro. (8.) receptum, & laudatum notatur in ſucceſſione Ducatus Campaniæ, & Pictaviæ, diſcuſſa inter Carolum Galliæ Regem, & Otthonem Burgundiæ Ducem, conſuetudine, moreque ſucceſſivo Attrebatenſis Dominationis, quàm ſcribentium omnium placito Juriſperitorum, Politicorum, & Hiſtoriographorum. A manu enim Roberti uſque ad Joannam Eudonis Burgundiæ uxorem, Mathildæ neptem, & Joannæ Reginæ Gallorum filiam, à quo Ludovico Niverſenſi (9.) Flandriæ Comite, ad quem tranſlata obitu Margaretæ filiæ Ludovici Longi Gallorum Regis, ſemper, & ubique jure ſanguinis tranſmiſſa fuit Succeſſoribus. Taliter, ut ni polluta reatu adulationis labia decantari poſſit, firmandam eſſe illius ſucceſſionem vi privatæ conſuetudinis, conſtituentis inter privatos, inque privata bona ex more recipientia, nomen, & qualitatem hæreditatis divinæ.

(8.) Joan. Jacob. Alex. *verit. vindic. par.* 1. *cap.* 17.

(9.) Paul. Æmil. *de geſt. Franc. in Philip. Valeſ. & in Joan. I.* Meyer. *Annal. Flandr. lib.* 12. *an.* 1330. *& li.* 13. *an.* 1361. *&* 1382. Suer. *Annal. Flandr. lib.* 11. *an.* 1331. *& lib.* 12. *ann.* 1382.

Sed quid adhuc egemus teſtibus depromptis emonumentis antiquitatis? Reſonet Gallicana tuba, quòd ab ipſis Regibus deciſſum fuit in illuſtri illo erciſcundæ judicio, orto morte Mathildis Comitiſſæ de diviſione Arteſiæ. Anno enim M. CCC. XXX. (10.) obiit Pariſiis Mathildis Arteſiæ Comitiſſa; illius deceſſu Status tranſlatus fuit Joannæ filiæ, viduæ Philippi Longi Regis Gallorum, quæ progrediens ad manutenendam illius poſſeſſionem, Peronem veniens, vitam finivit (credito voto omnium, propinato veneno, dolo, ac induſtria Regis Gallorum.) Mortua Joanna, Eudo Burgundiæ Dux Joannæ maritus, filiæ Reginæ Joannæ poſſeſſionem recepit Arteſiæ, ſimulque Burgundiæ: in quam contentionem de erciſcunda hæreditate agitarunt. Margarita ſoror Ludovici Nivernenſis Comitis Flandriæ uxor, & Candida, ſeu Eliſabetha Delphini Viennenſis, (11.) aſſerentes hæreditario jure partes obtenturas in bonis matris defunctæ. Sed notandum, quòd etſi hæreditaria edita jura, nulla enim in Arteſiam, quatenus individua, ac ſucceſſibilia habita bona, ex quibus ornata Dignitas, ſed ad Status Burgundiæ, innixas

(10.) Mir. *Annal. Flandr. lib.* 12. *ann.* 1330. Suer. *dict. lib.* 11.

(11.) Suer. *Annal. Flandr. ar. d. lib.* 11. *ann.* 1331.

fulcro, quòd ex consuetudine laudata, filiabus Dominorum Burgundiæ in appanagium, seu dotem pars aliqua, seu quota adsignabatur: ac quod si hæc consuetudo inadmissibilis habenda, quoad Domanialia bona, ex individua illius qualitate, annexa erant Comitatui alia diversa ex privatorum voluntate, quæ nec primogenitæ sororis præcipua erant jure primogeniali, nec indivisibilia, immò divisioni obnoxia, ex quibus eis quota dotalis constituenda.

Sed adhùc illarum rejectis juribus hæreditariis, etsi potentia, & authoritate collitigantium munitis; Philippi Vallesii Gallorum Regis sententia decissum fuit, Attrebatensem Comitatum jure sanguinis versandum, successorioque translatum (12.) *in filiam Longi Regis maximam natu, quæ jure materno Burgundiæ Ducatum eodem jure aviam maternæ Attrebatium Comes fuit*: ex vi verò pacti antenuptialis, in quo à patre pollicita dos Margaritæ filiæ, verùm est, ei sex millia librarum Parisiensium adsignata fuisse; Candidæ autem, seu Elisabethæ sorori Delphini uxori aliam portionem dotis nomine. Cujus Regalis decissionis virtute Attrebatensis Comitatus successio individua successiva constituta fuit, extinctis, ac obliteratis omnibus juribus in eum, bonaque Domanialia, editis, ac suscitatis, taliter ut à Gallicanis ex illo supremitatis jure inhærente in eo inter Dignitates Regales supremas Circuli Gallicani inclusa fuerit à Lymneo. (13) Undè enim hac veritate attenta nunc dividua dicenda, subque positione privati juris, ni Sacro Regum Gallicanorum placito, sensu, ac mente sacrilegè contempto, ac calcato?

Sed assentiamur Gallicano Assertori, Attrebatumque designemus denudatum Dignitate illa Regali, qua natum, extorremque supremitatis, qua decoratum, & retentum manu Principum Gallicanorum, & Flandricorum; ac quòd tenenda est sententia dicentium, quòd (a) *quæ sunt in more primariæ Civitatis posita, aut lege sancita, hæc ab omni Civitate subjecta, regione, ubi propria statuta defuerint, omninò servari opportere.* Qualis primaria Civitas dicenda, seu Metropolis, cui subest Attrebatum, Flandrica, cujus portio fuit usquè ad Philippum Alsacium,

(12) Paul. Æmil. *in Joan. I. Filiam longi Regis maximam natu quæ jure materno Burgundiæ Duce, eadem in re aviam maternæ Attrebatum Comes fuit*, Meyer. *dict. in locis.*

(13) Joan. Lymn. *not. Franc. lib. 4. cap. 5. lit. R.*

(a) *Dict. Tract. Regin. Christian. jus in Ducat. Brab. fol. 259. num. 3.*

cium, & ad quam Dominationem devolutum sub Ludovico Nivernienſi, cujus Devolutionis virtute primariam, quasi poſtliminii vi, recepit qualitatem: (14) Gallicanave, (15) attento Philippi Auguſti Imperio, quo ceſſum antenuptialiter, vel Divi Ludovici, à quo donatum Roberto fratri, cùm qualitate reverſionis ad ſucceſſores Regni Gallicani? Si enim collimamus illius ſucceſſionem, attento jure Flandricæ Metropolis, inter Flandros Devolutivi juris conſuetudo, nec recepta, nec admiſſa eſt, immò excluſis filiabus primi thori maſculus ex ſecundo genitus vocatur ad ſucceſſionem bonorum, & Feudorum. (16)

(14) Paul. Chriſt. *Deciſ. Belg. volum. 6. deciſ.* 48. *num.* 5.

(15) *Cap.* 1. *De duob. fratr. Chriſt. vol.* 6. *de.ciſ.* 1. *num.* 13. Præcipuè *deciſ.* 86. *nu.* 14. *& ſeqq.*

Si verò Gallicanum jus, quod receptum inter Attrebatenſes, notat Chriſtinæus, (17) conceſſioniſque naturam cùm qualitate reverſionis, ex qua donatum Attrebatum Roberto Divi Ludovici fratri, haud erit ſcriptor, menſque dicentium, in Feudis Regalibus locum eſſe juri Devolutionis, ac quòd conſuetudines privatæ vim teneant, nec coactionem inducant ad hoc, ut excluſis filiis maſculis, ad ſucceſſionem admittantur fœminæ, quia ſuſceptæ ex primo connubio, cùm hæc prærogativa ac prælatio, tanquam odioſa, juri Naturæ, & Gentium adverſa, ac inextenſibilis ſit ad bona, ac perſonas; (18) tantumque locum teneat in ſucceſſione producta in pacto antenuptiali voluntate contrahentium, in id privativè collimante.

(16.) Freder. à Sande, *Comment. in Conſuetud. Geldr. dict. tit.* 3. *cap.* 1. §. 12. *de feud. Flandr. num.* 2. *Item filius Junior, ſexus ratione præfertur filiæ natu majori; idque procedit, etiam ſi filius ſit ex poſteriore Matrimonio.* Chriſt. *vol.* 6. *deciſ.* 44. *num.* 2.

(17) Chriſt. *Conſuet. feudal. De conſuetud. Arteſiæ.*

(18.) *Ex cap. Mulier de filiis nat. ex Matrim. ad Morgon. cap. Filii, ſi de feud. fuer. controv.* ubi Gloſſ. & DD. adducti §. *.n.* . Tiraq. *de Primog. quæſt.* 7.

His enim juris Publici, & Attrebatenſis dogmatibus attentis, qua ratione, aut qua mente aſſerere audebunt Galli, fœminam ſororem ad ſucceſſionem Arteſiæ admittendam, excluſo fratre maſculo, ni deturbatis Majeſtatis Arcanis, jure Naturæ, ac Gentium violato, pollutaque Civilium conſtitutionum puritate?

DUCATUS CAMERACENSIS
Cum Cameraceſio, & Civitatis Arce, Marchionatus Dignitate inſignita.

CUm omnis noſtri Tractatus ſeries tendat ad trutinanda legitima jura Regis noſtri, utque tuba juſtitiæ reſonet in auribus gentium, fulgorque veritatis

illuminet mentes, & corda illam amantium, non dirigimus verba noſtra in Andabatas illos, quos à rationis fulgore abalienati rapiuntur vi aulicæ temporariæ aſſentationis.

Pollutis antiquo hæreticorum reatu labiis, ductaque manu Tertuſianiſmo errore modulatur Aſſertor Gallicanus, ſecundas nuptias aliqua libidinis impuritate contractas. Quare inter Cameracenſes, quia degenerantes à primæva Dignitate non illuſtres appellatæ, ſicuti primæ, ſicque in illarum odium, inque primarum honorem conſuetudine laudatum vellicat inter eos, ut ſoluto matrimonio priori, ſuperſtes rem ſoli, Feudum, aut aliud quodvis prædium, quod Feudi lege non teneatur, vendere, commutare, aut donare poſſit, niſi omnium liberorum conſenſus interceſſerit: ex quo jure nec tantùm legale fideicommiſſum conſtitutum, notat in favorem filiorum primi matrimonii, ſed quòd ſicut ſuperſtiti interdicta eſt alienatio, filiis ſit illis connubii Devolutum Dominium, excluſis ſuſceptis ex ſecundo.

Hujus conſuetudinis poteſtati ſubeſſe, declamat Regem noſtrum, & quia ex Auguſto ſecundo connubio genitus, & natus ſit, peregrinus, ac extraneus habendus à ſucceſſione fideicommiſſi illius legalis, ſubſtitutioniſque familiaris efformatæ vi conſuetudinis ad ſucceſſionem Ducatus Cameracenſis, in commodum prolis primi matrimonii.

Quam diſſonus ſit Galli cantus, nec ab ſpiritu tantùm, ſed à littera legum, ſeu Articulorum Cameracenſium, quantumque diſtet à cauſa, de qua contentio, à jureque, quo attento, verſanda eſt ſucceſſio Ducatus Cameracenſis, dignoſcet, qui verba Articuli relati ab Aſſertore notaverit, quique naturam, ac qualitatem Cameraci, & Dignitatis à crepundiis luſtraverit, juraque Gentium, & Publica.

Conſuetudo Cameracenſis (inſequendo Gallicanorum Scriptorum ſententiam, eamque veram firmando) conſtituens ſucceſſionis formam, præexcellentiamque filiis natis ex primo connubio, excluſis ex ſecundo, inter ſubditos inferiores tantùm, privativèque de bonis liberis,

ac jure hæreditario deferendis præscripsit ; non verò legem imposuit his, quibus ex natura, aut concessionis qualitate succedendi forma constituta fuit : alia enim bona, Feuda, Dignitatesvè, cùm jure concessionis immutabilitatem ab origine receptam retineant, consuetudini non subsunt, sed extrà vim, & illius virtutem honorantur. Audiamus verba Articulorum Cameracensium ab ipso Assertore in sui tutelam exaratorum : (a) *Soluto priori matrimonio, neuter conjugum alterius superstes rem soli, aut Feudum, aut aliud quodvis prædium, quod Feudi legem non teneat, vendere, commutare, donare, aut quacumque alia ratione poterit alienare, nisi omnium liberorum, qui curam adesse, & quam leges ad liberum consensum exigunt, ætate idonea, & perfecta esse debent, aut saltem Tutorum, vel Curatorum consensus, ac legitima demùm judicis authoritas interceserit ; aut certè, nisi quid aliter, cùm empta sint prædia in publicis cautum sit instrumentis, aut pactis dotalibus inter conjuges aliud convenerit, & contraria legi conditio sic verbo nuncupata.*

(a) *Dict. Tract. Regin. Christ. fol. 260. n. 1.*

Evincitur alia mens nostra, quòd in bonis hæreditariis tantùm locum vindicet consuetudo. Primò, ex illis verbis Articuli : *Quod Feudi lege non teneatur*, coarctantibus vim constitutionis, quoad bona, sub Feudi lege concessa, quæ immutabilis est absolutè. Secundò, ab illis, ex quibus constituitur, quòd non operetur consuetudo, cùm aliter, quàm præscribit lex : *Nisi empta sint prædia, in publicisque cautum sit instrumentis*. Pacto enim standum est, (b) sicuti, & Feudi concessioni, ac investituræ.

(b) Latè Christ. *vol. 1. decis. 268.* ex Everard. & Covarr.

His juris Cameracensis principiis innixi, ingredimur ad designandam formam successionis Ducatus Arcis, cum Dignitate Marchionali, quam firmam fatendum fuisse, sub certa lege, ac pacto genitam, natam, & susceptam, suprà quæ auctoritatem consuetudinis privatæ illius, ex qua suam conglomerat orationem Assertor.

Elementale principium, ex quo plasmantur omnia jura Publica, & Arcana Majestatis est. Primum, quòd supremitas armis quæritur, (1.) aut electione, voto verò subditorum protenditur (2.) in filios, primique Principis prole, ac familia secundùm quod Dignitates Re-

(1) Tacit. *lib. 3. Annal. Provenere Dominationes, multosque apud populos æternum mansere, l. Naturalem, §. ult. l. Transfugam de adquir. rer. domin. l. Si quid in bello, de captiv. §. Sed quod Instit. de jur. nat.* ubi Scribent. Bessold. *Nomocopolit. de Regn. succes. lib. 2. dissert. 1.* Henric. Arnis. *Politic. lib. 2. cap. 2. sect 6 n. 11.*

(2.) Dixim. *Tract. 1. §. 7.*

ga-

gales à manu, gratia, ac liberalitate Principum proveniunt, in quarum ſucceſſione primum gradum tenet qualitas conceſſionis. (3.)

His ſacris fulcris, ex quibus ſucceſſione Cameraci verſanda in monumentis antiquitatum notamus, quòd etſi Cameracum invenitur à Ludovici ſceptro, (c) (extincto Regnadiario Rege, & fratribus ſuis Richario, & Rignamero) in Dominatione Francorum, poſtque Carolum Magnum in Imperii Circulo incluſum fuit, Caroloque Calvo deſſignatum in diviſione Lotharingiæ executa ſub Imperio Lotharii Regis, (4.) ſemper tamen manſit Imperialis Civitas, (5.) ſubque faſce Imperii. Ex quo illius regimen ab Henrico Imperatore commendatum Epiſcopis illius Civitatis. Cùm verò à vicinis ex urbe repelleretur Antiſtes, recuſato illorum regimine, Balduinus Pius Flandriæ Comes bellum gerens cum Imperatore urbem, aliaque oppida armis (6.) occupavit anno M. L. & poſſedit uſque ad pacem ſequenti anno initam, in qua Civitas, & Territorium Cameracenſe reſtitutum fuit Henrico Cæſari. (7.)

Territoria, Circulique confines Supremarum Dominationum magnis incommodis, ac periculis ſubſunt; inter cætera Europæ illarum non expertem, immò ſuſtinentem notamus Circulum Cameracenſem, quia limes eſt Gallicani Regni, & Flandricæ Dominationis, & ut obviam eis iretur in Incolarum tutelam neceſſe fuit, ut Henricus Cæſar V. Cameraci Supremitatem (reſervata Epiſcopis juriſdictione ordinaria, competenti antiqua Cæſarum liberalitate) traderet Roberto Flandrico; quam extenſam habemus gratia Frederici I. Imperatoris ſub lege Feudi, ad Theodoricum Comitem, cæteroſque ſucceſſores ſanguinis jure in Majeſtate Flandrica. (8.)

Sub legis hujus Imperialis conceſſione requieverat Cameracum ſinu Flandricorum Comitum, cùm Gallia, cupiditate protendendi Imperii rapta, armis Cameracenſe Territorium occupavit; ſed nativa ſtolliditate rapta, tanquam intollerabileque illorum regimen rejecerunt Cameracenſes, evocataque Imperatorum tute-

la,

(3.) *tit. de Feud. March.* ubi Afflict. *tit. Quid ſit inveſtitur, tit. de inveſt. quam accepit*, & ibi Scrib. *l. 6. tit. 26. par. 4.* Bart. *l. penult. num. 8. de ſervit. log.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 68. n. 21.* Surd. *conſ. 262. nu. 39.* latè Roſenthal. *de Feud. cap. 2. concl. 53. n. 4.* & in Addit. *& cap. 6. concluſ. 28.* Cornel. Neoſtad. *de Feud. juris ſcript. Holland. cap. 2. num. 3. & 4.* Beſſold. *de Regn. ſucceſſ. lib. 1. diſſert. 2. theſ. 14.*

(c) Greg. Turon. *Hiſtor. lib. 2. cap. 42.*

(4.) Ex Aymon. *de geſt. Franc.* Har. *Annal. Braban. Prologuem c. 4. & in Carolo Calvo, ann. 870.*

(5.) Sygeber. *in Chron. ann. 1103.* Iſaac. Pont. *Hiſtor. Geldr. lib. 7.*

(6.) Meyer. *Annal. Fland. lib. 3. ann. 1050.*

(7.) Meyer. *dict. lib. 3. ann. 1051.* Har. *Annal. Braban. in Lambert. Baldric. dict. ann. 1050.*

(8.) Meyer. *Annal. Fland. li. 5. ann. 1164.* Zyp. Hiat. Caſſan. *l. 1. cap. 16. §. Namurium.* Guich. *Belg. Camer. fol. 174.* Cabrer. *Hiſtor. de Felip. II. lib. 13. cap. 4.*

la, quapropter postliminii jure ad legitimos Principes reddita fuit Dominatio, in quorum manu permansit usquè ad Regnum Ludovici XI. cujus industria, & Arcano raptum Cameracesium, (9.) sub armis egit Gallicani regiminis: Cameracum verò sub Imperio authoritatéque Cæsarum, à quibus possessum, contentum, etsi armis, & potentia Ludovici XI. Gallorum invasum, & obsessum: (10.) Sub Carolo V. & Francisco I. incommoda, & strages intestinorum bellorum Europam flagrantium sustinuit. In cujus defensionem Carolus anno M. D. XLIII. arcem struxit Marchionali insignitam Dignitate, quam sub Feudi lege donavit Philippo filio, suisque successoribus in Comitatu Flandrico. (11.)

Hujus concessionis virtute, sub Dominio mansit Comitum Flandriæ, usquequò anno M.D.LXXV. quo dolo, & industria Francorum Civitas, Arxque capta fuit, traditaque Gallicanis militibus, sub vexillo Alansonii Ducis, à quo Præfectura, & regimen demandatum Ballagnii Domino, & Insi: quo mortuo tyrannica cupiditate exulato ab urbe, & ditione Archiepiscopo, possessionem rapuit Ballignius, quàm tenuit annos quatuordecim immanibus excursionibus, ac vexationibus Artheſios, Hannonios, alioque Belgii Territoria incutiens; (12.) ad quorum repulsam, retundendamque tyrannicam Ballignii Dominationem Parmensis Dux exercitum movit, Cameracum obsedit; etsi frustrà, quià auxilio Alansonii Ducis ab obsidione liberatum, remanente Ballagnio, sub auxilio Francorum in iniqua sua detentatione, usquèquo anno M. D. XCV. à Fontaneto Comite obsesso, (13.) & oppugnato Cameraco ad Regem Philippum postliminii jure armis, votoque Civium absolutum Urbis, & regionis Dominium restitutum fuit. (14.)

Quis enim his juribus concessionis, armorum, voluntatisque subditorum attentis, à Theodorico Comite, & Cæsare Henrico usquè ad Carolum V. Cæsarem, & Philippum nostrum natis, & coalitis, ausus erit dicere, Cameraci supremam successionem, sub illis genitam, & coalitam, subesse coactioni, ac virtuti privatæ consuetudinis, præcipuè attenta sententia Doctorum asse-

(9) Pont. Heuter. *rer. Belgic. lib.* 1. *ann.* 481. Har. *Annal. Braban. in Maximil. ann.* 1481

(10) Pont. Heut. *lib.* 13. *rer. Belg. ann.* 1553. Har. *Annal. Braban. in Carol. V.* Sandov. *Hist. Carol. V. lib.* 31. §. 43.

(11.) Idem Heut. *l.* 12. Guich. *Belg. Camerac.* Har. *Annal. Braban. in Carol. V. ann.* 1543. Isaac Pontan. *Histor. Geldr. lib.* 12. *ann.* 1544. Sand. *Histor. Carol. V. lib.* 25. § 46. Zyp. Hiat. Cassan. *dict. lib.* 1. *cap.* 16. §. *Namurium*, Duque de Carpiniano, *guerras de Flandes, ann.* 1595.

(12.) Guichard. *Belg. in Camer.* Har. *Annal. Brabant. tumult. Belg. sub Phil. II. ann.* 1576. Sand. *dict.* §. 46. Herrer. *Histor. de Felip. II. lib.* 11. *cap.* 4.

(13.) Har. *tumult. Belg. sub Phil. II. ann.* 1595. Sand. *Histor. Carol. V. dict.* §. 46. Duque de Carpiniano, *guerras de Fland. dict. ann.* 1595.

(14) Har. *Inde* 16. *ejusdem Octobris, Cameracenses convocatis regionis suæ Ordinibus, post brevem deliberationem oblato Fuentæo supplici libello rogant, Rex Philippus deinceps sit absolutus Urbis, & Regionis Dominus.*

(15.) Manif. *fol.* 383.

(15.) asserentium : *Reipublicæ patrimonia, Imperii insignia Sacrorum instar esse minimèque subjici vulgari mortalium commercio.* (16.)

(16.) Renat. Chop. *ad Consuet. Andium, lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 6. *Mea utique fuit opinio Suprema Principum jura, quæ Diademati purè nuncupantur, speciali consuetudine non teneri. Cùm ea generale quoddam præferant summi fastigii symbolum, nec certi fundi rationibus circumscribuntur. Sunt enim in Republicæ patrimonio hæc Regii Imperii insignia, & Sacrorum instar, minimè subjiciuntur vulgari mortalium commercio.*

BURGUNDIÆ COMITATUS, *& Ducatus Lucemburgensis.*

ETsi recolantur omnium Scriptorum, Jurisperitorum, Politicorum, Historiographorum monumenta, à Caroli Magni Imperio, Parisiensisque Scholæ crepundiis, haud invenietur qui resolutivè, decisivè, consultivè, aut narrativè fuerit ausus sic laxis fibris modulare mentem, ut in hac operis sui parte Assertor noster.

A ratione enim, & Religione alienus, (1.) mente affecta, fabularum fascino corruptus, crudelitateque nimia raptus, fulcire conatus fuit jura Reginæ Christianissimæ in Burgundiæ Comitatum, Ducatumque Lucemburgensem ; illos (obliterata supremitate nativa, Dignitatumque Regalium qualitate) dividuos decantans, sibi verò adversans Marchionatum Orolaunensem, & Comitatum Rupensem diverso jure quæsitos, individuos dessignans, pertinereque jactitans ad Reginam Christianissimam vi juris Devolutivi. Ex eo tantùm, quòd sine more, aut jure certo somniavit, hæc Dominia Ducatui Brabantiæ subjacere. Notentur illius verba exarata in suæ sententiæ fulcrum: (2) „*Hoc jure est Burgundia, ut fratres unà cùm sororibus omni* „*sublato, aut sexuum, aut nuptiarum discrimine, in partes* „*æquas delatæ hæreditatis vocentur, & bona quæcumque sint* „*illa, æquabiliter partiantur. Nihil hic loci est, aut sexus, aut* „*priorum nuptiarum prærogativæ. Quamobrem pars hujus Co-* „*mitatus tertia ad Reginam Christianissimam ex patria con-* „*suetudine pervenit, quæ reliquæ sunt duæ partes inter Regem* „*Catholicum, & juniorem Infantem nunc Imperatricem ex* „*æquo dividentur, neque in re tam facili, & usitata diutiùs est* „*immorandum.*

(1.) *Hoc dicterio, invehit in Regis nostri Ministros Tractat. Regin. Christian. jus in Ducat. Brabant. fol.* 7. *num.* 7. *&* 8.

(2.) *Dict. Tract. fol.* 265. *à num* 1.

„ *Non eodem prorsus jure utitur Ducatus Lucemburgen-* „*sis : nec æquabilis omninò est inter fratrem, & sororem bono-* „*rum divisio : ille siquidem in duplam, hæc in dimidiam dumta-*

„*xat*

„xat hæreditatis partem succedit. Quamobrem Rex Catholi-
„cus ex semisse, Regina Christianissima ex quadrante Lucem-
„burgensis Ducatus hæres futura est, alterum quippe, semis-
„sem ex æquo cùm Sereniss. Infante sorore sua, nunc Impera-
„trice, partietur. Sic enim Artic. nono consuetudinis statuitur.
„Ut soror dimidiam bonorum partem habeat, quæ uni ex fra-
„tribus tribuuntur. Verùm ut Reginam ex quadrante solùm
„in hunc Ducatum succedere ultrò concedimus, sic Marchio-
„natum Orolaunensem, & Comitatum Rupensem ad eam per-
„tinere jure, meritoque contendimus, quòd hæc dominia Bra-
„bantiæ Ducatui subjaceant: atque adeò jus Devolutionis in
„prioris connubii gratiam inductum, in his quoque regionibus
„obtineat. Quod quidem superiùs jam fuit uberrimè demon-
„stratum, cùm de Antuerpiensi Civitate ageremus, quæque ibi
„sunt explicitata, nihil necesse est hic retexere. Quamobrem ra-
„tionibus subductis, & ad patrias consuetudines omnibus re-
„vocatis, Regina Christianissima ex quadrante in Comitatus
„Lucemburgensis, ex asse in Marchionatus Orolaunensis, &
„Rupensis Comitatus hæreditatem vocatur.

„Quòd si quis summa quæque Imperia dividi non posse con-
„tenderit, cùm eo quidem non admodum pugnabimus; sed su-
„premam is dignitatem ab eo, cui juncta est dominio, aut fun-
„do separandam esse meminerit. Id enim in quo maximè sum-
„mi Imperii decus consistit, scindi in partes, & distrahi nullo
„modo posse libenter concedimus; sed dominium ipsum, ut alia
„quæque prædia, divisionem admittit. Ac ne aliena quæramus
„exempla, vir singulari doctrina Andræas à Quercu hujus Du-
„catus Dominium inter Valleranum, & Elisabetham hujus Im-
„perialis domus sobolem anno 1287. divisum fuisse ex Annalium
„monumentis commemorat.

O justitia! (3.) cui præter cæteras virtutes, decan- (3.) *Dict. Tract. fol. 1.*
tat Assertor, Coronam, Sceptrumque submittere Christianissimum Regem, undè cultus ille, ex quo firmatum, nec quicquam Compendii sui causa se facturum, quòd non liceat, omninò persuasum nihil expedire, nihil utile esse, quòd sit injustum: justumnè habendum armis, vi, potentia agere ad protendendam Dominationis potentiam, utque subversa natura, & qualitate successiva, sine lege, more, usu, consuetudine, aut voluntate trutinetur successio Comitatus Orolau-

laurenſis, & Rupenſis privativèque, & individuè devolvantur Reginæ, ſub verò erciſcundæ legibus inter fratres dividantur Burgundia, & Lucemburgum?

Sanè deſiderio deſideramus agnoſcere, qua mente diſcuſſa hæc ſententia, quavè juris, aut rationis doctrina firmata? Sed cùm à ſenſu noſtro abſit, credimus ad dicendam illegitimam Gallorum Doctrinam, legitimumque jus Regis noſtri ſatis illi eſſe antiquam ſuccedendi formam curſu temporis laudatam à prima illorum ſtatuum periodo individuam, ex qua deque manu in manus Dominorum tranſlata Civilis, & Naturalis poſſeſſio.

(4.) Guich. *Belgic. univerſ. Lucemburg. verſ. Arlunum, & verſ. Rupes Arduenenſes.*

(5.) Dixim. latè §. 5. Chriſt. *vol. 6 deciſ.* 48. Manif. ex Molin. & aliis, *fol.* 229.

Sed ſi non acquieſcant huic voto Gallicani Aſſertores, haud recuſare poterunt fateri Orolaunenſem Marchionatum, & Comitatum Rupenſem portiones eſſe Ducatus Lucemburgenſis. (4.) Ex eoque neceſſario verſandam illarum ſucceſſionem ex jure Dignitatis, cui ſubjacent, (5.) cùm in hanc ſententiam colliment omnium Scriptorum Gallicanorum mentes: cùm ergo, nec plauſibilis tantùm habita, ſed recepta, & laudata abſolutè, ut Dogma ſupremum inter Gallos; undè nunc rejiciendum ad hoc, ut extorris habeatur Rex, noſter à ſucceſſione partis bonorum conſtituentium Marchionatum Orolaunenſem, & Rupenſem Comitatum, dùm ab ipſo Aſſertore aſſignantur portiones hæreditariæ Circuli Lucemburgici Dominanti, & cui ſubjacent tanquam partes, ſeu portiones illius Dominationis?

(6.) *Cap. Imperialem, §. Præterea Ducatuo, de prohib. Feud. alien. per Freder.* Latè Chriſtin. *vol.* 5. (ex Roſent. Maſtril. & aliis) *deciſ.* 104. *à nu.* 43. Joan. Lymn. *de jur. publ. lib.* 4. *cap.* 3. *&* 4.

(7.) Bodin. *de Republ. lib.* 5. And. Kenich. *de Saxon. jur. non provoc. cap.* 3. *n.* 32. Intrigl. *de feud. q.* 39. *n.* 3. Georg. *eod. Tract. cap. num.* 5. Montan. *de Regal. in prælud. num.* 50. Gabr. de Bell. *de feud. in Prologom.* §. 1. *nu.* 5. Maſtrill. *deciſ.* 105. Milan *deciſ.* 8. *à n.* 69. Giurb. *de feud. prælud.* 6. *n.* 22. *&* 23. *& gloſſ.* 3. *n.* 43. Marc. Ant. Amat. *variar. reſol.* 1. *num.* 18. ſupr. *verſ.* 6. *num.* 25.

Haud ignota hæc inæqualitas, ac injuſtitia, qua ex libidine dominandi rapti agitantur Gallicanorum mentes. Ut verò apertius innoteſcat, cunctiſque pateat, Comitatus Burgundiæ, & Lucemburgenſis Ducatus expertes eſſe, dividuitatis, in eiſque inadmiſſibile judicium Erciſcundæ, ſed abſolutè jure ſucceſſivo ſanguinis delatos. Primò aſſerendum eſt Sacrum illud inter omnes Scriptores dogma: Quòd Dignitates Regales natura ſua individuæ habentur, (6) jure Francorum præcipuè attento, rejiciente abſolutè dividuitatem bonorum illorum. (7)

(8.) Pont. Heut. *rer. Burgund. lib.* 1. *c. Exordium Comitat. Burgūd.* Aub. Mir. *Chron. Belgic. ann.* 1010. *tit. Comites Burg.* Zyp. Hiat Caſſan. *lib.* 1. *cap.* 16. *verſ. Burgundiæ Comitatus.*

Secundò, quòd Comitatus Burgundiæ (8) ab an-

no

no D. CCC. XXXVIII. ſucceſſivus fuit, jureque ſanguinis, illaque attenta qualitate anno CM. L. levatus, ac ſuſceptus manu, ac ſinu Alberti filii Berengarii Regis Italiæ, in cujus prole coalitus uſque ad Reinaldum III. quo mortuo liberis maſculis orbato ſucceſſit Patri Beatrix, quæ nupta Frederico I. Imperatori genuit Otthonem Burgundiæ Comitem.

Nè verò in re tam nota gentibus immoremur, remiſſis lectoribus ad ea, quæ de Burgundico Comitatu, illiuſque individua ſucceſſione notarunt Mireus, Heuterus, aliique Scriptores: Satis ſit referre, quæ de illius natura, qualitateque ſucceſſiva, tanquam de Imperiali Feudo refert Chopinus, (9.) quodque notant Scriptores de jure, quo delatus fuit Comitatus Burgundiæ morte Philippi Comitis anno M. CCC.LXXI. in quo unitæ requieverunt Imperialis Burgundia, & Gallicana. Gallicana enim decorata Ducatus honore obvenit jure ſucceſſivo, ac ſanguinis Joanni Gallorum Regi; Imperialis ornata Titulo Comitatus, individuaque, eodem jure Margaretæ amitæ Philippi Longi annoſioris filiæ: *Mortuo* (inter ea inquit Æmilius) (10.) *Philippo Burgundiæ Duce, eodem item Burgundiæ, Attrebatumque Comite, in Burgundiam ſe contulit, filiam Longi Regis maximam natu, quæ jure materno Burgundiæ, eodem jure aviæ maternæ Attrebatium Comes fuit, nupſiſſe Odone Duce Burgundiæ oſtendimus, quo ex matrimonio eſt editus Philippus, ex hoc alter Philippus, quo ineunte adoleſcentia defuncto, Burgundiorum annales (quos equidem evolverim) produnt illam aliam Longi Regis filiam, quæ Flandro juncta fuerat in Comitatus Burgundiæ, Attrebatumque, Francorum verò Regem Joannem, quòd ex Joanna magna Philippi Ducis amita à Philippo Rege procreatus eſſet, in Ducatum ſucceſſiſſe.*

(9.) Renat. Chop. *Doman. Franc. lib. 3. tit. 3. n. 9.* Lymn. *de jur. publ. lib. 5. cap. 2. num. 42.*

(10.) Paul. Æmil. *De reb. geſt. Franc. in Joan.* I. Meyer. *Annal. Flan. lib. 13. an. 1359.* Pont. Heuther. *dict. lib. 1. ca. Initium Ducat. Burg.* Suer. *Annal. Fland. lib. 12. à num. 1361.*

A morte Philippi Comitatus Burgundiæ tranſmiſſus jure ſucceſſivo Margaretæ Flandriæ Comitiſſæ fuit, ex qua ad Mariam Caroli Audacis filiam, quæ Maximiliano Auſtriaco matrimonio copulata Philippum genuit, & ex eo producta Auguſta Propago Regum Hiſpanorum, Comitumque Burgundiæ, uſque ad Carolum II. Regem noſtrum.

Ut verò evincatur Comitatum Burgundicum ex-

pertem abſolutè fuiſſe hæreditarii juris illius, ex quo omnes filii poſſeſſoris vocantur ad diviſionem paternorum bonorum, nova calliditate à Gallis productum ad Erciſcundum Comitatum Burgundiæ; Meminiſſe poterant Galli, quòd in fœdere Matritenſi inito inter Carolum V. & Franciſcum I. Gallorum Regem, Comitatus Burgundiæ Feudum Dignitatis Francum Supremum verſatus fuit, (11.) competenſque Carolo Imperatori, ſuiſque deſcendentibus primo geniali jure.

(11.) Sand. *Hiſtor. Carol V. lib.* 14. §. 3. Pazes de Madrid. *ca.* 3. Pont. Heuther. *rer. Belgic. lib.* 9. *ann.* 1526.

Quòd dilucidiùs præfulget ex illa contentione de diviſione Burgundiæ, orta morte Joannæ Reginæ Galliarum, deciſſa ſub ſceptro Philippi Valeſii: Defuncta enim, ad apicem Comitatus Burgundiæ aſcendit Joanna annoſior filia; Sorores verò ad materna bona ſua ediderunt jura, Margareta Flandriæ Comitiſſa dotale ex vi pacti antenuptialis, Eliſabetha Delphini Viennenſis uxor, (de hac re egimus ſuprà) (12.) jus hæreditarium. His juribus objecit Joanna Comitiſſa qualitatem ſucceſſibilem Dignitatis, ex qua expertes habendæ ſorores à communione bonorum Status: Cùm ei ex jure ſanguinis individuus obveniret, non ex hæreditate materna. Ægrè lata fuit repulſa à Flandro, & Delphino, ad quam retundendam, etſi miſſis legatis, productiſque allegationibus, arma pararunt. Quod Philippus Valeſius Gallorum Rex cognoſcens, reali judicio decrevit, Comitatum Burgundiæ obveniſſe Joannæ jure legitimo; Margaretæ verò, quòd ratione dotis promiſſæ, Iſabellæque nè peregrina, ac extranea haberetur, annuæ penſiones ad vitam ſolverentur ex bonis, ac proventibus communibus Comitatuum Burgundiæ, & Attrebatenſis. (13.)

(12.) Supr. *verſ.* 6. *nu.* 11. *& ſequentib.*

Cùm verò Reginæ Chriſtianiſſimæ à Patre Rege dos promiſſa fuerit, ex qua antenuptialis renuntiatio legitima habenda, tàm jure paterno attento, quàm publica utilitate, ut latè egimus Tract. I. Quo jure, aut principio aſſerendum, portam ei apertam eſſe ad Comitatum Burgundiæ, ex jure hæreditario, pietatis, aut alimentationis.

(13.) Suer. *lib.* 11. *Annal. ann.* 1331. *Dioſele por el quinto de ſu muger.*

Quod idem dicendum, de illa machinatione edita de diviſione Ducatus Lucemburgenſis, innixa eo flexibili ful-

fulcro, quod inter Lucemburgenſes receptum eſt municipali conſtitutione, ut Patre defuncto, bona inter filios æqua lance dividantur.

Non enim eſt Regalis Suprema Dignitas Lucemburgenſis ſub communi lege conſtringente privata ſubditorum bona, hæreditariaque jura, cùm delata ſit ſucceſſiva ex jure tantùm ſanguinis, individuitatiſque, ac maſculinitatis, abſque nativitatis poſitione, ex primo, vel ſecundo thoro. Ornata enim progreſſa fuit infulis illis, quibus ornatæ Regales Dignitates, tàm attenta illius levatione manu Lucemburgicæ familiæ, quàm coalitione ſanguinis Limburgicæ.

Requieſcente enim Comitatu Lucemburgico in ſinu primorum Principum (nondum enim ad Ducalem Dignitatem aſcenderat, cùm Wenceſlaus Joannis cæci filius à fratre Carolo IV. Imperatore Dux creatus fuit Lucemburgenſis anno M. CCC. LIV.) Invenimus, teſte Mireo, (14.) quòd excluſis filiabus ex primo connubio natis, maſculus ex ſecundo ad apicem Dignitatis & individuam ſtatus poſſeſſionem aſcendit. Notentur verba Mirei: *Hermeſinda Henrici Cæci, & Agnetis filia hæres, Comitatu Namurcenſi à Balduino Magnanimo Hannoniæ Comite ſpoliata, Lucemburgenſem Comitatum ſibi, ac poſteris retinuit, Primùm Theobaldo Barri Comiti (qui in Terra Sancta occubuit:) Poſt Walerano II. Limburgenſi Duci, anno milleſimo ducenteſimo decimo quarto, nupta. Ex Theobaldo tenuit Iſabellam Walerano Longo Limburgico Domino Falcoburgenſi nuptam; Et ex Walerano Henricum Blondum Lucemburgenſem, Gerardum Dominum de Durbuy & Villance, & Catharinam Mathæo II. Lotharingiæ Inferioris Duci nuptam.*

(14.) Aub. Mir. *Chron. Belg. ann.* 963. *tit. Lucemburgenſes Comites. verſ.* 8.

A Lucemburgica familia ad Limburgicam migravit Dominatio Lucemburgenſis, quam tenuit Joannes Cæcus Comes, qui binas contrahens nuptias, ex Eliſabetha Wenceſlai Bohemiæ Regis filia, ſuſcepit Carolum IV. Imperatorem, Joannem, Henricum Moraviæ Marchionem, & Bonam Joannis Regis Galliarum uxorem: Ex Beatrice verò Ludovici Borbonii Ducis filia ſecunda uxore Wenceſlaum, ad quem, etſi ex ſecundo thalamo natum, tranſlatus fuit Ducatus

Lucemburgenſis, Rupenſis Comitatus, & Orolanenſis Marchionatus.

Decantet Gallus, ſi ſuæ Reginæ jura legitima laudantur, illud, quod uxorio jure vi municipalis fori à Joanne Gallorum Rege editum in Lucemburgum, Rupenſem Comitatum, & Orolanenſem, edat petitionèm hæreditatis poſtulatæ, erciſcundæve judicium expoſitum, morte Joannis Patris; Cui enim ignotum individuas has Dignitates tranſmiſſas à Patre Joanne in filium Wenceſlaum, & illo mortuo nulla relicta prole, ſucceſſionis jure ad Wenceſlaum II. Caroli IV. Imperatoris filium, quo ſimiliter ſine prole mortuo, ad Sigiſmundum fratrem.

Morte Sigiſmundi, Ducatus ſucceſſio (etſi variè exaratur ab Hiſtoriographis) communi aſſenſu Gallorum, ſanguinis jure individua primogenialis habita. Ne verò videamur charitate naturali ducti, ad ſequendam hanc ſententiam, exarabimus ipſorum authorum verba, in firmamentum, ac fidem veritatis noſtræ; Mireus, (15.) enim rem ſic enarrat: *Sigiſmundus Imperator in Ducatu Lucemburgenſi ſucceſſit, Sigiſmundo unica filia Eliſabetha fuit Alberto Auſtriaco Imper. nupta, quæ 1451. die 25. Octobris jus omne ſuum, quod in Ducatum Lucemburgenſem habebat, Philippo Bono Burgundiæ, Brabantiæque Duci ceſſit, defunctis liberis, quos ex Alberto peperat.* Haræus *anno M. CCCC. IX. Eodem hoc anno quærebatur Duci noſtro Antonio nova conjux Eliſabetha filia Joannis Lucemburgenſis Ducis Gorlicii in Auſtria: qui frater erat Wenceſlai Eximperatoris Regis Bohemiæ, & Sigiſmundi tunc Hungariæ Regis, poſteà Imperatoris; filius verò Caroli IV. Imperatoris. Doti dixit huic puellæ Wenceſlaus patruus Ducatum Lucemburgi, Comitatum Ciriaci, & advocatiam Alſaciæ, quæ Wenceſlaus olim Dux noſter ex patrimonio poſſederat. Anno* 1443. *Burgundus Lucemburgum armis occupat, cedente ei jus ſuum certa annua penſione Eliſabetha Antonii Borbonii vidua, cui Lucemburgum à Wenceſlao Imper. patruo pro dote erat aſſignatum, fruſtrà repugnante Bruinſuicenſi, qui tamen pecuniis poſteà etiam eſt placatus.*

Ab anno CM.XL. à quo Sigefrido Primo Lucemburgenſi Comite, uſque ad Philippum Bonum individuas ſuc-

(15.) Pont. Heuther. *rer. Belgic. lib. 4. ann.* 1443. Mireus *Chron. Belgic. ann.* 1214. *& ſtemmat. Belgic. cap.* 17. Haræus, *Annal. Fland. in Philip. Bon. an.* 1443. Zyp. Hiat. Caſſan. *lib.* 1. *cap.* 16. §. *Lucemburgum*, Suer. *Annal. de Fland. lib.* 19. *an.* 1443.

ſucceſſibiles habitas Lucemburgenſem, Rupenſem, & Ourolanenſem Dignitates invenimus.(16.) Quarè Blondelus notavit, quod etſi ad pacandam rempublicam, reſtringendumque bellum à Bruiſuvicenſi Duce ſuſcitatum, in annuam penſionem Annæ Duciſſæ obtulit Philippus Bonus Dux Bruiſuvicenſique pecuniæ ſummam, ut jura ſibi competentia cederent, jure tamen ſucceſſivo „Lucemburgum ei obveniſſe firmat: (17.) *Ut Duca-* „*tus, & Comitatus prædicti, cum omnibus ſuis juribus, & per-* „*tinentiis, attinentiis, & connexis, ac univerſo jure per incly-* „*tiſſimum genitum ſuum in prædictis Ducatu, & Comitati-* „*bus, modo ut præmittitur acquiſito, in perſonam Illuſtriſſimi* „*Principis, & Potentiſſimi Domini Philippi Burgundiæ, Bra-* „*bantiæ, Limburgiæ, &c. Ducis, conſanguinei noſtri chariſſi-* „*mi, hæredum, & ſucceſſorum, ac cauſam ab eo habentium, & habiturorum tranſeant.*

(16.) Renat. Chop. *Doman. Franc. lib.* 3. *tit.*6. *num.*48.

(17.) David. Blondel. *Genealog. Franc. tom.* 1. *præfat. apolog.* Alſat. vindicat.

Morte Philippi, Carolus Audax recepit Lucemburgum, à quo ad Mariam filiam Maximiliani Imperatoris uxorem tranſmiſſum; cujus morte, nec in eo, Rupenſi Comitatu, Ourolanenſi Marchionatu morte Mariæ matris editum erciſcundæ hæreditatis judicium à Margareta Mariæ utique filiæ, & Philippi ſororis, ſed ad fratrem maſculum individuæ Devolutæ Dignitates. Nec morte Philippi à Ferdinando Caroli V. Imperatoris fratre, cùm abſolutè receptum ſit, quòd in eis hæreditaria ſucceſſio locum non teneat, ſed ſanguinis jus præferens maſculum primogenitum, tàm ex Imperatorum voluntate, quàm voto gentium, firmante verſandam ſucceſſionem eſſe abſolutè Lucemburgicæ Dominationis, ex familiari ſucceſſivo jure.

Hinc etſi David Blondelus ageret contrà Scriptores tutantes Auſtriacæ familiæ jura in Domania, feudaque ſuprema, ab ea poſſeſſa cis, & ultrà Rhenum, dùm deſcendit ad Ducatum Lucemburgenſem, non auſus fuit dicere, nec aut muſitare, quòd dividua haberetur illius dignitas, Comitatuſque Rupenſis, aut Marchionatus Ourolanenſis; ſed tantùm collimavit ad firmandum Alſatiæ tutelam, haud delatam fuiſſe jure ſucceſſivo, & ſanguinis Philippo Bono, illiuſque ſucceſ-

ceſſoribus ex ipſis principiis, & jur;bus ex quibus, in eum cætera alia Domania tranſlata fuerant, & ab eo tranſmiſſa ad Magnum Philippum IV. Regem noſtrum.

Et quamvis ſupradicta omnia non firmarentur fulcro voluntatis Principum, ſubditorumque voto, Statum Burgundicum, ac Lucemburgenſem primogenialem conſtituentium; ne nutaret ſucceſſio volubili flatu uſuum, ac morum, ſufficiens habenda (18.) eſt ad conſtituendam formam ſucceſſionis (19.) poſſeſſio, ex qua per metas tot ſæculorum individua, ac primogenialis tranſlata eſt de manu in manum Burgundia ab anno D. CCC. LXXXVIII. Lucemburgumque M. C. LXIII. uſque ad Philippum Magnum, & filium Carolum Regem noſtrum.

(18.) Tiraq. *de Primog. q.* 16 *nu* 4. Boër. *deciſ.* 228. *n.* 6. ex Bald. Speculat. Angelo, Iſern. & aliis Guid. Pap. *conſ.* 131. *nu.* 7. *&* 8.

(19.) Vidend. latè Molin. *lib.* 2. *de Primogen. cap.* 6 *num.* 5. Diximus hoc Tract. §. 3. *n.* 46. *& ſeqq.*

Haud incognita Gallis horum jurium virtus, ac poteſtas, ad quam exinaniendam decantarunt: *Quod* (a) *ſi quis ſumma quæque Imperia deindè non poſſe contenderit; cum eo quidem non modo pugnavimus, ſed ſupremam dignitatem, is ab eo cui conjuncta eſt Dominio, aut feudo ſeparandam eſſe meminerit. Id enim, in quo maximum Imperii decus conſiſtit, ſcindi in partes, & diſtrahi nullo modo poſſe, libenter concedimus, ſed Dominium ipſum, ut alia quæque prædia diviſionem admittit. Ac nè aliena quæramus exempla, vir ſingularis doctrina Andreas à Quercu hujus Ducatus dominium inter Valleranum, & Eliſabetham hujus Imperialis Domus ſobolem anno M. CC. LXXXVII. diviſum fuiſſe ex annalium monumentis commemorat.*

(a) *Dict. Tract. Regin. Chriſt. fol.* 266. *nu.* 3.

Quam adverſa ſit hæc ſententia juri ſupremo, communi gentium, ſcribentium voto, ac veritati rerum actorum in ſucceſſione Status Lucemburgenſis dignoſcetur, nec tantùm ab illorum gnaris, ſed à quocumque hiſtoriarum, & juris tirocinia agente. Prima enim in jure regula eſt, quòd bona unita Dignitati illa. Individuitate nativa fruantur, qua ipſa genita, ac credita, cùm dividuitas damnoſa ſit honori (20.) publico, Regali jure, à quo ortæ Dignitates, qua ſpoliarentur, ſi diviſioni obnoxiæ privatæ verſarentur redditibus, obventionibus neceſſariis ad cultum, & ad tutelam Individuitas enim ob id ſic utilis, convenienſque habita omni

(20.) Bald. *ca. cùm omnes. nu.* 6. *de Conſtitut.* Barzar. *cap.* 1. §. *Hoc quoque. n.* 16. *de ſucceſſ. feud.* Gabr. *de bell. de feud. p.* 2. *cap.* 4. *nu.* 11. Theod. Reinfing. *de regimin. ſæcular. lib.* 1. *clauſ.* 4. *cap.* 17. *nu.* 12. Decian. *reſponſ.* 73. *nu.* 9. *vol* 2. Nicol. Beſt. *de pract. illuſtr. famil. cap.* 1. Philip. Schinil. *de fideicomm. famil. cap.* 6. *à n.* 320. Beſſold. *diſpu. Nomocopol. lib.* 1. *diſſer.* 6. *dif.* 7.

ni ætate ad honorem ſupremitatis, à Gallicanis præcipuè, ut illo arcano Principe inter cætera Majeſtatis motum invenimus, Hugonem Capetum ad firmandam legem ſucceſſionis, ac individuitatis bonorum Domanialium Coronæ, rejecto, ac obliterato hæreditario jure illo, ex quo admiſſa fuerat inter Gallos hæreditaria ſucceſſio, ac diviſio Regni.

Ne verò ad id axioma firmandum immoremur, utque evincatur quantùm aliena ſit diviſio (à Gallicano Aſſertore concupita) bonorum dotalium ornantium Dignitates Regales, adverſaque, ac contraria Majeſtatis honori, decorique familiarum illuſtrium. Audiamus ſententiam Melliflui Gallicani Sanctiſſimi Bernardi, illam damnantis inter Principes: (21.) *Sanctum Bernardum à Panermo petenti cuidam Comiti ſucceſſionum leges reſpondiſſe, inter ruſticos arbitrarias eſſe; mercatoribus commune utilius, quam diviſum. In Nobilibus autem familiis, maximè ſi potens ſit Dominium, Regnum, Ducatus, & ſi quid eſt ejuſmodi, opportere unicum, & proximum hæredem ſuccedere.*

(21) Ex Div. Bernard. Philip. Schinilch. *dict. cap. 6. num.* 327.

Quod verò diviſioni obnoxium fuit Lucemburgum inter Valeranum, & Eliſabetham anno M. CC. LXXXVII: contrarium eſt abſolutè veritati rerum; Cùm teſte Divæo, Haræo, Mireo, Molano, illo anno Lucemburgenſis Dominatio manu Henrici teneretur, qui Majeſtate, authoritate, ac viribus Lucemburgenſibus ornatus, nomen ſuum dedit in fœdere cum Sigrifido Colonienſi Archiepiſcopo, aliiſque Principibus inito in Joannem I. Brabantiæ; (b) quo vigente, in bellum ad Weringiam anno M. CC. LXXXVIII. cecidere Henricus, Balduinus, & Valeranus fratres, quorum morte ſucceſſit in Lucemburgum Henricus III. à quo tranſlatum jure legitimo individuum, perque ſucceſſionis individuæ fluenta, uſquè ad Carolum Regem noſtrum.

(b) Molan. *Milit. ſacr. cap. 63. Div. rer. Brab. lib. 11.* Har. *annal. Brabant. in Joann. I. ann.* 1287. Suer. *annal. Fland. lib. 9. & lib. 19. ann.* 1443. Miræus *Chron. Belg. ann.* 1214.

OPERIS CONCLUSIO.

CUm assertores Gallicani ad umbilicum tractatuum suorum perveniissent, dignoscentes jura Reginæ Christianissimæ infallibilitate necessaria firmari non posse, repulsam tenentia virtute, ac vi Regii verbi, pacto emologati firmatique religione sacramenti, qua sacrata (ultore Deo in violatores) (1.) renuntiatio antenuptialis: Conscientia stimulati reactus, quo inducunt nova dogmata, aversa naturæ, jure publico, majestatis, gentiumque, denuò Assertor egit: (2.) *An potuerit Rex Catholicus in dotali instrumento sacris Regni legibus, & constitutionibus, & provinciarum moribus derogare.*

(1.) Virg. *c.* 12. *Æneid.* ---- *Qui fœdera fulmine sanxit.*

L. 2. *C. de reb. cred. Jurisjurandi contempta Religio satis Deum habet ulteram.*

(2.) *Tract. Reg. Christ. jus, fol. . num.* Manif. Hisp. *fol.* 372.

Utque derogationis expertia credantur, rursus modulatur, quæ decantata habuerat satis in corpore tractatus. Primò firmans, quod Carolina constitutio edita anno M. D. XLIX. reducens ad unum corpus Belgicum Principatum ad hoc, ut unius tantùm Principis Imperio regatur, quodque nec scindi in partes, aut dividi ullo pacto possit, leve sit, ac infirmum refugium juris Regis nostri. Secundò, quod Princeps, qui se promissorum fide, aut legum vinculis obstrictum putat, non imminuit jura Majestatis. Ex quo negant licere Principi ab institutis, & legibus successionis formam præscribentibus discedere, aut quæ ipse condidit perfringere. Quarè non potuisse Regem nostrum successionem legibus filiæ præscriptam antenuptialis fœdere actis perturbare, nec adjecta dotali instrumento renuntiationis clausula, funditus evertere.

Ne verò ex silentio servitutem subire videamur, neque repetitione ad nauseam lectorem inducamus; notandum est, quod quamvis ad ea, quæ in divinam Caroli Sanctionem jactantur repulsam dedimus suprà. (3.) Nec omittendum patefacere credimus, ambitionis arcanum illud, quod cupiditatis nativæ fomite ducta Gallia in Carolinam pragmaticam jactavit: (4.) *Illud denique meritò requirimus, si Belgii Provinciæ,*

(3.) Supr. hoc *tract.* §. 4. *à num.* 4.

(4.) *Dict. Tract. fol.* Manif. Hisp. *fol.* 375.

ut

ut Hiſpanis placet, in unum corpus reducere quod uno, ac eodem, vel Regni, vel Ducatus, vel Marchionatus, aut quovis alio titulo decoratur; Cur inter Regis Catholici inſignia ſeparantur? Cur ille, & titulorum, & ſigillorum tanta varietate Belgii Principatus diſcriminat?

Cui enim Hiſpano, Germano, aut Belgæ erit ignota ex his verbis Gallicana mens, ac quòd illius cupiditas directa tantùm fuit ad protendendum Dominationis propriæ circulum, adque uniendam Galliæ Belgiam, (5.) obliteratis, ac extinctis unionis virtute, ſupremis honorum titulis, quibus ornatæ provinciæ corpus plaſmantes Belgicum, utque à Danuvio, uſque ad Somam reſonet unicè Nomen, & Titulus Francicæ Majeſtatis, cùm credant Gallicani Scriptores, firmiterque aſſerant unionis virtutem activam non eſſe, nec unionem dicendam, ni extinctum ſit antiquum honoris, ac Dominationis jus Dignitatis unitæ.

(5.) Dixim. ex Meyer. *prine. Tract.* 1. *num.* 1. *& Tract.* 2. *num.* 2.

Ad id verò, quod diffusè exaratur, ad firmandum laudabile eſſe Principi, ſe fide, ac legum vinculis obſtrictum aſſerere, etiam actum à nobis eſt §. 3. Quarè in eo repetere turpe credimus, tùm quia communis ſententia, tum quia in ea agitantur Scriptores Galli ad flatum cupiditatis Regiæ, haud verſantes illa æqua veritatis lance neceſſaria, ſed attento Principis dictamine vireſcente ætate, in qua opera elucubrata ſunt.

Nulla enim inter juris, aut politicæ Scriptores temperatior mens invenitur, quàm inter Gallos. Nam cùm hodiè credant proprio convenire Principi, ſe legibus alligatum profiteri, & tantùm ei licere, quantùm leges permittunt, id juſtum decantant, ac cum Philone, quòd in eo ſumma perfectionis conſiſtit.

Quandò verò contrarium Gallicanæ cupiditati, aut utilitati conveniens fuit, firma fronte firmarunt, Galliæ Regem (& ex indè omnem Regiam poteſtatem) ſuprà omne jus eſſe, manuque tenere vim, ac poteſtatem ſubvertendi jura, voluntates, omneſque diſpoſitiones, ſivè publicas, ſivè privatas, etiam turbatis, aut violatis legibus, ac moribus, firmantibus, aut conſtituentibus ſucceſſionem Regnorum.

Quo enim alio principio, quam illo Dominationis,

aut

aut publicæ utilitatis Regium Diadema proximioribus Carolini ſanguinis ſublatum, tranſlatumque ad Capetum? Nec ſubverſus juribus, nec legibus violatis, ut notat Blondellus: (6.) *Nec Hugo Regni gubernaculis admotus eſt, quòd maternam originem, ex qua nihil ad ipſum juris traduci potuerat, ad Carolum Magnum referret, ſed quòd inter Carolini rami propinquos mares, Regno maximè idoneus ſuo merito videretur.* Ex ipſo publico jure, nec erubuit Gallia denegare Regnum Navarræ Joannæ Ludovici Utini filiæ, nuptæ Philippo Pulchro, Burgundiæque Ducatum Carolo Regi Navarræ, ei competentem hæreditariè, ac ſucceſſivè, ut proli legitimæ Margaretæ ſororis Eudonis Ducis Patris Philippi ultimi poſſeſſoris.

(6.) David Blondell. *Genealog. Franc. plenior affect. tom. 1. præfat. Apologetic. commentar. Lotharienſis ad p. 57.*

Nonnè legum vinculis ſubmiſſam Galliam dicemus, ſummamque perfectionis tenentem, dùm repulit à Gallicani Regni poſſeſſione Eliſabetham Hiſpaniæ Reginam Henrici II. filiam, innixam firmo, ac legitimo fulcro juris ei competentis morte Henrici III. firmantibus Gallis chariſma Regiæ poteſtatis eſſe, obliterare jura, prærumpere publicas, ac privatas leges, dùm utile ſit, convenienſque arcano Dominationis? (7.)

(7.) Dixim. *Tract.* 1. §. 7. 61. & 62. Chlifec. *vindic. Hiſpan. cap.* 8.

Cùm ergò inveniamus, quòd etſi ſubeſſe juri Reges, hodiè profiteatur Gallia, id tantùm obtemperare eſt propriæ utilitate, inſervireque tempori. Ac quòd dogma firmum inter Gallos eſt: (8.) *Quòd non eſt in terra tribunal, cui ſiſti poſſit Rex Galliarum, & de jure ſuo experiri.* Id ſic acriter tutantes, ut ſacrilegum habeatur de Poteſtate Regis agere, habita voluntate pro ratione, ac jure, (9.) ac quòd in vanum laboraremus agendo, ad demonſtrandas tùm Aſſertoris, tùm Gallicanorum ſententias temporarias, ad quas agitantur adulationis flatu: Nunc aſſerendo Regum pacta firmitatem habere: (10.) Nunc pactis, nec juramento obſtringi Reges Gallorum: (11.) Omnia enim rejecta, ſeu omiſſa in his à Gallis decantata de Regia Poteſtate, aſſerimus, negari non poſſe, quod fœderali ſub lege pacta antenuptialia ſuorum Regum inita fuerunt, auctoritate munita verbi Regii, firmataque Religione juramen-

(8.) *Dict. Tract. Regin. Chriſtian. fol. 5 num. 5.* Manif. Hiſp. *fol.* 386.

(9.) Dict. Manif. Hiſp. *fol.* 372.

(10.) Manif. *fol.* 5. Dixim. *Tract.* 1. §. 1. *n.* 3.

(11.) Joan. Lymn. *de jure publ. lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 21.

menti; cum tamen id omne ab eis obliteretur, prærumpatur fides, juramentiqúe Religio contemnatur, nobis sufficiat in solatium, & responsum rerum à Gallicanis impositarum; quod in fedifragos, pacis violatores, jurisjurandiqúe contemtores, ultore Deo, ex Historiæ monumentis notatur. Compositis enim rebus sub fœdere inter Uladislaum Hungariæ Regem, & Amuratem Turcarum Imperatorem; Rex violata fide in Turcam, bellum movit ad quod parata fuerunt utriusque arma, sed inito prælio ad Varnam, ad expianda fidei violatæ piacula, ad ulciscendam Hungarii perfidiam, ad vindicandum jus resciſſæ pacis, fisus Amurates etsi infidelis, Religione magis juramenti, quam viribus, ac potentia suorum, esinu deprompsit codicem fœderis, intensisque in Cælum oculis: (12.) *Hæc sunt, inquit, JESU CHRISTE fœdera, quæ Christiani tui mecum percussere, per nomen tuum Sanctum jurarunt, datam verò sub nomine tuo fidem violarunt, perfide Deum suum abnegarunt. Nunc* Christe, *si Deus es (ut aiunt, & nos allucinamur) tuasque injurias te quæso ulciscere; his qui Sanctum tuum Nomen nondum agnovere, violatæ fidei pœnas ostende.* Vix hæc orta etsi ex infideli corde, cum divina potius virtute, quam viribus infidelium, ad ulciscendum violatæ fidei reatum, prælium quod anceps erat, inclinare cœpit, & trucidato Rege Uladislao, Hungarorumque Nobilium turba, cæteriqúe in fugam conjecti, nobilem victoriam Amurati reliquerunt.

(12.) Referunt ex Antonin. & aliis, Pined. *Monarch. Eccles. li. 15. cap. 21. §. 4.*

OMnia (*a*) enim (Domina) in hoc opere, pura mente, fideli, ac Hispano animo exarata, collimant ad resonandam in orbe terrarum Magni Philippi Regis nostri fidem, charitatem, justitiam, quibus alumnis, Respublicas, Majestaticas, ac Paternales suscepit, levavit, ac coaluit. Utque ab Europæis gentibus dignoscatur legitima jura, ex quibus translata, & manu tradita Caroli Regis nostri Regna, Dominia, Dignitates, paternis, & avitas. Utque simul sciant cuncti, quod quæ ex uxorio jure Regis Ludovici XIV. nomine jactata sunt in Europæ mensum ad usurpandam Belgicam Dominationem, nec ornata inveniuntur illo decore justitiæ, ac veritatis pulchritudine necessaria Regi, cujus supremum arca-

(*a*) *Tract. Regin. Christ. jus in Brab. fol. 267. num. 4.*

Habemus itaque Reginæ Christianissimæ jura in varios Hispanicæ Dominationis Principatus, cum universium, tunc sigillatim explicata. Quæ quidem tot rationibus subnixa, tot exemplis, & testimoniis roborata, tot legum authoritate sunt communita.

arcanum esse modulatur præter cæteras virtutes coli justitiam, eique Coronam, & Sceptrum submittere, immò libata fuisse sub ambitionis philtro, fucataque cupiditatis mangonio. Quòdque Assertores illi, qui tractatus, ac observationes exararunt in tutamen jurium Reginæ Christianissimæ nihil aliud concupiscere, quam ex terribilibus vocibus, exque rebus, ac doctrinis, ad rem, ac contentionem non agentibus efformare spectra quædam, & simulacra, ad incutiendum in populos horrorem, illudendosque debiles, ac ingenii, & mentis stupidos.

Ut neque Rex Christianissimus, sine suæ existimationis periculo possit ea negligere, neque Rex Catholicus, sine maxima injuria eos Principatus detinere.

Ex quò oritur, quod cum vestra Majestas absque existimationis periculo negligere non valeat tutelam jurium minoris Regis filii, justè negat, quod injustè postulat Christianissimus Rex.

Hos quippè Gallia sibi connubii jure asseret.

Asserere sua vota Gallia ex jure connubii, asserere est, vestram Majestatem ex lege connubii coactivè adstrictam ad repellendam postulationem: ex vi enim fœderalis antenuptialis pacti exinanita fuit Reginæ Christianissimæ persona, tàm quoad se, quàm quoad transferenda in maritum jura: Quoad se, cum ex virtute renuntiationis absolutè habenda est, ac quasi si non esset in rerum natura ad omnia ei competentia ex nativitatis, aut filiationis qualitate quoad maritum, cum omni attenta in eo qualitate, naturali, Majestatica, ac Christianissima, ut homo coactiva servare teneretur promissa: ut Rex fidem verbi; ut Christianismus jurisjurandi Sacrosanctam Religionem.

Hos sanguinis necessitudine, & naturæ lege devincta cedere tenetur Hispania.

Status hi à Gallia concupiti naturæ lege denegantur, cùm ab ea masculino sexui tantùm successionis prærogativa præscripta sit.

Nec subditi possunt legum suorum vim, & authoritatem contemnere, aut legitimi Principis Imperium refugere.

Subditi ex hujus legis naturæ, & morum virtute, subvertere non possunt nativa jura, neque libare homagia, ni votis majorum secutis, Coronam, & Sceptrum paternum tradentia, Imperium, ac Majestatem masculo filio.

Hæc Regis Christianissimi conjux.

Ex quo Regina conjux est Regis Christianissimi, etsi ad Status concupitos pro ea adstarent, naturæ, ac sanguinis jura, omnia amisit ex publico, & communi bono proveniente ab illius exclusione.

Cum

Cùm ſoror ſit Catholici Regis, ex torris,ac peregrina dicenda ab Imperio Paterno.

Regis Catholici ſoror.

Haud negamus Reginam,quia Philippi Regis filiam, populorum Principem venerandam: Sed in obſequialibus tantùm, id ei credunt nativitatis jura.

Et eorum populorum Princeps.

Ex quo etſi trium omnium Mariti, Fratris, & Populorum, in Uxorem, Sororem, & Filiam Regis officia deficiant. Nec Maritus obliteravit Sacramenti jura, cùm virtus Matrimonii non pendeat à qualitate extrinſeca ſucceſſionis bonorum. Nec Frater prorumperet ſanguinis vinculum, cùm Sororem à Patre dotatam inveniat. Nec Subditi Patris fidem, aut obſequium, cùm præſtet ad cultum obſequia reverentialia exhibere liberis Regis; Homagia enim privativa ſunt Majeſtatis.

Nec maritus uxoris cauſam poteſt deſſerere: aut frater eam impugnare: aut ſubditis denique fas eſt à Princ. ſua deficere: quin vel ſacri connubii jura, aut ſanguinis vinculum, aut fidem, & obſequium non ſine nefario ſcelere prærumpant.

Ex quo tutante Majeſtate Veſtra, jura Regis Noſtri, ad Regna, Dominia, Status à Patre tranſlatos, & ſuſceptos, quos prorumpere conatur Soror; Notum erit gentibus, omniſque Europæ,paret Illuſtris Regina Mater legi naturæ, & charitati maternali: Potens fidem ſervat, ex qua juſtè raptus Rex noſter tutelam filii, ſubditorum regimen manui veſtræ tradidit. Ac quod Hiſpani fideles Regi ſuo, divina, ac humana præcepta ſervantes, homagia debita ſolvunt, cinctiſque gladio, & pennis ornati, fidelitatis nativæ Sacramentum in honorem, & tutamen Regis, & retinent, & defendunt.

Summa eſt totius Europæ expectatio, quæ mariti, quæ fratris,quæ ſubditorum in lectiſſimam, & ſui ſæculi decus Principem conſtabunt officia.

FINIS.

Cùm soror fit Caroli et Regis, ex tuis, ac peregrina dicenda ab Imperio Patrio.

Haud negamus Reginam, quia Philippi Regis filiam, populorum Principem venerandam: Sed in obsequialibus tantùm, id ei credunt nativitatis jura.

Ex quo cæli rutilum omnium Matri, Fratris, ac Populorum, in Uxorem, Sororem, & Filiam Regis officia delicta. Nec Matrimonii obiterravit Sacramenti jura; cùm virtus Matrimonii non pendeat à qualitate excellentiæ bonorum. Nec Frater prorumpere sanguinis vinculum, cùm Sororem à Patre datatam inveniat. Nec Subditi Patris fidem, aut obsequium, cùm proclet ad cultum obsequia reverentialia exhibere libens Regis. Homagia enim privativa sunt Majestatis.

Ex quo tutante Majestate Vestra, jura Regis Nostri, ad Regna, Dominia, Status à Patre translatos, & successos, quos prorumpere conatur Soror; Notum cretibus, omnique Europæ pater Illustris Regina Mater legi naturæ, & clarissimi maternali: Potest eadem fervat, ex qua jure rapere Rex nolter tutelam filii, subditorum regimen manu vestra tradidit. Ac quod Principi fidele Regi suo, divina, ac humana præcepta servantes, homagia debita solvunt, cinctique gladio, & pœnis omni, fidelitatis nativæ Sacramentum in honorem, & tutamen Regis, & retinent, & defendunt.

PRINCIPIUM.

Mss. 31
211
n°. 17.

Ecclesiastes.